✠
BIBLIOTECA
DEL REAL MONASTERIO
DE HUERTA.
Núm. 305.

4.Q.


I.N.R.I.
ABSIT MIHI GLOR
IARI NISI
IN CRUCE DOMINI NOSTRI IE
SU
CHRISTI: PER QUEM MIHI MUNDUS
EST ET EGO
MUNDO

8 Φ




# Prudentij opera que in hoc libro continentur.

Cathemerinon. ideſt hymni per horas diei.
Periſtephanon. ideſt de coronis martyrum.
Pſycomachia. ideſt de pugna anime.
Apotheoſis. ideſt de diuinitate.
Amartigenia. ideſt de origine peccati.
Contra ſymmachum oratorem ſenatus.
Dittocheon. ideſt de duplici cibo.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

¶ Ad per quam reuerendum in chriſto ieſu patrẽ ac nobiliſſimuꝫ
dominum Jacobum raimirum auillaſcuſa Epiſcopum malacita
num. ⁊c. Aelij Antonij Nebriſſen. regij hiſtoriagraphi in opera
Aurelij clementis prudentij prefatio.

CUm principis noſtri Ferdinandi res geſtas gerendaſ=
qꝫ conſidero pater clementiſſime: non tam felicitatem
quam ſapientiæ non tam fortunam quam prudentiam
non tam inuictam animi magnitudinem: q̃ꝫ diuinam
quandam prouidentiam admirari ſoleo. Atqꝫ et omittam nunc il
la priora: membro hyſpanie diſſipata collegiſſe: dediſſeqꝫ illi vnuꝫ
caput que fuerant abalienata atqꝫ a potentiſſimo gallorum Re=
ge detenta iuſta clarigatione repetita deinde recepta in ſuum cor
pus redegiſſe: fluctuantia Campanie ⁊ Lucanie atqꝫ Appulie re
gna conſtituiſſe: traieciſſe in Aphricaꝫ copias quam maximas: hi
ſpanie fines cum indorum fronte commiſiſſe: alterum himiſpheri
um maioribus noſtris meo gnitum indagaſſe: venio ad preſentia
Cuius per deum immortalem prouidentie fuit: cum res noſtre in
Italia forent ſuperiores: dediſſe litteras cum mandatis ad eos
prefectos qui exercitus hiſpanienſes ductabant: ne Bononiam a
bentiuolis tyrãnis validiſſimo preſidio munitam vlla ratione ob
ſiderent: Obſederunt nihilominus: ſed tandem ab hoſtibus ſolu=
ta obſidio eſt. Facti deinde galli exercitu auctiores. Non conten=
tus eadem illa eiſdem ducibus per litteras imperaſſe: ſed etiã val
deſium cohortis pretoriane prefectum miſiſſe: vt militeꝫ intra mu
nitionem caſtrorum continerent: et quoad auxiliares copie contra
heremus non ſinerent caſtris erumpere. Eruperunt. ſuperati
ſunt. victoria hoſtibus ceſſit: ſi victoria dicenda eſt: in qua propi=
ores fuere periculo qui vicere. ſi victoria cadinea victoria eſt appel
landa Jlla enim ſola nobis reſtituit rem. illa fugauit hoſtes: atqꝫ

tota ex Italia exturbauit:illa ſuperbiam gallorum cõtudit. Neꝗ
poſſumus hoc nomine de principis noſtri fortuna conqueri aut de
prouidentia quod idoneos duces non prefecerit. Naꝫ quid aliud
fieri potuit altero exercitus cornu profligato:quam belli reliquias
colligere. partemꝗ exercitus ſeruare? Nã quis probro dedit. M.
Terentio varroni:quod fuſo ad cannas Romanoruꝫ exercitu cũ
altero conſule ipſe cum parte copiarum Romam ſe recepit? dubi
tatumꝗ eſt potius:vter illorum maiore animo fuerit:quem pudu
it fugere:an qui non deſperarit. Quare ſenatus obuiam proceſſit
gratiaſꝗ egit quod de rep. Romana bene ſperarit. Nunc vero
moderatoris noſtri prouidentiam contemplare. Dum contrahit
exercitus vt per cãtabros belluꝫ gallis inferat:dum parat claſſes
vt mare interius exteriuſꝗ tutum atꝗ tranquillum reddat: dum
alteras copias conſcribit quas in Aphricam limitibus tuendis:
quas in Italiam ſupplemento mittat:tamẽ in academiam noſtrã
reſpicit inuitatus rectorem illum ac mundi arbitrium: qui ita pro
ſpicit magnis rebus:vt paruas non diſſimulet. O magna fecun-
ditas animi. O prouidentia incredibilis. O preſtẽtiſſima ſolertia
In tanta rerum maximarum difficultate poſito vacat res tam par
uas reſpicere. At opinor miniſtro atꝗ ſpeculatore deceptus eſt.
non potuit ex omnibus quenꝗ eligere ſapientiorem. non ſagacio
rem. non qui magis res noſtras calleret:quam te Pater ampliſſi
me Nolo amplius in hac parte immorari: ne aliquam bonam gra
tiam a te aucupari videar:tantum meo atꝗ omnium ſermonis la
tini. ſtudioſorum noĩe gratias agã:quod in hoc tuo munere nõ es
paſſus bonas artes in luto iacere. quod ſuperbientes in omni di-
ſciplinaruꝫ genere ad grammaticen reuocaſti:quod ita maiora cu
res vt maiora non deſpicias: quod vt eloquentiam ſapientie ad-
miſceres iunxiſti etnicis poetas Chriſtianos: vt inde proueniret
quoddam dicendi genus temperatum. Alij alia beneficia tibi de-
bebunt ego tantum hoc quod grãmatice proſpectum eſt me debe

re profiteor. neq enim illius ratio haberi poteſt: quin de me quoq habeatur. Hec volui profiteri apud te procul humaniſſime antea quam deſcenderem ad id quod eſt proprium huius operis quod ante hac latebat: et nunc tua fretus auctoritate audet prodire in lucem. Judicium meum ſemper fuit ſynceri atq puri ſermonis eos tantum fuiſſe autores: qui floruerunt intra ducentos ānos qui ſūt ab etate Ciceronis ad antonium pium: et ad phraſim eloquentie faciendam hos tantū eſſe proponendos imitandoſq: ceteros vero quia plurimum conducunt ad multarum rerum cognitionem non eſſe contemnendos atq in primis chriſtianos qui nos ad religionem erudiunt: et magna ex parte facundiam augent. Sed quēadmodum cum autores illos vetuſtiſſimos exponimus auditores ſolemus admonere quedam eſſe verba oſca: quedam opica: que nullo modo ſunt in vſu admittanda: aliamq fuiſſe orthographie atq accentus et declinationis rationem: quam etas eruditior excluſit: idem quoq cenſeo in poetis chriſtianis faciendum quando quidem non contigit illis intra perſcriptum tempus fuiſſe: vt ea q̄ non conſentiunt cum exactiſſimo latine lingue vſu: neq ignoremus neq imitemur. Et quemadmoduz cum in Terentio legimus quod in prologis ſcribundis operaz abutitur pro eo quod eſſe debuit in prologis ſcribendis opera abutitur et ipſus Dauos michi dixit, pro ipſe Dauus michi dixit: et in Plauto vt vos in voſtris voltis: mercimonijs emundis vendundiſqz pro eo quod eſſe debuit. vt vos in veſtris vultis mercimonijs emendis vendendiſqz etc. ex paraphraſi permutamus: ſic in Prudentio Sedulio Juuenco Aratore proſpero et ſi qui alij ſunt: qui a puriſſimo illo vſu degenerarunt noſtros admonebimus diſcipulos: ſi quid ab illis contra regulas artis grāmatice: aut contra ſermonis latini vſum eſt inductum: vt locos huiuſmodi obeliſco ſignent: non vt imitentur ſed vt fugiant quemadmodum tenias atqz latentia ſaxa naute cum in ſuſpectis locis trangulas atqz anchoralia proſpiciunt. An quam

Prudentio noſtro per pauca ſunt verba deprauata: quod vitium nõ fuit hominis ſed temporis: idcirco michi totus eſt ablegandꝰ: Quare admonendi erunt lectores ne autoritate decepti in ſimile vitium incurrant. Itaq; libuit in prima codicis fronte illius errata proponere: quorũ cauſas in aliud tempus reddituri differimus

Adiecimus preterea in paginarum marginibus ſcholia quedã atq; difficiliores locos paraphraſi vertimus: ne ſit opus grammaticis ſacrarum litterarum codices euoluere: aut remotiores antiquorum hiſtorias inueſtigare.

Admonendos in primis lectores ducimus: neminem illorum debere mirari: quod Prudentius prepoſitionibus integris vtitur in compoſitione cum alijs partibus orationis. Nam quẽadmodum Quintilianus ait orthographia conſuetudini ſeruit: atq; ideo ſepe mutata eſt. Antiquiſſimi enim latinorum prepoſitiones integras in compoſitione ponebant. Poſtea cum obtinuiſſet illa conſuetudo: vt ita ſcriberent: vti proferebant: ceperunt illas corrumpere: vt deſignarent voces illas que proferebãtur: non eas eſſe quas cõpoſitionis partes exigebãt. Deinde iuniores q̃bus illa ratio non placuit: vetuſtiſſimos illos ſequi placuit: ceperunt que rurſus prepoſitionibus integris vti. id quod videmus in nomiſinatis. marmoribus atq; libris longobardorum ⁊ gothorum inter arabes: quos vulgo moçarabes appellant: circa quorum tempora conſtat fuiſſe prudentium Qui preterea viderunt pandectarũ libros qui florentie adhuc aduerſantur: hac ratione ſcriptos eſſe affirmant.

Arthreſis penultima breui poſuit pro eo quod eſſe debuit arthritis penultima longa. qui appellatur morbus articularis.

Dee bis dixit in vocatiuo cũ omnes qui de arte grammatica ſcripſerunt deus potius quam dee analogiam ſecuti protulerunt

Dauiticus ab eo quod eſt dauid dixit per. t. pro eo quod eſſe debu

arthritis
deus in voc. non dee
Davidicus
auctor. nõ factor.

it dauid dicus per. d. niſi forte vitiuꝫ impreſſoribus imputetur

Factor non poſſe dici latine ſed auctor affirmat valla vt memento ſalutis auctor. et beatus auctor ſeculi. hymnographi.

Grates reddimus dixit pro eo qđ grates agimus. ſicut Ouidius o referant grates tibi dij pro gratiam contra valliam.

Harmónia penultima lõga. vſus eſt cũ ſit breuis: in ſymphonia vero regulam ſecutus eſt latini ſermonis.

Hélias penultima longa poſuit pro eo quod poni debuit penultima breui id quod fecit Auſonius poeta.

Jacob ſecutus hebreos diſſyllabum poſuit alij vero ſecuti grecos triſſillabum faciunt: quia conſonante carent.

Jeſus diſſyllabum ſemper poſuit in fine carminis: ſed non ſtãt verſus. ſi vero triſſyllabum legas erit carmen hypermetrum.

Idólum aliquando protulit penultima breui. aliquando longa: cũ ſemper producatur quia per o mega ſcribitur.

Idolo latríam penultima breui ponit: cum ſit longa quoniã apud grecos per ei diphtongon ſcribitur.

Lito. as. cum ſignificet aliquid ſacrificio impetrare: ipſe plerunqꝫ pro eo quod eſt ſacrificare tantum ponit.

Mariam cum alij penultima breui: alij eadem longa proferãt neqꝫ ſibi conſtent: ipſe breuem ex ratione grecorum poſuit.

Machabeus quod interpretatur pugnax primam habet breuem quoniam a mache componitur: ipſe vero porrectam poſuit.

Pleureſis penultima breui protulit pro pleuriti penultima longa vt ſupra diximus de arthreſi pro arthriti.

Phreneſis pro phrenitis poſuit ſed non peccauit in ſyllabe quantitate: ſed in permutatione litterarum

Sanctilogum appellat lucam euangeliſtam facta compoſitione ex latino ⁊ greco: quod in ſermone latino rarum eſt.

Sodomita libido dixit, p ſodomitis libido: quia nomina i tes que ſunt prime declinationis ſemper ſunt maſculina.

Sóphiam penultima longa poſuit cum ſit breuis Vergilij Mar
tialis atqꝫ doctiſſimorum omnium auctoritate.
Tóbias cum ex ratione ſuperius dicta penultimam breuiet: Pru
dentius accentu greco deceptus eandem produxit.
Viare pro eo quod eſt iter facere ⁊ vians pro viatore quibus hic
vtitur: ſi valle credi oportet apud idoneos non reperitur.

DE Aurelij prudentij vita nichil aliud compertum habe
mus: quam quod Gennadius preſbyter in catalogo vi
rorum illuſtrium poſt diuum Hieronymum ſcripſit: ⁊
quod ex eiuſdem Prudentij operibus colligimus: fuiſ
ſe videlicet natione hiſpanum ex Ceſarauguſta vrbe clariſſima:
adoleſcentiam in artibus ingenuis ac iuris ciuilis diſciplina con
ſumpſiſſe. Militaſſe preterea atqꝫ ſtipendia feciſſe ſub Honorio
imperatore atqꝫ ſub eo ad prefecturam cohortis pretoriane perue
niſſe. Prefuiſſe quoqꝫ iuridicundo beneficio principis in aliquot
ciuitatibus: egiſſeqꝫ cauſas tum accuſantem tum defendentē. Tā
dem cum ad ſeptimum ⁊ quinquageſimum annuꝫ perueniſſet res
ad chriſtianam religionem pertinentes vario carminis genere ce
piſſe componere ſub titulo ⁊ inſcriptione greca pſycomachiam id
eſt de pugna anime. Cathemerinō id eſt diurnis rebus: a tempo=
re matutino ad veſperum. Apotheoſin ideſt de diuinitate. Amar
tigeniam. ideſt de peccati origine. Periſtephanon ideſt de coro=
nis hoc eſt in eorum laudeꝫ qui ſunt martyrio coronati. Dittoche
um ideſt duplicem cibum hoc eſt veteris ⁊ noui teſtamenti deflo=
rationem. Duos preterea libros contra ſymmachum oratorem at
qꝫ vrbis Romane prefectum. Commentatus quoqꝫ eſt vt Gen
nadius inquit hexahemeron de mundi fabrica vſqꝫ ad conditionē
primi hominis et eiuſdem preuaricationem. quod opus non extat
aut nobis non vidiſſe contigit. Floruit ſub imperatoribus Valen
tiniano ſecundo Theodoſio magno eiuſqꝫ liberis Arcadio et Ho
norio.

ἡμέρα dies.
καθημερινός diurnus. quotidianus.

ἁμαρτία as. ἡ. pctum.
γένια et γένεια as. ἡ stirps, origo.




# Aurelij Prudentij Clementis viri conſularis Libelli Cum cõ-mento Antonij Nebriſſenſis.

Cum priuilegio.

# Aelij Antonij nebriſſeñ ad pru dentium ex britannis reducē.

Aureli clæmens prudenti dic mihi quæſo:
  Quis te tam durus miſit in exilium?
An libuit toto diuiſos orbe britannos:
  Atq; chaledonij viſere monſtra maris?
Balænas. orcas. ⁊ phyſeteras anhelos.
  Et grandes cetos arboribuſq; pares.
Nonne fuit melius celtas non linquere iberos:
  Et nunquam patrios deſeruiſſe lares?
Cæſaris auguſti dictas de nomine terras:
  Hic vbi fundit opes liber ⁊ alma ceres.
Hic vbi dat fruges inuerſo copia cornu:
  Et pomona ſuas: atq; minerua ſuas.
Sed tibi nunc recta: niſi deſipis: ire neceſſe:
  Vt poſt liminij iure relicta petas.
Vt poſſeſſores iniuſtos pellere poſſis:
  Qui tua nunc lacerant: diripiūtq; bona.
Qui ſunt hi dices? ſunt barbaros atq; ſoloetos.
  Eſt horum proles: ⁊ numeroſa manus.
Ergo citus propera. domui ſuccurre labanti.
  Nam res abſentis: iuſtaq; cauſa perit:
Si te forte tui nequeunt agnoſcere ciues:
  Illis ſermo tuus ſi peregrinus erit:
Interpres veniam. ſi tentant pellere tectis:
  Aſſertor veniam: ſuppetiaſq; feram,

# Praefatio.

PEr quinquennia. Carmen eſt tricolon triſtrophon primus verſus eſt gliconicus conſtans ſpondeo choriambo ꝛ pyrrhichio. ſecundus aſclapiadeus cōſtans ſpōdeo ꝛ duobus choriambis ꝛ pyrrhichio. tertius eſt choriambicus ſapphicus conſtans ſpondeo tribus choriambis ꝛ pyrrhichio. Cum poeta ageret annū ętatis ſeptimum ꝛ quinquageſimū quod reliquum erat vitę dedicat rebus diuinis. itaqꝫ numerat ſtudia ſua puerilia et adoleſcentię. tū ꝙ in iuuenili ętate egerit cauſas ꝛ deinde rexerit vrbes. ꝛ in palatio cū cęſaribus ſit verſatꝰ vſqꝫ ad ſenectutem. Fuimus iā. ad illud vergilianum alludit fuimus troes.

## Aurelij Prudentij Clementis viri conſularis in librum Cathemerinon Praefatio.

PEr quinquennia iam decem
(Ni fallor) fuimus: ſeptimus inſup
Annum cardo rotat: dum fruimur
ſole volubili.
Inſtat terminus: et diem
Vicinum ſenio iam deus applicat.
Quid nos vtile tāti ſpatio temporis egimus?
Aetas prima crepantibus
Fleuit ſub ferulis. mox docuit toga
Infectum vitijs falſa loqui non ſine crimine.
Tum laſciua proteruitas
Et luxus petulans (heu pudet ac piget)
Foedauit iuuenem nequitię ſordibus ac luto.
Exin iurgia turbidos

Per decem quiquēnia. quiquaginta ānos. Septimus cardo. i. ſeptima vertigo ſiue reuolutio ſolis.

Rotat annum. i. voluit. vergiliꝰ atqꝫ in ſe ſua per veſtigia voluitur annus. Inſup. i. vltra quinquaginta. Inſtat terminus. i. mors. quę omniū finis eſt. Et diē vicinū ſenio. i. mortē quę eſt ſenectuti proxima.

Quid egimus. q. d. nihil quod eſſet animę cōducibile. Aetas prima. ſ. puerilis ꝗ̄ fuit ſub pędagogis. Sub ferulis crepantibus. i. ſonantibus. nā ferulis pedagogi in pueros ſęuiunt Martialis in diſticho cuius lēma eſt ferula. Ingratę nimiū pueris gratęqꝫ magiſtris clara prometheo munere ligna ſumus. Columela nec manibus mites ferulas nec curibus ęquas. Iuuenalis. ꝛ nos ergo manū ferulę ſubduximus. Mox docuit toga. ſubaudi virilis. nā poſt togā pętextam pueri anno ętatis octauo decimo ſumebāt togam virilem: quo tēpore vt inquit Terentius liberior erat viuendi poteſtas. ꝛ Perſius. totaqꝫ impune ſubura permiſit ſparſiſſe oculos iā candidus vmbo. Falſa loqui. blandiri ęqualibꝰ nā adulationis eſt mentiri. perſius cum blandi comites. aut ꝑ togā intellexit vitā togatorum qui regibus ſuis adulantur. Tum. i. eo tēpore aut deide. Proteruitas laſciua. oīa hęc ad libidinem ſpectant. laſciuia. ꝓteruitas. petulantia procacitas nequitia

Exin iurgia. tempus illud deſignat cū in foro cauſas egit. Iurgia. i. litigia. Seneca in hercule furente. hic clamoſi rabioſa fori iurgia venereas improbus iras ꝛ verba locat.

Turbidos animos. non perſpicientes iuſtā an iniuſtam cauſam defenderemus. Studium vincendi.i.nimia ⁊ immoderata cura vincendi cauſam turpem. Male pertinax. ideſt in malā partē peruicax. Horatius in alia ſignificatione dixit ⁊ digito male ꝑtinaci.

Caſibus aſperis.quia ſollicitus erat ⁊ ſub ancipiti ſorte vinceret ne an vinceretur. Bis legum.dicit ſe rexiſſe vrbes cum poteſtate iuris dicundi hoc eſt fuiſſe pretorem principis beneficio.idq; bis ſibi cōtigiſſe. Reddidimus ius ciuile.i. iuſta petentibus per ius ciuile reſtituimus. Reos. videt̄ accipere in ea ſignificatione qua recētiores accipiunt cum ſit reus a quo in iudicio aliq̄d petit̄ iuſte ſiue iniuſte. Tādē militię gradu.ſignificat ſe ꝑueniſſe ad ꝑfecturam pretorij.nam poſt principem is erat ordine ꝑm⁹. fuerūt autem ſub imperatorib⁹ prefecti pretorio qui ſub regib⁹ fuerūt tribuni celerū ſub cōſulib⁹ magiſtri equitū. Pietas principis. i. princeps pientiſſimus qui me eo dignitatis euexit. Vita volans.Ouidius labit̄ occulte fallitq; volatilis etas. Irrepſit ſubito.vt vergili⁹ ait non intellecta ſenect⁹. Arguēs.i.reprehendēs me. Oblitā.veteris maſſalię cōſulis.ſub hoc cōſule videt̄ natus prudētius. Prima dies.i.natalis. Quā multas hyemes.i.annos. Nix capitis.i.canicies. Poſt obitū carnis.q̄a aīa nō interit. Vel bona vel mala.nō ſimplicit̄ bona vl̄ mala q̄ ſunt animi.ſ; fortunę ⁊ naturę bona ⁊ mala dicit. Mors aboleuerit.q̄a cotidie morimur ⁊ cotidie cōmutamur.neq; aliud eſt in nobis vincere ꝙ morte accedere. Quidſquis es.i. cū quo mihi ſermo eſt. Perdidit mundū.i.oīa bona mūdana quę vt dixi aut fortunę aut naturę ſunt. Nō ſunt illa dei.q̄a ſola animi bona tendūt ad deū.cetera cū vita terminant̄. Cui⁹ habeberis.i.in cui⁹ poteſtate futur⁹ es. Fine ſub

Armarunt animos: ⁊ male pertinax
  Vincendi ſtudium ſubiacuit caſibus aſperis.
Bis legum moderamine
  Frenos nobilium reximus vrbium.
  Ius ciuile bonis reddidim⁹.terruimus reos.
Tandem militiæ gradu
  Euectum pietas principis extulit
  Aſſumptū ꝓpi⁹ ſtare iubens ordine ꝓximo.
Hæc dum vita volans agit:
  Irrepſit ſubito canities ſeni
  Oblitum veteris Maſſaliæ conſulis arguēs.
Sub quo prima dies mihi
  Quam multas hyemes voluerit: ⁊ roſas
  Pratis poſt glaciē reddiderit: nix capiti ꝓbat.
Nunquid talia proderunt
  Carnis poſt obitum vel bona vel mala:
  Cū iā quicq̄d ideſt:q̄d fuerā:mors aboleuerit:
Dicendum mihi quiſquis es:
  Mundum quem coluit mens tua perdidit.
  Nō ſunt: illa dei:quæ ſtuduit. cui⁹ habeberis.
Atqui fine ſub vltimo

vltimo.i.prope mortem. Stulticiã exuat.i.deponat amorem taliũ rerũ. Si nequit meritis.i.operibus iuſtis.quãquam ꝛ ipſa concelebratio meritoria eſt. Cõtinuet.ſ.anima laudet deum die nocteqꝫ. Pugnet cõtra ꝛeſes.hęc futura eſt totius operis materia.

Peccatrix anima ſtultitiam exuat:
Saltẽ voce deũ concelebret: ſi meritis nequit.
Hymnis continuet dies:
Nec nox vlla vacet: quin dominum canat.
Pugnet cõtra ꝛreſes.catholicã diſcutiat fidẽ.
Conculcet ſacra gentium.
Labem roma tuis inferat idolis.
Carmen martyribus deuoueat.laudet apl'os.
Hęc dum ſcribo: vel eloquor:
Vinclis o vtinam corporis emicem
Liber: quo tulerit ligua ſono mobilis vltimo.

Emicem liber.illud apoſtoli ẽ.miſer ego homo quis me liberabit a corpore mortis hui⁹. ꝛ illud cupio diſſolui ꝛ eſſe cũ chriſto. Quo.i.eo quo. Ligua mobilis.i.loquẽs talis.ſcilicet diuina. Tulerit me ſono vltimo.i.optauerit me ferri aut latũ iri vltimis precibus.hoc eſt vtinam intercanendum talia moriar.

Hymnus ad gallicantum.

Ales diei nuncius.Carmen eſt dimetrũ iambicum recipiens in locis imparibus iãbum ſpondeũ ꝛ interdum anapeſtum: in locis vero paribus ſemper iambum. Incipit Prudentij cathemerinon.hoc eſt hymnorũ per horas diei.atqꝫ auſpicatur a galli cãtu.hoc eſt a media nocte quã varro gallicinium vocat. nam media nocte inclinante gallus prope ſemp̄ canit.hortatur itaqꝫ hymnographus vt gallo canente omnes ſurgant ad canendum chriſto deo: petendũqꝫ peccatorum condonationẽ.dicit itaqꝫ primo ꝙ per gallũ figurate debemus intelligere chriſtum.ꝛ quẽadmodum ille prędicit lucem prope futurã: ꝛ tenebrarũ noctis magnam partem abſceſſiſſe ita chriſtus vocat nos vt relictis tenebris peccatorũ ſurgamus ad vitã.iuxta illud apoſtoli.paulus ro.xiij.nox preceſſit dies autẽ appropinquauit.abijcite ergo opera tenebrarũ

## Hymnus ad gallicantũ.

Ales diei nuncius
Lucẽ propinquam
pręcinit:
Noſ excitator mẽtiũ
Iam chriſtus ad vitam vocat.
Auferte clamat lectulos
Aegros.ſopores deſides.

Ales nuncius diei.i.gallus qui nũciat diẽ aduẽtare.Vergilius in moreto. excubitorqꝫ diem cãtu prędixerat ales. Chriſtus.qui per gallum figuratur. Vocat ad vitam.i.ad ſe.qui dixit ego ſum via veritas ꝛ vita.ꝛ alibi ego ſum lux mundi. Auferte clamat lectulos.clamat per gallũ excitatorẽ. Lectulos ęgros.ideſt in quibus ęgroti ſolent iacere: neqꝫ poſſunt inde ſurgere. Sopores deſides.ſcilicet.ab effectu.quia nimius ſomnus deſidiam et langorem parit.

Caſtiqꝫ recti ac ſobrij
Vigilate: iam ſum proximus.
Poſt ſolis ortum fulgidi
Serum eſt cubile ſpernere:
Ni parte noctis addita
Tempus labori adieceris.
Vox iſta qua ſtrepunt aues
Stantes ſub ipſo culmine:
Paulo anteqꝫ lux emicet:
Noſtri figura eſt iudicis.
Tectos tenebris horridis
Stratiſqꝫ opertos ſegnibus
Suadet quietem linquere
Iam iam que venturo die.
Vt cum coruſcis flatibus
Aurora coelum ſparſerit:
Omnes labore exercitos
Comfirmet ad ſpem luminis.
Hic ſomnus ad tempus datus
Eſt forma mortis perpetis.
Peccata ceu nox horrida
Cogunt iacere: ac ſtertere.
Sed vox ab alto culmine
Chriſti docentis præmonet:
Adeſſe iam lucem prope:
Ne mens ſopori ſeruiat.
Ne ſomnus vſqꝫ ad terminos
Vitæ ſocordis opprimat

Iam ſum proximus.i.ego qui ſum ſol lux vera quę illuminat omnē hominē venientē in hūc mundū iam appropinquo. iuxta orietur timētibus nomē meū ſol iuſticię. Poſt ſolis ortū dicit perueniēdū eſſe Neqꝫ expectādū quouſqꝫ ſol oriatur. iuxta illud anacharſis ad miſonem.ante diē properas o miſon munus aratri. ille refert ꝓperat viuere nemo ſatis.addēda igitur eſt pars noctis laudibus diuinis. Serū eſt ſpernere cubile.i.relinquere lectum. poſt ortū ſolis tardi eſt ⁊ deſidioſi. ⁊ ſubaudi culpādi niſi partē noctis adieceris labori.i.vigilię. nā queādmodū ſōnus eſt quies reꝝ placidiſſima vt dicit ouidius.ita vigilia eſt labor. Vox iſta.nō ſolū galli ſed etiā cęteraꝝ auium quę ſub lucē canūt. Strepunt.i.ſonāt.aut ad illud reſpicit ꝙ cū gallus cantaturus eſt alas excutiens ſtrepitū facit.ſub ipſo culmine.ex vergilio.viij.ęn.⁊ matutini volucrum ſub culmine cātus. Figura noſtri iudicis.i.figurate ꝑ illā volucrū voceꝫ intelligimus chriſtū qui eſt iudex viuoꝝ et mortuoꝝ.iuxta illud.pater omne iudiciū dedit filio. Dic iam iā.i.cito vēturo ſuadet nos mortales. Tectos tenebris.i.inuolutos peccatis.⁊ opertos. Stratis ſegnibus.i.lectis qui faciunt nos ſegnes linquere quietem.i.ſomnū vt ſupra laboreꝫ appellās vigiliā. Aurora ſparſerit coelum.vergilius.iiij.ęn. Et iā prima nouo ſpargebat lumine coelum titoni croceuꝫ ſurgens aurora cubile. Coruſcis flatibus.i.flāmis. aut quia ſub auroram ſpirant aurę. Cōfirmet.i.preparet.ſ.aurora hoc eſt tēpus matutinum. Nos omnes exercitos.i.exercitatos. Labore.i.vigilia.vt ſupra. Ad ſpem luminis.ideſt chriſti paulo poſt orituri vt nos illuminet. Hic ſomnus moraliter dicit per ſomnum qui eſt mortis imago intelligimus animę mortē ⁊ per tenebras noctis intelligimus peccata. quę ſuo torpore cogunt nos ſomno grauatos iacere ⁊ dormire. Sed vox chriſti docentis ab alto culmine vnde gallus et aues canunt. vt diximus. Adeſſe proprie pro accedere. Somni deſidia ſub peccato. Ad terminos vitę.ideſt vſqꝫ ad horam mortis. Socordis.languentis.

Pectus ſepultum crimine:
Et lucis oblitum ſuæ.
Ferunt vagantes dæmonas
Lætos tenebris noctium
Gallo canente exterritos
Sparſim timere: ⁊ cedere.
Inuiſa nam vicinitas
Lucis. ſalutis. numinis
Rupto tenebrarum ſitu
Noctis fugat ſatellites.
Hoc eſſe ſignum præſcij
Norunt repromiſſæ ſpei:
Qua nos ſoporis liberi
Speramus aduentum dei.
Quæ vis ſit huius alitis:
Saluator oſtendit Petro.
Ter ante ꝗ̃ gallus canat
Seſe negandum prædicans.
Fit nanqꝫ peccator prius:
Quam præco lucis proximæ
Inluſtret humanum genus:
Finemque peccandi ferat.
Fleuit negator denique
Ex ore prolapſum nefas:
Cum mens maneret innocēs:
Animusque ſeruaret fidem.
Nec tale quicquam poſtea
Linguæ locutus lubrico eſt.
Cantuqꝫ galli cognito:
Peccare iuſtus deſtitit.
Inde eſt ꝙ omnes credimus
Illo quietis tempore:
Quo gallus exultans canit
Chriſtum rediſſe ex inferis.

Sepultum. obrutum. Vergilius. ij. ęñ. Innadūt vrbem ſomno vinoqꝫ ſepultā.

Sue lucis. ideſt coeleſtis vnde traxit originem. aut Sue lucis. ideſt chriſti. Ferunt. ea eſt hominum opinio atqꝫ hodie vulgo id creditur. Sparſim timere. qui prius agminatim incedebant. Quod videtur ſimile illi quod anchiſes apud vergilium in. vi. ęne. dicit. et me ſeuus equis oriens afflauit anhelis. Inuiſa vicinitas. reddit cauſam cur dęmones fugiūt: quia. ſ. ciuitas lucis fugat ſatellites noctis. i. chriſtus dęmones. Rupto ſitu. i. ſquallore ſiue torpore noctis. vnde vergilius. vi. ęñ. per loca ſenta ſitu dixit. Hoc eſſe ſignum. ſ. cum gallus canit ſcimꝰ ꝙ lux noſtra prope eſt. Liberi ſoporis. id eſt ſopore liberati. Vis lique alitis. ideſt galli poteſtas. Fit nanqꝫ. ſenſus ⁊ ordo eſt. petrus et quilibet homo fit peccator prius ꝗ̃ pręco lucis. i. gallus hoc eſt chriſtus illuſtret ⁊c. Fleuit negator. ſ. petrꝰ

Prolapſum ex ore nefas. quia oblitus ſui chriſtum negauit. vnde ad cantū galli reſipuit ⁊ ad ſe rediit. Nec tale quicꝗ̃. ſed poſtea petrus permanſit in fide vſqꝫ ad mortem. Lubrico linguę. i. lubricitate quia nunquā tale verbum eſt lapſum ex ore illius. Inde eſt. ꝙ illo tempore quo gallus canit credibile eſt chriſtū ſpoliata morte rediit ad ſuperos. Tempore quietis. ideſt ſomni vt ſupra.

Vigor mortis.iuxta illud prophetę ero mors tua o mors. Vis diei.i.chriſtus q̄ dies eſt. Noctē.i.diabolū. Jamiam. hortatur occaſione tēporis.vt ceſſemus a peccatis:⁊ vigilemus chriſto. Improba quieſcant.i.mala noſtra ceſſent. Et culpa furua.i.nigra ⁊ tenebroſa quia vt diximus ꝑ tenebras peccata intelligimus. vnde eſt illud abijciamus oꝑa tenebrarum. Nora letalis.peccatū quod mortē parit. Perpeſſa ſuū ſomnū.i.ceſſationē a peccatis. Marceat.torpeſcat ⁊ ceſſet. Viciſſim. quia vt ſomni ⁊ vigilię viciſſitudo eſt:ita eſſe debet peccatorū ⁊ reſurrectionis a pctō. Meta noctis claudit̃.i. termin⁹ noctis finit̃.hoc eſt ſub ortū ſol̃. Ciamus.i.voceemus ſiue moueamus. et declinatur cio.cis.⁊ cieo.es. Sobrij.ante cibum. Intēta.attenta.nā qui remiſſus eſt in orando facile dormitat. Obliuio profunda.qm̄ in profūdo ſomno omniū rerū obliuiſcūtur. Preſſit ſenſum.i. vim ſentiendi.quia omnia mēbra in ſomno torpent. Conuolutis artubus.i.oībus mēbris impeditis neq̄ officiū ſuum exercentibus. Senſum dico Vagantē vanis ſomnijs.i. ſolutum ad vana tantum phantaſmata. Sunt ne mire.comparat bona fortunę tenebris noctis.vera autē bona hoc eſt animi comparat luci diei. itaq̄ illa agimus quaſi in tenebris. hęc autem in luce. Aurum voluptas.omnia hęc bona opinata et falſa quę nos inflāt in ſuperbiam aduenientē luce euaneſcūt. ideo dicit Fit mane.i.ſi lux oriat̃. Diſijce.i.diſſipa.Vergilius primo ęn. ⁊ diſijce corpora ponto. Vincula noctis.i. peccatorum quibus impliciti ſumus. Peccatum vetus.quo ſumus inueterati. Ingere lumē.i.illuſtra nos tuo lumine.hoc eſt gratia ⁊ venia tua.

Hymnus ad matutinum.

Tūc mortis oppſſus vigor.
Tunc lex ſubacta eſt tartari.
Tunc vis diei fortior
Noctem coegit cedere.
Jam iam quieſcant improba.
Jam culpa furua obdormiat.
Jam noxa letalis ſuum
Perpeſſa ſomnum marceat.
Vigil viciſſim ſpiritus
Quodcunq̄ reſtat temporis:
Dum meta noctis clauditur:
Stans ac laborās excubet.
Jeſum ciamus vocibus.
Flentes. precantes.ſobrij.
Intenta ſupplicatio
Dormire cor mundum vetat.
Sat conuolutis artubus
Senſum profunda obliuio
Preſſit.grauauit.obruit
Vanis vagantem ſomnijs.
Sunt nempe falſa ⁊ friuola:
Quæ mundiali gloria
Ceu dormientes egimus.
Vigilemus:hic eſt veritas.
Aurum.voluptas.gaudium.
Opes.honores.proſpera
Quæcunq̄ nos inflant mala:
Fit mane:nil ſunt omnia.
Tu Chriſte ſomnum diſijce.
Tu rumpe noctis vincula.
Tu ſolue peccatum vetus:
Nouumq̄ lumen ingere.

Hymnus ad matutinum.

# Cathemerinon.

Nox & tenebræ & nubila
Confuſa mūdi & turbida:
Lux intrat. albeſcit polus.
Chriſtus venit. diſcedite.
Caligo terræ ſcinditur
Percuſſa ſolis ſpiculo.
Rebusqꝫ iam color redit
Vultu nitentis ſideris.
Sic noſtra mox obſcuritas
Fraudisqꝫ pectus conſcium
Ruptis retectum nubibus
Regnante palleſcit deo.
Tunc non licebit claudere:
Quod quiſqꝫ fuſcum cogitat.
Sed mane clareſcent nouo
Secreta mentis prodita.
Furante lucem ſqualido
Impune peccat tempore:
Sed lux dolis contraria
Latere furtum non ſinit.
Verſuta fraus & callida
Amat tenebris obtegi:
Aptamqꝫ noctem turpibus
Adulter occultus fouet.
Sol ecce ſurgit igneus.
Piget. pudeſcit. poenitet.
Nec teſte quiſquam lumine

Nox & tenebrę. Hymnus qualis ſuperior. ales diei nuncius. Matutinum tempus eſt inter gallicinium et ortum ſolis. ex occaſione temporis in quo incipiunt tenebrę euaneſcere & lux increbeſcere. multa dicit de tenebris hoc ē peccatis. & de luce. i. de chriſto. dicit igitur. O nox & o tenebrę. & o nubila mundi confuſa & turbida. quia in tenebris oīa cōfunduntur: ſicut in luce diſcernuntur. Lux intrat. ſubaudi feneſtras. Perſius iam clarū mane feneſtras intrat. Albeſcit. luceſcit. Chriſtus venit. qui eſt ſol iuſticię. Caligo terrę. i. tenebrę quę ſiūt ſole ab aſpectu noſtro ſubtracto terra interueniēte. q̇a ſi terra nō eſſet nullę eſſēt tenebrę quia ſol cuncta illuſtraret. Spiculo ſolis. ad fabulā alludit quę in apollinem ſagittas refert propter radios. nā ſpiculum ſagitta eſt. Color redit rebus qui fuerat ablatus a tenebris noctis. vnde vergilius & reb⁹ nox abſtulit atra colorem. Vultu nitentis ſideris. i. ex preſentia ſolis. Sic noſtra. ſenſus ē ꝙ quēadmodum ſole oīa illuſtrātur: ſic noſtrę tenebrę: hoc eſt peccatorum ſordes a chriſto purgētur. Pectus conſciū fraudis. i. in quo fraudes latent. Retectum. i. apertum. Vergilius. radijsqꝫ retexerit orbem. Palleſcat. pro albeſcat. et alludit ad tempus matutinū quo aurora pallet. Vergilius. iiij. ęn. titoni croceū linquens aurora cubile. Tunc. cū chriſtus ſol iuſticię ortus fuerit: qui oīa occulta reteget. Fuſcū. i. nigrū hoc eſt turpe. Nouo mane. i. noua luce. quia deum nihil latet: cū ſit lux. Vergili⁹. iij. geor. dū mane nouūꝫ dū gramina canent. Secreta prodita. i. manifeſtata. Ante lucē. q̇a qui male agit odit lucē. Squallido tēpore. i. tenebroſo hoc eſt inerti & inculto. Peccat impune. quia ſine arbitris furatur. ſed non impune niſi ad tempus. quia nihil occultū quod non reueletur. Lux. i. dies. Contraria dolis. ideſt fallere cupientibus. Fouet noctem. ideſt amplectitur et amat. quia vt diximus qui male agit odit lucem. Sol igneus. ex opinione antiquorum aut ab effectu. Piget pudeſcit poenitet. quia turpiter facta pateſcunt.

Peccare cōſtanter. quia nō conſtabit ſibi ipſi: ſed mutabit vitę modū. Sumptis poculis.ſ. nocte heſterna: q̄a pudet nos fuiſſe ebrios. Cū.i.quo tempore.ſ. matutino. Libido ſit tēperans.i.libidinoſus cōtinet a voluptatibus. Nugat.i.qui p̄ noctē nugas agebat ꝛ delibabat. Sapit.i.ſapiēs eſt ꝛ reſipiſcit. caſtū.i.caſte ꝛ mūde. Nūc nūc.ſ.tēpore matutino Viuit ſeuerū.p̄ ſeuere. Ludicrū.i.nemo ludit. Oēs colorāt vultu ſerio.i.accomodāt vultū grauē ꝛ triſtē ꝛ diſſimulāt ſuas ineptias. Hęc hora.ſ.matutina. Eſt vtilis.i.eſt accomodata vſui ꝛ opibus. Gerat qđ ſtudet.i.adminiſtret ſuū officium. Miles q̄ verſať in bello. Togat⁹. q̄ exercet artes pacis. vñ eſt illud ciceronis cedāt arma togę. Inſtitor.mercatores q̄ merces exercēt. Illū forēſis glīa.ſ. togatū q̄ agit cauſas in foro. Hūc rapit. claſſicū triſte.i.militē.nā claſſicū eſt ſon⁹ tubę cū cantū ad pugnā qđ triſticiā affert pugnaturis militib⁹. Hinc.i.a tēpore matutino. Suſpirāt lucra.q̄a negociātur vt lucrētur. At nos.ſ.boni chriſtiani ꝛ religioni dediti. Neſcij lucri ꝛ foenoris.vt mercatores.ꝛ neſcij fandi.i.agēdi cauſas in foro. Arte bellica.vt milites. Pura ꝛ ſimplici.i.vni tantū rei intēta. Iuuenať. tū fœmina ſimplex.ꝛ horati⁹. ſimplex mūdicijs. Dicim⁹ te.i.laudam⁹ te. horati⁹ p̄ma dicte mihi ſumma dicēdi camoena. His queſtib⁹.i.lucris. an quęſtubus vt vult valla. Hęc munera.i.officia.vnde immunus q̄ officio carēt. Noſtris ſenſibus .i.p̄cib⁹ q̄s mēte cōcipim⁹ ꝛ voce effundimus. Diſpice.aſpice ꝛ circūſpice.ꝛ tuo fauore pſequere.q̄a vt inq̄t Seru⁹ aſpect⁹ dei ſemp̄ fauorem affert. Illita fucis.i. maculata vitijs.legiť et fuſcis.i.inq̄nata tenebris ꝛ ſic magis coheret ſequēs litteræ: cū dicit luce purgētur tua. aut reſpicit ad aliā ſolis ꝓprietatē q̄ nō ſolū illuſtrat ſȝ etiā purgat. Durare tales.i.pſeuerare

Peccare conſtanter poteſt.
Quis mane ſumptis nequiter
Non erubeſcit poculis:
Cum ſit libido temperans:
Caſtum qȝ nugator ſapit.
Nunc nunc ſeuerum viuitur.
Nunc nemo tentat ludicrum.
Inepta nunc omnes ſua
Vultu colorant ſerio.
Hæc hora cunctis vtilis.
Qua q̄ſqȝ qđ ſtudet: gerat.
Miles.togatus.nauita.
Opifex.arator.inſtitor.
Illum forenſis gloria.
Hunc triſte raptat claſſicum.
Mercator hinc ac ruſticus
Auara ſuſpirant lucra.
At nos lucelli ac foenoris
Fandi que prorſus neſcij
Nec arte fortes bellica
Te Chriſte ſolum nouimus.
Te mente pura ꝛ ſimplici.
Te voce.te cantu pio
Rogare curuato genu:
Flendo ꝛ canendo dicimus.
Hi ſ nos lucramur quæſtibus.
Hac arte tantum viuimus.
Hæc inchoamus munera:
Cum ſol reſurgens emicat.
Intende noſtris ſenſibus.
Vitam que totam diſpice.
Sunt multa fucis illita:
Quæ luce purgentur tua.
Durare nos tales iube:

# Cathemerinon.

Quales tinctos flumine iordane.ideſt aqua baptiſmatis.quę iam inde a chriſti baptiſmate fuit conſecrata.remotis ſordibus.quia p baptiſma delentur peccata hoc eſt originale ꝛ actuale. Nox mundi.ideſt peccata quę per noctē intelliguntur. Dehinc.ideſt poſt baptiſma. Atris nubibus.quę ſubtrahunt lucē. Syderis eoi.ideſt lucis matutinę. Illumina. abiiciendo tenebras ꝛ inferēdo lucē. Tetram picē.ideſt nigrorē peccatorum. Tingis.lauas ꝛ in candorē vertis. Iuuenalis quāquā in diuerſa ſententia qui nigrū in candida vertunt. Eſaie pmo. ſi fuerint peccata veſtra vt coccinū quaſi nix dealbabuntur. Cryſtallum. aquam congelatam ſiue lapidē quę alba ſunt. Ebeno.ideſt ex ebeno. quę materia nigra eſt. Vergilius primo geor. india nigrum fert ebenū. Liuida.nigra vt ſepe diximus. Sub nocte. p exemplū iacob luctantis cū angelo probat qđ dixit qđ p tenebras intelligimus peccatū ꝛ per lucem culpe remiſſionē. nam quēadmodū legimus geñ. cap.xxxii. iacob rediens ex meſopotamia. cū veniſſet ad locum queꝫ ipſe vocauit phanuel:per totā noctem luctatus eſt cū angelo.quod erat quaſi deo reſiſtere.ſed poſtea ſub aurorā hoc eſt luce aduentante ceſſit quia tacto ab angelo corendicis neruo claudicauit atqꝫ ita victus eſt. Sub nocte.ordo eſt.iacob luctator audax impar prelio āgeli ſudauit. Eouſqꝫ.i.quoad ſurgeret. quod factū eſt Sub nocte coerula. ideſt nigra.vel potiꝰ ad coeli colorem rettulit. Poplite lapſāte.ideſt labenter ſuccīduo. Vergilius.ii. eñ.multo lapſantem ſanguine nati traxit Victus femur debile.ideſt ab angelo debilitatum . et eſt ſynechdoche Perdidit vigorem culpę.ideſt vires ſuas quibus angelo reſiſtens peccabat. Inguen pro corendice poſuit:quę e regione inguinum eſt. Nutabat.vacillabat ꝛ claudicabat. Pars vilior corporis.Horatius primo ſermonum.inguen ad obſcenum ſubductis vſqꝫ facetus.

Longe ſub loco cordis.quia inguina ꝛ partes genitales diſtant a corde in quo viget ſapientia.

Quales remotis ſordibus
Nitere pridem iuſſeras
Iordane tinctos flumine.
Quodcunqꝫ nox mundi dehic
Infecit atris nubibus:
Tu rex Eoi ſyderis
Vultu ſereno inlumina.
Tu Sancte:qui tetram picem
Candore tingis lacteo.
Ebeno que cryſtallum facis:
Delicta terge liuida.
Sub nocte iacob coerula
Luctator audax angeli
Eouſque lux ſurgere:
Sudauit impar prælio.
Sed cum iubar clareſceret:
Lapſante claudus poplite.
Femur que victus debile
Culpæ vigorem perdidit.
Nutabat inguen ſaucium:
Quæ corporis pars vilior.
Longe que ſub cordis loco
Diram fouet libidinem.

Hę imagines.i.figurę. Hominē obſi-tū tenebris.i.peccatis inuolutū. Uires rebelles.i.quibus deo reſiſtit. Perdere quia fruſtra reſiſtit. Sed ille eſt beatior cui membrū intēperans ⁊ inobediēs. Dies inuenerit claudū ⁊ tabidū.i.luxatū et cōuulſum. Tandē faceſſat.hortatur fugiēdas eſſe tenebras ⁊ ſequēdā eſſe lucē. Faceſſat cęcitas.i.recedat.nā faceſſere tū facere tū recedere ſignificat.iuuine faceſſe hinc tarq̄nias aut corinthū. Siniſtris greſſib⁹.q̄a via ſiniſtra in precipitiū trahit ex ſentētia litterę pythagorcę. Serenū.animi trāquillitatē. Puros.ſine vlla ꝑturbatiōe. Obſcuꝝ.i.tenebricoſuꝫ. Oculi lubrici.i.libidinoſi.⁊ q̄bus ducib⁹ ꝓcipitamur. Specłator.teſtis ⁊ arbiter quē nō poſſum⁹ quicq̄ celare. Qđ mēs cōcipit.q̄a ſcrutās corda ⁊ renes.

Hymnus ante cibum.

O Crucifer bone lucifator. Carmē eſt monocolon alcmaniū.dactylicū.trimetrū.hyꝑcatalecticū cōſtās trib⁹ dactylis ⁊ ſyllaba. Principio inuocat chriſtū ac proīde totā trinitatē.hortatq̄ꝫ ſeipſum ad cibi parſimoniā.⁊ ſobriā coenā.q̄ſi ſit ieiuniū ecclię cōpletur⁹. O crucifer q̄ tuliſti crucē ad locum caluarię vbi paſſus es:⁊ nunc fers illaꝫ q̄ſi victorię inſignia.

Lucifator.i.lucis creator. Omniparēs.i.omniū reꝝ pater.q̄a ꝑ filiū pr̄ oia creauit.⁊ ipſe ꝑ ſe cū pr̄e ⁊ ſpū ſcō creator eſt. Uerbigena fuit tēpus quo nō putabam⁹ de chriſto poſſe dici verbigenā ⁊ reuera ſi ꝟbigena exponaꝛ ꝟbū genitū recte diciꝛ. ſed nos cōſimiliū ſeq̄bamur rationē.naꝫ ꝟbigena ita exponendū eſt ꝟbo genitus ſicut martigena marte genit⁹.iunonigena iunone genitus. improprie igitur dixit verbigena ſicut infra in hymno natalis chriſti dixit Ex ore quamlibet patris ſis ortus et ꝟbo editus.neq̄ꝫ eni eſt part⁹ ꝟbo ſed eſt ꝟbū a patre partū ſiue editū.

Hæc nos docent imagines.
Hominem tenebris obſitum
Si forte non cedat deo.
Uires rebelles perdere.
Erit tamen beatior
Intemperans membrum:cui
Luctando claudum ⁊ tabiduꝫ
Dies oborta inuenerit.
Tandem faceſſat cæcitas.
Quæ noſmet in præceps diu
Lapſos ſiniſtris greſſibus
Errore traxit deuio.
Hæc lux ſerenum conferat:
Puros que nos præſtet ſibi.
Nihil loquamur ſubdolum.
Uoluamus obſcurum nihil.
Sic tota decurrat dies:
Ne lingua mendax: ne manus
Oculi ue peccent lubrici:
Ne noxa corpus inquinet.
Speculator adſtat deſuper:
Qui nos diebus omnibus.
Actus que noſtros proſpicit
A luce prima in veſperum.
Hic teſtis.hic eſt arbiter.
Hic intuetur quicquid eſt
Humana quod mens concipit.
Hunc nemo fallit iudicem.

## Hymnus ante Cibum.



O Crucifer bone lucifator.
Omniparens pie verbigena.

Edite corpore Virgineo.
Sed prius in genitore potens
Aſtra. ſolum. mare qꝫ fierent.
Huc nitido precor intuitu.
Flecte ſalutiferam faciem
Fronte ſerenus. ⁊ inradia.
Nominis vt ſub honore tui
Has epulas liceat capere.
Te ſine dulce nihil domine.
Nec iuuat ore quid appetere
Pocula ni prius. atque cibos
Chriſte tuus fauor imbuerit
Omnia ſanctificante fide.
Fercula noſtra deum ſapiãt.
Chriſtus ⁊ influat in pateras
Seria. ludicra. verba. iocos.
Deniqꝫ qđ ſumus. aut agimꝰ
Trina ſuperna regat pietas.
Hic mihi nulla roſæ ſpolia.
Nullꝰ aromate fragrat odor.
Sed liquor influit ambroſiꝰ.
Nectaream que fidẽ redolet
Fuſus ab vſqꝫ patris gremio.
Sp̄ne camoena leues ederas.
Cigere tẽpora quis ſolita es.
Serta que myſtica dactylico
Texere docta. liga ſtrophio
Laude dei redimita comas.
Quod generoſa poteſt anima
Lucis. ⁊ aetheris indigena
Soluere dignius obſequium?
Quã data munera ſi recinat
Artificem modulata ſuum?

Edite. generate ⁊ parte. Iuuenal' ſi bos ederet agnũ. In genitore. i. cũ genitore Nitido intuitu. i. ſereno vultu. Irradia. inſpira ſanctifica ſubaudi nos. Tuꝰ fauor imbuerit. i. inſpirauerit ⁊ impleuerit. Fide ſanctificante. i. nobis omnia ꝑ fidem cooperãtibus: quę nos ſanctificat tibi. Sapiãt deũ. i. diuinũ habeant ſaporem. ſicut dicimus melimela poma q̄ ſapiunt mel. Influat in pateras. i. inſpiret in vina. vt vinũ quoqꝫ ſapiãt chriſtuꝫ.

Seria. quę opponuntur iocis. Ludicra. i. ludos: qui permiſſi ſunt ad ceſſationem ⁊ quietẽ. ⁊ deniqꝫ omnia verba quę loquũtur. nã ⁊ virtutẽ quãdam ponit ariſtoteles in huiuſmodi rebus in. ij. et. iiij. ethi. Hic mihi. i. in hoc meo prandio ſiue coena: nõ facio qđ ſolẽt diuites ⁊ potẽtes in cõuiuijs ſumptuoſioribus: qui coronati ⁊ vnguentis delibuti diſcũbunt. Spolia roſę. i. coronę ex roſis quę ad hoc afferũtur ex roſetis. Ex aromate. ex rebus odoratis. Sed ambroſius liquor. i. ſuccus diuinus. i. qđ ſupra dixit qui deuꝫ ſapiãt. Eſt nãqꝫ ambroſia quẽadmodum poetę dicũt cibus deoꝝ ſicut nectar illorũ potus. Fuſus. i. deſcẽdens ex cęlo. Camoena. o muſa chriſtiana. Sperne hederas. qbꝰ coronaris in deſcribẽdis poematis ſęclarībꝰ. nã hederę cõſecratę ſunt baccho poetaꝝ deo peculiari. ſicut laurꝰ phębo. Martialis. q̄d poſſũt hederę bacchi dare. Sertaqꝫ. ordo eſt. tu o muſa docta texere ſerta myſtica. i. coronas nõ laureaceas ⁊ hederaceas ſꝫ ex ſacris litteris cõtexta: tu inquã. Redimita. laude dei. i. ornata ⁊ iſtructa rebus diuinis. Liga caput. i. corona ⁊ cige caput. Strophio. i. corona. vergiliꝰ in copa. Et grauidũ roſeo necte caput ſtrophio. alias accipit' ꝓ cingulo. Anima indigena. ętheris. quę hẽt celeſtẽ originẽ. Iuuenalis ſenſũ a celeſti demiſſũ traximꝰ arce. Modulata ſuũ artificẽ. i. laudãs deũ canẽdo. Recinat munera data. i. cãtet beneficia a deo accepta

quę oĩa numerat per genera. ⁊ p̄mo volucres cęli. deinde piſces maris. poſtea terre fruct⁹ iuxta illud geneſis p̄mo. faciamus hominē ad imaginē ⁊ ſimilitudinē noſtrã ⁊ pręſit piſcibus maris ⁊ volatilibus cęli. ⁊ beſtijs vniuerſe terre. Ipſe homini. quia oĩa ſubiecit pedibus eius. ⁊ hominē ſibi. Quę polus. i. volucres coeli. hoc eſt aeris. Callidus dolus. quia niſi parentur inſidię volucribus nõ poſſumus illas capere. itaq; opus eſt calliditate ⁊ dolis. Aut pedicis. i. laqueis q̇bus a pedibus captãtur. vergilius p̄mo geor. tũc laqueis captare feras ⁊ fallere viſco. ⁊ ibidem. tunc gruibus pedicas et retia ponere ceruis. Aut maculis. retibus maculoſis. ſunt autē maculę ipſa retis foramina mallas hiſpani vocant. Vimina illita. i. virgę perũctę. Glutine corticeo. i. viſco quod fit aut ex corticib⁹ quarũdam corboꝝ aut ex viſco quod innaſcitur ex ſtercore turdorũ. de quo vergilius in. vi. ęñ. Quale ſiluis brumali frigore viſcum fronde virere noua qđ nõ ſua ſemina ⁊ croceo foetu teretes circũdare truncos. Seriem plumigerã. i. aues q̃ gregatim ⁊ ex ſerie volant ſicut grues. Vetant abire. i. capiunt illas. Texta ſinuoſa. i. retia ſinus multos habētia contexta ex canabe aut lino. Greges fluctiuagos. i. piſces qui vt dicit pſalmiſta perãbulant ſemitas maris. Acumine vulnifico. i. hamo qui nõ poteſt capere piſcē niſi vulnus inferat. Sequitur calamũ. i. harundinem qua trahitur. piſcis inquã Saucius ora credula cibo. i. q̃ nimiũ crediderunt eſcę latenti in hamo. Opes ingenuas. i. quas decet homines ĩgenuos eſitare. Segetis ariſtiferę. i. frumenti. quę ſola habent ariſtas. puta ordeũ. triticum. tipha. far. ſemen. Brachia vitea. ideſt vitium que a ſimilitudine noſtrorum brachiorum brachia dicuntur. in arboribus: quę ex trunco diuiduntur ſicut rami ex brachijs. et germina ex ramis. Vergilius ſexto ęneidos. In medio ramos annoſaq; brachia pandit vlmus opaca ingens. Luxuriant palmite. ideſt effunduntur in palmites. qui ſunt quaſi rami in vite. Pampineo. ideſt pampinis hoc eſt frondibus pleno. Bacca alũna pacis. ideſt oliua quę eſt inſigne pacis. Vergilius ſecundo georgicorum. et placitam paci nutritor oliuam. Et ouidius ſexto meta. circuit extremas oleis pacalibus oras. Suppeditat. ſubminiſtrat. Abſit. chriſtianos non decere eſus carnium dicit: ex ſententia py-

Ipſe homini. quia cũcta dedit.
Quae capim⁹ dñante manu
q̃ polus. aut hum⁹. aut pelag⁹
Aere. gurgite rure creant
Haec mihi ſubdidit. ⁊ ſibi me.
Callidus inlaqueat volucres
Aut pedicis dol⁹. aut maculis.
Inlita glutine corticeo
Vimina plumigeram ſeriem
Impediunt. ⁊ abire vetant.
Ecce per aequora fluctiuagos
Texta greges ſinuoſa trahunt.
Piſcis item ſequitur calamũ
Raptus acumine vulnifico
Credula ſaucius ora cibo.
Fundit opes ager ingenuas
Diues ariſtiferae ſegetis
Hic vbi vitea pampineo
Brachia palmite luxuriant.
Pacis alũna vbi bacca viret.
Haec opulentia Chriſticolis

thagorę qui mortalibus eſu carnium interdixit. Illa fames.i.cibi appetitus. Cędibus pecudum. Vergilius.ij.geor. ante impia ꝙ cęſis gens eſt epulata iuuencis aureus hanc vitam in terris ſaturnus agebat. ⁊ in ſacris litteris legimus ante diluuium non fuiſſe vſuȝ carnium. Oleris coma.i.folia herbarum hortenſium. Siliqua foeta.i.plena.ſūt autem ſiliquę folliculi illi ſiue vaginę in quibus legumina proueniunt. Epulis innocuis.ideſt quę nulli nocent animali. immo pręſtant ne noceatur.

Seruit ⁊ omnia ſubpeditant.
Abſit enim procul illa fames:
Cædibus vt pecuduȝ libeat,
Sanguineas lacerare dapes.
Sint fera gentibus indomitis.
Prandia de nece quadrupedū
Nos oleris coma nos ſiliq̄ foeta
Legumine multimodo
Pauerit innocuis epulis.
Spumea mulctra gerūt niueos
Vbere de gemino latices:
Perq; coagula denſa liquor
Inſolidum coit. ⁊ fragili
Lac teneruȝ premitur calatho
Mella recens mihi cecropia.
Nectare ſudat olente fauus
Hæc opifex apis aerio
Rore liquat. tenuiq; thymo.
Nexilis inſcia connubij.
Hinc quoq; pomiferi nemoris
Munera mitia proueniunt.

Mulctra.vaſa illa lactis exceptoria.quę ⁊ mulctraria dicuntur. Vergilius in bucolicis.bis venit ad mulctram vnus alit vbere foetus.idē in georgicis.implebunt mulctraria vaccę. Spumea.ſpumantia cū lac emungitur. Niueos latices.i.lac. Gemino vbere.puta caprarum ⁊ ouium ⁊ boum.naȝ quę plurimos procreāt foetus plures habent papillas.vt ſues. Per coagula dēſa.effectiue pro condenſantia. Liquor.i.lac liquidum. Coit.ideſt ſoliadeſcit inſpiſſaturq;. Lac tenerū.ideſt nō pingue ſed ſubtile.ſerum ſignificat. nam pingue coagulatur in caſeum. Calatho fragili ideſt fiſcina vnde lac exprimitur. Mella recens.ordo eſt. Fauus qui conſtat melle ⁊ cera. Recens cum primum eximit̄ ex alueo apum. Sudat mihi. ideſt quaſi ſudorem mittit. Mella cecropia.ideſt optima ⁊ generoſa qualia ſunt ex hymetto monte attico.celebratur autem mel atticū apud omnes autores maxime apud galenum. Nectare olente. ad thymi odorem retulit.de quo vergilius p̄mo gē. redolentq; thymo fragrantia mella. Apis opifex.ideſt mellis operatrix. Liq̄t hęc.ſ.mella. ex rore coeli ⁊ floribus thymi concinnat in liquorem. Nexilis inſcia connubij.ideſt quę non nectitur alteri eiuſdē ſpeciei vt prolem generet. neq; enim apis generat more aliarum animantium ex coitu. Vergilius quarto georgicorum. Illum adeo placuiſſe apibus mirabere morem
Quod nec concubitu indulgent nec corpora ſegnes
In venerem ſoluunt aut foetus nixibus edunt
Verum ipſe natos folijs et ſuauibus herbis
Ore legunt. ipſe reges paruoſq; quirites
Sufficiunt. Hinc quoq;. ideſt vltra ſuperiora quę diximus ex agro proueniunt poma. Munera mitia.ideſt poma matura. Vergilius in bucolicis. ſunt nobis mitia poma.

Arbor tremefacta.cõcuſſa. Grauis.i.onuſta pomis. Pluit imbre deciduo.i.ad mo⸗dũ imbris demittit Suũ onus.i.ſuos foetus quibus eſt onuſta. Quę veterũ. ſenſus eſt.qđ neqꝫ homeri aut vergilij tuba.i.grãdiloquẽtia aut boetus tragicꝰ. neqꝫ lyra.i.poe⸗te lyrici poterit laudibus exequare munera q̃ accepimus a deo. Flatibus refertur ad tu⸗bam.⁊ fidibus ad lyrã. Opus.i.quę operatus eſt hominis cauſa. Te pater optime. ex hoc infert ſibi omni tẽpore agendas eſſe gratias deo pro muneribus acceptis. Mane nouo.vt ſupra ex autoritate vergi lij. Sumere cũ monet hora cibũ. antiq̃ nõ cõſueuerunt ſumere cibum ante horã veſpertinã.tẽporibꝰ ſaluatoris noſtri ho ra nona diei coenabãt.ſed ⁊ in noſtra re⸗ligione ieiunãtes nõ ſumebãt cibos an⸗te horã veſpertinã. Noſtra harmonia. nota accentũ in ãtepenultima. Quod calet.omĩa ſua dicit autor debere lauda⸗re deũ. Quod halitus interior calet.i. ſpiritus qui attrahit vt refrigeretur cor: ⁊ in corde caleſcit. Et quod vena abdita tremit.i.arteria abſcõdita palpitat. Et incitata pulſat. vnde ⁊ arteriarũ pulſus dicitur. Et quod lingua latẽs in cauea .i.in oris cõcauitate.ſꝫ caueã appellauit: quia aues quę garriũt caueis cõtinẽtur: ita ⁊ lingua garrula in cauea eſt. Eſto mihi laus.i.totũ explẽtur in laudem dei

Nos igitur.igitur hoc in loco nõ illati⸗ue ſed cõpletiue tenetur. Tua manꝰ cõ poſuit nos.i.plaſmauit ⁊ fnxit. Ceſpi⸗te madido.i.terra humẽti. quia terra ali as nõ cõſtaret.Ouidius p̃mo meta. quã .ſ.terrã ſatus iapeto mixtam fluuialibus vndis finxit in effigiem moderantũ cun⸗cta deorum. Meditata.i.exercens et fa ciens ſimilitudinẽ ſuam. non q̄ deus ha buerit tunc efficiem humanam vt puta⸗uit Epicurus. Ut materia.i.corpus ſic formatũ. Foret rata.quia informe cada ner iacebat. Flauit.geneſis cap.ij.formauit dominus deus hominem de limo terre.⁊ in ſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitę. Ore.ideſt ſpiritu oris ſui.intus dedit animaꝫ.

Tunc.ideſt poſtquam illum creauit.geneſis.ij.tulit dominus deus hominem ⁊ poſuit eum in paradiſo voluptatis:vt operaretur ⁊ cuſtodiret illũ Jubet hominẽ.ſ.creatum.

Arbor onus tremefacta ſuũ
Deciduo grauis imbre pluit.
Puniceos qꝫ iacit cumulos.
Quæ veteꝝ tuba.quæ ue lyra
Flatibus incita.vel fidibus
Diuitis omnipotentis opus.
Quæqꝫ fruenda patẽt homini
Laudibꝰ æquiperare queat?
Te pater optime mane nouo.
Solis ⁊ orbita.cum media eſt.
Te quoque luce ſub occidua
Sumere cuꝫ monet hora cibũ.
Noſtra deus canet harmonia.
Quod calet halitus interior
Corde.qđ abdita vena tremit:
Pulſat ⁊ incita.quod reſonat.
Lingua ſub ore latens cauea:
Laus ſuperi patris eſto mihi.
Nos igitur tua ſancte manus
Ceſpite compoſuit madido
Effigiem meditata ſuam:
Utque foret rata materies:
Flauit ⁊ indidit ore animam.
Tunc per amoena vireta iubet

Locis frondicomis.i.arboroſis.nam frondes tantum ſunt arborum. Uer perpetuū.i.flores qui veris tempore proueniunt. Martialis.cū breue ſicanius ver populantur apes. Redolet.ad flores refertur ille odor. Latex celer.i.aqua celeriter fluens. Rigat prata multicolora.propter florum varietatē in coloribus. Amne quadrifluo.i.qui diuiditur in quattuor illa flumina quę oriūtur ex paradiſo voluptatis phiſon.ſ.gion.tigris.euphrates.geñ.ij. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum qui inde diuiditur in q̄ttuor capita. Famulentur ait.i.ſeruiant geñ.ij.p̄cepitq; deus homini dicēs.ex omni ligno paradiſi comede. de ligno autē ſcientię boni ⁊ mali ne comedas. Medio nemore. geñ.ij. produxit lignum vitę in medio paradiſi ⁊ lignum ſcientię boni ⁊ mali. Hic. tunc. Illicit. blādicijs attrahit. Ingenium indocile. aut ꝓ indocto poſuit hoc rudi. aut indocile bonarum.ſ.artium ⁊ virtutum.quę in foemina nō reperiuntur.teſte ariſtotele. Maleſuada.i. q̄ ſemper malū ſuadet. Uergili⁹ ſexto ęñ.maleſuada fames. Corpora.ordo eſt.poſt epulas.i.poſtquā comederūt de ligno vetito. Uident corpora inoperta .i.nuda.mutua.i.alter alterius. ⁊ mutuo ⁊ ſubaudi q̄ corpora erat nefas noſſe.q̄a prius q̄ comederent nō videbant verenda ſua. Lubricus error erubuit.i. poſt q̄ ſunt preuaricati per errorē erubuerit. Tegmina perizomata. Conſcia culpa.i.culpe conſcij. Exigitur.i.expellitur. Ex ſede ꝓpria nō ꝓpria q̄ñ illam perdidit:ſȝ quę fuiſſet propria ſi non peccaſſet. Innuba.i.viro nō ſubiecta ſed ſocia ⁊ omnium particeps.nā nubere eſt minori conditioni ſe cōiugi ſuo dare. Martial. vxori nubere nolo meę. ⁊ ſequit inferior matrona ſuo ſit priſce marito non aliter fiunt foemina virq; pares. Ouidius quoq; metamor. tibi nubere nympha volentis votis cede dei. vides quid eſt viruȝ nubere vxori ſuę. hoc ē eſſe inferiorem et ſubiectum illi. Igitur innubam dixit euam ideſt viro nō ſubditam.vnde ſubdit:coniugis excipit imperium. ideſt ſubditur illi. vnde mulieri dixit deus ſub poteſtate viri eris et ipſe dominabitur tui. Foedera triſtia.ideſt mulieri iniqua.q̄a foedera ęqualia eſſe debent vtriq; parti. Plectitur. ideſt punitur. Colla trilinguia.ideſt ſerpentis.

Frōdicomis habitare locis.
Uer vbi perpetuum redolet.
Prata que multicolora latex
Quadrifluo celer amne rigat
Hæc tibi nunc famulentur ait.
Uſibus omnia dedo tuis.
Sed tamen aſpera mortifero
Stipite carpere poma veto.
Qui medio viret in nemore.
Hic draco perfidus indocile
Uirginis inlicit ingenium.
Ut ſocium maleſuada virum
Mandere cogeret ex vetitis
Ipſa pari peritura modo.
Corpora mutua noſſe nefas
Poſt epulas inoperta vident
Lubricus error ⁊ erubuit.
Tegmina ſuta parant folijs:
Dedecꝰ vt pudor occuleret.
Conſcia culpa deum pauitās
Sede propria procul exigitur
Innuba foemina quæ fuerat:
Cōiugis excipit imperium

qui vulgo putatur triplices habere linguas. Vergilius. iij. geor. linguis micat ore trisulcis. Calce terat. ad illud respicit quod serpenti dixit. ipsa côteret caput tuũ. Muliebre solum. idest terram quã mulier calcat. siue plantam pedis vnde solea dicta. Suspicit. i. obseruat ⁊ veneratur ⁊ mulier suspicit virum. in priori tamẽ significatione est pro sursum aspicere. vt vergilius daphni q̃d antiquos signorum suspicis ortus. In secundo pro venerari. vt plinius cecilius in epistolis patrẽ tuũ suspexerim magis an amauerim. His ducibus. idest autoribus. Glomerans. miscens ⁊ inuoluẽs.

Luit morte. i. poena mortis. Impia. quę. s. in deum cômisit. Ecce venit. prosequitur hominis a morte peccati liberationem. Noua progenies. ad illud vergilij alludit. Jam noua progenies coelo demittitur alto, vel ad illud Jere. xxxi. Creauit dominus nouũ super terram fęmina circũdabit virũ. Proditus a procul datus. Alter homo. secũdus adam. quem paulus vocat nouum hominẽ ad ephe. v. induite inquit nouum hominẽ.

Non luteus. verus homo sed non propagatus cũ traduce peccati primi hominis. ideo dixit carens vitijs. Sermo patris. verbũ. sapiẽtię. xviij. dum medium silentiũ tenerent omnia opš sermo tuus a regalibus sedibus descendit. Numine quam. ordo est. quã carnem puella intemerata parit. Grauis. i. grauida. Vergilius in bucolicis. non insueta graues tentabunt pabula foetas. Numine rutilante. idest spiritu sancto splendenti. et respicit ad ignis naturam in qua spiritꝰ sanctus ad discipulos venit. Non thalamo. i. matrimonio virili. Neqꝫ illecebris. idest voluptatibus. genialibus. idest côiugalibus. Horatiꝰ lectus genialis in aula est. nam genius generationis erat deus. Hoc erat illud odium vetus. de quo deus ad serpentem loquitur. inimicicias ponam inter te et mulierem. et semen illius. Discidiũ digladiabile. idest discordia in qua digladiati sunt homo ⁊ diabolus. Vipera cernua. idest serpens in humum deiectus. nam illud significat cernuus. vnde illi dixit deus super pectus tuum gradieris. Proteritur pedibus. scilicet. virginis deiparę.

Foedera tristia iussa pati.
Author ⁊ ipse doli coluber.
Plectitũ improbus. vt mulier
Colla trilinguia calce terat.
Sic coluber muliebre solum
Suspicit. atqꝫ virum mulier.
His ducibus vitiosa dehinc
Posteritas ruit in facinus.
Dumqꝫ rudes imitatur auos.
Fasqꝫ. nefasqꝫ simul glomerans
Impia crimina morte luit.
Ecce venit noua progenies.
Aethere proditus alter homo.
Non luteus. vel vt ille prius.
Sed deus ipse gerẽs hominẽ
Corporeis que carens vitijs.
Fit caro viuida sermo patris
Numine quam rutilãte grauis
Non thalamo. neqꝫ iure tori.
Nec genialibus illecebris
Intemerata puella parit.
Hoc odium vetus illud erat.
Hoc erat aspidis atqꝫ hois
Digladiabile discidium.
Quõ modo cernua foemineis
Vipera proteritur pedibus.

Domat venena. ſ. ſerpentis venenali. Tractibus. ordo eſt. Anguis concolor in viridi gramine. quia viridis eſt. vnde horatius virides colubros dixit. et vergilius virides occultant ſpineta lacertos. Piger. i. frigidus Vergilius frigidus in pratis cantādo rūpitur anguis. Aut piger. i. iā debilitatus. vnde dicit reuomit virus inerme. ſ. poſt chriſti incarnationem. Tractibus inexplicitis. i. ſinuoſis. et in ſpicas conuolutis. Quę feritas. i. omnes fere timēt inuadere gregē chriſtianum. De grege cādidulo. i. baptiſmate mundato. vnde et baptizati veſte candida induuntur. et inde dominica in albis celebratur. quia ea die cathecumeni baptizabantur. Immemor ſanguinis. quia iam dediſcit veſci ſāguine humano. Vice mirifica. i. facta viciſſitudine contra cōmunem naturę curſum. Imperitat leonibus. cum agnus ſit pręda leonum. Et columba lapſa ſydere. ideſt de coelo deſcendens. hoc ē chriſtus alias ſpiritus ſāctus qui in illa ſpecie deſcendit poſt chriſti baptiſmum exagitans aquilas truces. etc. Auis paſta ſanguine. hoc eſt aquila. ideſt demō qui ſolet in mortales graſſare. per lupū quoque et tigridem ę que diabolum intelligit. Da locuples. poſt longam erbaſim redit ad propoſitum. Leuent membra. id eſt membra habeant non grauata cibo ſed leuia et agilia. Stomachus grauet viſcera tota. quaſi dicat ſatis eſt ipſum eſſe aliquatenus cibo grauatum ſed non occupet alia membra. Sed proprie ſtomachus eſt ipſum ventris os. et ſic ſtat melius ſententia. Hauſtus amarus. id eſt potus qui in amaritudinem terminatur. Unde eſt illud Anacharſis ſcythę. tres vuas vitis fert quarum prima voluptas. ſecunda ebrietas. tertia moeſticia. Exitiale. ideſt mortiferum ipſi animę. Iecur incolume. per iecur affectus intelligit, ex Platonis opinione.

Edere namque deum merita
Dia virgo venena domat.
Tractibꝰ anguis inexplicitis
Uirus inerme piger reuomit
Gramine concolor in viridi.
Quae feritas mō non trepidat
Territa de grege candidulo?
Impauidas lupus inter oues
Triſtis obambulat. et rabidum
Sanguis immemor os cohibet.
Agnus enim vice mirifica.
Ecce leonibus imperitat.
Exagitans que truces. aquilas.
Per vaga nubila. p que notos
Sydere lapſa columba fugat.
Tu mihi Chriſte columba potēs
Sanguine paſta cui cedit auis.
Tu niueus per ouile tuum.
Agnus hiare lupum ꝓhibes
Subiuga tigridis ora p̄mēs.
Da locuples deus hoc famulis
Rite precantibus. vt tenui
Membra cibo racreata leuēt.
Neu piger immodicis dapibꝰ
Uiſcera tanta grauet ſtomachꝰ
Hauſtus amarus abeſto ꝓcul.
Nec libeat tetigiſſe manu
Exitiale quid. aut vetitum.
Guſtus. et ipſe modum teneat:
Soſpitet vt iecur incolume.

Anguibus horrificis.ideſt demonibus. Libamina.q̄ ante chriſti natalem offerebant demonibus. Semel. hoc eſt morte naturali qua vt ait apoſtolus ſtatutum eſt hominibus ſemel mori ſed non morte animę. Uigor igneolus.ideſt anima. et eſt vergilij.vi.ę̄n. igneus eſt ollis vigor ⁊ cęleſtis origo.appoſitiue. Oris opus.i.in quod vt paulo ante diximus inſpirauit ſpiraculum vitę. Compoſitus.i.citatus. De ſolio patris.hoc etiam ex ſententia ariſtotelis qui dicit animas non ex traduce corporis ſed a deo infunditur. Liquida rationis.i.purę ⁊ ab omni contagione immunis. Uiſcera mortua.i.corpus caducum etiam reparabitur in die iudicij. Effigies priſca.ideſt prior. Innaſcitur.pro renaſcitur vt ſtet verſus. Situ puluereo.i.puluere ſqualido ⁊ reſoluto.Credo equidem nec vana fides.vergilij eſt ex quarto ę̄n. Corpora viuere. pro eſſe victura vt ſupra renaſcit̄ pro renaſcetur. More animę.i.ſicut anima corpori ſuperſtes viuit.et eſt Iuuenalis.vulgi perit omne cadauer more animę.quāquā in diuerſa ſententia. Nā modo. Argumentum eſt pauli apoſtoli ad probādum ꝙ ſumus reſurrecturi q̄a chriſtus primitię dormientium reſurrexit. Deum corporeum.i.chriſtum. De phlegetonte.i.ab inferis. quia phlegetō inferorum fluuius eſt. Gradu facili.nō laborioſo.cum ceteris facilis ſit deſcēſus auerni vt vergilius in.vi.ę̄n.dicit.ſed reuocare gradum ſuperaſq; euadere ad auras hic labor hoc opus eſt. Eadē ſpes ideſt reſurgendi a mortuis ad ſuperos. Manet mea.i.expectat.ideſt expecto reſurrectionem mortuorum. Quę redolētia.more antiquorum qui odoribus aromaticis condiebāt corpora. Sarcophago.ſepulchro. Chriſtus homo rediuiuꝰ ideſt q̄ ex morte rediijt ad vitaā Iuuenal. ac velut exauſta rediuiuus pullulet arca nūmus. Dux parilis.ideſt mihi ęqualis in natura humana.⁊ dux meus vocat membra ⁊c. Ad aſtra ignea.ſecundum platonem ⁊ antiquos.ſed vt inquit ariſtoteles in primo de coelo illa opinio adhuc vigebat ſuis temporibus:

Sit ſatis anguibus horrificis.
Liba quod impia corporibus
Ab miſeram peperere necem.
Sufficiat ſemel hoc facinus.
Plaſma dei potuiſſe mori.
Oris opus.vigor igneolus.
Non moritur.quia flante deo
Compoſitus.ſupo ꝙ fluens
De ſolio patris artificis
Uim liquidæ rationis habet.
Uiſcera mortua.quin etiam
Poſt obitum reparare datur.
Eque ſuis iterum cumulis
Priſca renaſcitur effigies
Puluereo coeunte ſitu.
Credo eq̄dem(nec vana fides)
Corpora viuere more aīæ.
Nam modo corporeū memini
De Phlegethōte gradu facili
Ad ſuperos remeaſſe deum.
Spes eadē mea mēbra manet.
Quæ redolentia funero
Iuſſa quieſcere ſarcophago.
Dux parilis rediuiuus homo
Ignea chriſtus ad aſtra vocat.

Ode poſt cibum.

Paſtis viſceribus. Carmen eſt monocolon. phalencium hendecaſyllabū. acatalecticum. conſtans ſpondeo dactylo. et tribus trocheis. Continuatur hec oda ad precedentem nam ſumpto cibo reliquū eſt vt deo gratias agamus. Cōmendat itaqꝫ in primis dei omnipotentiam. cui omnia debemus. deinde dicit nos debere mundatū habere domicilium hoc eſt corpus ab ingluuie et crapula et aīam a peccatis vt poſſim⁹ fieri tēplū ſpūs ſācti: qui verus eſt hominis cibus. Sed pro vtroqꝫ cibo agē das eſſe gratias, pbat Danielis exemplo. et cui⁹ hiſtoria moraliter aliquid infert quod ad nos pertineat. Viſceribus. interioribus et exterioribus. naꝫ et de carne Vergi. pri. eñ. dixit, tergora diripiūt coſtis ⁊ viſcera nudant. ⁊ Lucretius viſos gigni ſanguenēqꝫ creari. Lex corporis. quod niſi reficiatur cibo durare non poteſt

## Ode poſt cibum.

Paſtis viſceribus ciboqꝫ ſumpto:
Quem lex corporis imbecilla poſcit:
Laudem lingua deo patri rependat
Patri: qui cherubim ſedile ſacrum
Nec non ⁊ Seraphim ſuum ſupremo
Subnixus ſolio tenet: regit que.
Hic eſt: quem Zebaoth deum vocamus:
Expers principij: carens que fine.
Rerum conditor. et repertor orbis.
Fons vitæ liquida fluens ab arce
Infuſor fidei. ſator pudoris.
Mortis perdomitor. ſalutis author.
Omnes quod ſumus: aut vigemus inde eſt.

Patri. agēdas eſſe gr̄as ait pⁱmū pr̄i deinde filio tū ſpūi ſācto. Patri ſubaudi iquā. Qui ſubnix⁹. i. ſedēs. Solio ſupremo. i. ſede qua nulla eſt ſuperior. quia dei duo ſunt propria. maxim⁹ propter eminantiam. et optimus propter beneficentiam. Tenet et regit ſuum ſedile ſacrum. cui innititur. et per ſedile intelligimus rerum omniū prouidentiam et arbitriuꝫ poteſtatēqꝫ quale eſt illud ſuper ſolium dauid ſedebit et regni eius non erit finis. Cherubim et ſeraphim. in numero plurali. nam cherub et ſeraph ſunt ſingularis. Et poſſunt eſſe caſus accuſatiui per appoſitionē ad ſubile ſacrum. quaſi velit dicere ꝙ cherubim et ſeraphim ſunt dei ſedile quibus tanꝙ ſedi innititur poſſunt eſſe et genitiui. quia ſedile illud ex cherubim et ſeraphim conſtat. Deum ſabaoth. i. exercituū. et ſcribiẗ per ſama non per. ȝ. vt aldus manutius caſtigauit. nam ȝeta aliud ſonat ꝙ ſama. Expers. i. infinitus et eternus quia caret principio ⁊ fine. Rerum conditor creatio rerū ad totā trinitatē pertinet ſed attribuiẗ patri quaſi principi creationis. vnde eſt in ſymbolo. patrem omnipotentem creatorem coeli et terrę. Repertor orbis. qꝛ orbem vt ſic dixerim peperit. Sic vergi. eñ. hominū rerūqꝫ repertor dixit. Fōs vitę. ad filiū hoc ptinet. ex quo p redēptionē vita nr̄a pendet. Fluēs ab arce liquida. i. emanans a patris celſitudine p eternā gn̄ationē. Infuſor fidei. i. qui nobis quid eſſet credendū faciendūqꝫ ad ſalutē reuelauit. et infudit prędicauitque. Sator pudoris. i. caſtitatis ⁊ ītegritatis vitę autor. Qđ ſum⁹. p creationē qđ vigemus. p ba-

ptiſmatis regenerationē. Inde ſubaudi a chriſto. Regnat.ſ.cuꝫ patre ⁊ filio. Miſſus aut exponendū eſt miſſus pro inſpiratus a patre et filio. aut pertinet ad miſſionē perſonarum quoniā pater mittit filiū. et non contra. mittit ſpiritū ſanctū et nō contra filius mittit ſpiritū ſanctuꝫ ⁊ non cōtra. Miſſus itaqꝫ fuit ſpiritus ſanctus a patre et filio aut in noīe filij ſup centū et viginti illos qui erant in cenaculo ſion in die pētecoſtes. Mittitur ⁊ cotidie in eos qui ſūt digni vnde ſubdit. Intrat pectora candidus pudica. Candidus. aut ad colūbe candorem rettulit in cui⁹ ſpecie ſuper baptizatū chriſtum deſcendit aut candidus.i.candorem in ſe habens ⁊ nobis eundem cōicans. Que pectora rident. i. ornata ſunt per metapherā quia que ornata ſūt ridere videntur.

Vice templi.i. ad ſimilitudineꝫ tēpli ornati: in quo deus peculiariter habitare creditur. Sed ſi quid.i. ſi ſpirit⁹ ſanctus qui templū noſtrum mundatū intrat et habitat: ſi ſenſit in nobis aliquod vitium innaſci qđ templū coinquinet fugit. Viſcera dicata.i. conſecrata et digna in quibus habitaret: ita fugit quaſi a templo foetido et peccatis cōmaculato. Horror conſcius.i. peccatuꝫ quod facit horrorē ex turpitudine ſua ⁊ peccator ipſe conſcius ſibi. Culpa aeſtuante.i. nō permittente peccatorem quieſcere: quia vermis illic non poteſt mori. Iuuenalis exemplo quodcūqꝫ malo cōmittitur ipſe diſplicet autori. ⁊ illud eiuſdem. tacita ſudant precordia culpa. Niger.ſ. ille horror immundus. Repellit bonum offenſum.i. ſpiritum ſanctum queꝫ offendit ſua illuuie et ſpurcicia. Nec ſolus pudor. non ſatis inquit eſſe homineꝫ caſtum pudicū et innocentem ad hoc vt ſit templum dei. ſed debet eſſe ſobrius et a cibi nimietate temperans. Templum perenne.i. continuū ⁊ non interciſum. In ſinu ac receſſu cordis nam cor tres habet ſinus. vnde perſius vt mihi te quantuꝫ ſinuoſo in pectore fixi. ſed hic ſinum poſuit pro interiori receſſu. igitur exponendū in ſinu medij cordis.i. medio ſinu cordis. Ferueat. ad naturam vini rettulit. perſius. indomitum quod deſpumare falernum.

Sedem fidei.i. cor in quo fides habitat Paulus ad romanos capi. x. Corde creditur ad iuſticiam. ore autem confeſſio fit ad ſalutem.

Regnat ſpiritus ille ſempiternus
A chriſto ſimul et parente miſſus.
Intrat pectora candidus pudica:
Que templi vice conſecrata rident:
Poſtqꝫ combiberint deum medullis.
Sed ſi quid vitij doli ve naſci
Inter viſcera iam dicata ſenſit:
Ceu ſpurcum refugit celer ſacellum.
Tetrum fragrat enim vapore craſſo
Horror conſcius aeſtuante culpa:
Offenſum que bonum niger repellit.
Nec ſolus pudor innocens que votum
Templum conſtituunt perenne Chriſto
In cordis medij ſinu ac receſſu:
Sed ne crapula ferueat cauendum eſt:
Que ſedem fidei cibis refertam

Coarctet.anguſtet et conſtringat. Uſq ad congeriem.i.epularũ repletionem. Corda expedita.i.non impedita et occupata. Eum infuſum.i.chriſtũ receptũ. Hic paſtus verus.qui dixit Joannis.vi.Caro mea vere eſt cibus et ſanguis meus vere eſt potus. Sed nos.tu inquit o chriſte reficis nos epulis que non ſolum corpus ſed et animã reficiunt. Fouens.i.recreans Paratu gemino.i.cibi apparatu ad vtrumq valenti.ſ.ad membra ⁊ ad animum. Confirmas pater ſi pater ad chriſtum referatur.nomen honoris eſt alioqui per adoptionem fratres illius ſum⁹.vel ad deum patrem apoſtrophat. vel ad totam trinitatẽ. Sic olĩ Affert exemplum ex hiſtoria Danieli que ſcribitur in ipſius libro.cap.xiiij. qui poſitus in lacu leonũ paſtus ẽ vtroq cibo ab abbacuc propheta adducto per angelũ. Sic.ſ. paſcendo corpus et animũ. Precluẽs poteſtas.i.pollẽs vt expoſuimus in pſychomachia.qui patria virtute cluis. Rauciſonos leones .i.raucoſono quodã rugientes. Refouit virũ.i.recreauit Danielũ. Dapib⁹ illapſis.i.de coelo deſcendẽtib⁹. Illũ fuſile.ordo ẽ. Plebs ⁊ tyrãn⁹.i.cyr⁹ rex ſub quo hec geſta ſũt. Subdiderãt illũ morti.i.obtecerãt. Execrantẽ numẽ fuſile.i.ſtatuã beli ex aere fuſile fabrefactã. Et putantẽ nefas curuare caput.i.adorare numen belis. Sub expolita materia aeris.i.qui belus erat ex aerea materia. Aſtãt comin⁹.i.ſcit miniſtri apparẽt Danieli. Jubas reponũt.q̃s irati ſolẽt arrigere. Rabies ingeñita leonib⁹ ⁊ tũc maxie cũ ex fame laborarẽt. Uergi.ij.eñ.quos improba vẽtris exegit cecos rabies.Et rabies illa veſcẽdi. R. ãbit predã.i.danielũ:q̃ futur⁹ erat leonib⁹ eſca. Fame blanda i.nõ rabioſa ſed placida.

Uſq ad congeriem coarctet intus.
Parcis victibus expedita corda
Infuſum melius eum receptant.
Hic paſtus animæ eſt:ſapor que verus.
Sed nos tu gemino fouens paratu
Artus atq animas vtroq paſtu
Confirmas pater:ac vigore comples.
Sic olim tua præcluens poteſtas
Inter rauciſonos ſitum leones
Illapſis dapibus virum refouit.
Illum fuſile numen execrantem
Et curuare caput ſub expolita
Aeris materia nefas putantem
Plebs diræ Babylonis ac tyrannus
Morti ſubdiderant.feris dicarant
Seuis protinus hauſtibus vorandum.
O ſemper pietas fides que tuta.
Lambunt indomiti virum leones.
Intactum q dei tremunt alumnum.
Aſtant comminus.et iubas reponunt.
Manſueſcit rabies:fame que blanda
Prædam rictibus lambit incruentis.
Sed cum tenderet ad ſuperna palmas:
Expertum que ſibi deum rogaret

Clauſus iugiter. per dies ſeptem. nam tamdiu fuit in lacu leonum. Indigens victus. .ſ. alimenti. Nuncius. qui grece dicit̃ angelus. Juſſus. ſ. adeo. terris. i. in terras. Vergi. pri. en̄. et libyce deſiret lumina terris. Obſequente mundo. i. coelo per quod angelus volans delapſus eſt: obtemperāter cedēte ipſi angelo deſcēdenti. Da pes. inemptas. i. quas abbacuc non emerat ex prīmijs ex foro pecunijs. ſed domeſticas. Arte agreſti. erant autē dapes ille pulmentum et panes vt refert hiſtoria in q̄b' cibis concinnādis non erat opus arte aliqua. Ceſarie huius. ſ. abbacuc. Prehenſa manu. ſubaudi angeli. nā capillo capitis angelus illum portauit babylonē. Sēſim. i. non precipiter. Angelus xp̄i prolepſis eſt. non dum enim verbū erat chriſtus: qui dicet vtrāq3 naturā diuinam et humanam. Libatibus guſtui tuo. Danielus. ex forma quā diximus alijs in locis. Excitauit erexit. Ciboq3 fortis refocillatus et refectus. Amen reddidit. i. geminauit Alleluia dixit. i. dei laudes. Sic nos. ad propoſitū redit. Sic queadmodū Daniel' fecit: q̄ ſūpto cibo deo grās egit. Tu nos Danieli hiſtoriā moralit̃ exponit vl' poti' parabolice dicēs q quēadmodū Daniel' carcere leonū īcluſus paſt' fuit ab abbacuc ꝓpheta ⁊ liberatus tandem ab ira leonū ita et nos liberati a poteſtate demonū paſcemur cibo coeleſti. ⁊c. Tu. ſubaudi deus. Regis nos concluſos actu mūdi. i. actionib' mūdanis. Impotētis i. nimiū potentis ⁊ ſeuientis in nos. nā īpotens a latinis ſic accipitur. vnde ⁊ tyrānū impo

Clauſus iugiter indigens que victus:
Juſſus nuntius aduolare terris:
Qui paſtum famulo daret probato.
Raptim deſilit obſequente mundo.
Cernit forte procul dapes inemptas:
Quas meſſoribus Abbacuc propheta
Agreſti bonus exhibebat arte.
Huius cęſarie manu prehenſa
Plenis ſicut erat grauem caniſtris
Suſpenſum rapit: ⁊ vehit per auras.
Tum raptus ſimul ipſe prandium que
Senſim labitur in lacum leonum:
Et quas tunc epulas gerebat: offert.
Sumas letus ait: libens que carpas:
Que ſummus pater angelus que Chriſti
Mittunt libatibus ſub hoc periclo.
His ſumptis Danielus excitauit
In coelum faciem: cibo que fortis
Amen reddidit. alleluia dixit.
Sic nos muneribus tuis refecti
Largitor deus omnium bonorum
Grates reddimus: et ſacramus hymnos.
Tu nos triſtifico uelut tyranno
Mundi ſcilicet impotentis actu

tentes dicuntur ⁊ impotẽtiam tyrannorũ dicimus cũ per potentiã aliquid ſcelerie exercẽt. Repellis ferã.hoc eſt diabolũ a nobis. Que circumfremit.iuxta illud apoſtoli.prima Petri.v.aduerſarius veſter diabolus tanquã leo rugiens circuit querens quem deuoret. Tunc.ſ.cum ſic claudimur. Vexamur premimur.i.ſi quando ſumus in huiuſmodi anguſtia illata a carne a mundo a diabolo qui ſunt publice hoſtes noſtri. Fides eſt iuncta pro ſit adhibita vt ſit preſens pro futuro imperatiui ſiue optatiui vel pro erit. Iniquis ſupplicijs i.iniquorũ qui nos ſic vexant ⁊ premũt. Ne deſit.pro non deficiet preſens pro futuro vt ſupra vergi.lac mihi nõ eſtate nouũ non frigore deſit.pro deficit. Languente ira.ſ. debilitata virtute diuina. Eſce illapſe ſuper.i.ex coelo aduenientes. Ingeruntur pro ingerentur nobis. Quas.ſ. eſcas coeleſtes. Si quis hauriendo ſitienter.i.non cum faſtidio et quaſi qui deguſtat. Sed pleno ore deuorauerit. Hic ſatiatus ex ſancto propheta ſicut Danielus ab abbacuc. Virorũ

Concluſos regis: ⁊ feram repellis:
Que circum fremit: ac vorare tentat
Inſanos acuens furore redentes.
Tunc te ſumme deus precemur vnum.
Vexamur. premimur malis. rotamur.
Oderunt. lacerant. trahunt. laceſſunt.
Iuncta eſt ſupplicijs fides iniquis.
Nec deſit tamen anxijs medela.
Nam languente trucis leonis ira
Illapſe ſuper ingeruntur eſce.
Quas ſiquis ſitienter hauriendo
Non guſtu tenuit: ſed ore pleno
Internis velit implicare venis:
Hic ſancto ſatiatus ex propheta
Iuſtorum capiet cibos virorum:
Qui fructum domino metunt perenni.
Nihil eſt dulcius ac magis ſaporum:
Nil quod plus hominem iuuare poſſit:
Quam vatis pia precinentis orſa.
His ſumptis licet inſolens poteſtas
Prauum iudicet: inrogetque mortem:
Impaſti licet inruant leones.

iuſtorum qualis fuit abbacuc. Qui metunt domino. hoc ad illud ptinet quod abbacuc cibos illos quos detulit ad Danielũ meſſoribus parabat vt ibidem legitur hi ſunt meſſores de quibus apoſtolus.qui parce ſeminat parce et metit.⁊ pſalmographus venientes venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. Pia orſa.i.verba diuina q̃ nobis deus per prophetas denunciat: quibus nihil dulcius excogitari poteſt dicente propheta. quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. His ſumptis.ſ.cibis hoc eſt diuinis preceptis. Poteſtas inſolẽs.i.arrogans ⁊ ſuperba.nã inſolens illud ſignificat vnde eſt inſolẽtia.ſuperbia. Iudicet prauũ pro praue ncẽ p̃ aduerbio figura nota inroget.i.inferat ⁊ minet.

Leones impaſti.quales erãt quibꝰ obiectus eſt danielus. Feremꝰ tuã crucẽ.i.in hac cõfeſſione ſi oportuerit moriemur.et alludit ad illud.ſi quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum ⁊ tollat crucem ſuam ⁊ ſequatur me.

Ode ad accenſionẽ lucernę.

INuentor rutili. Carmẽ eſt monocolon aſclepiadeũ cõſtans ſpõdeo.duobꝰ choriambis ⁊ pyrrhichio.

Hic hymnꝰ in principio noctis cũ lumina accendũtur cantari debet.vel potiꝰ ⁊ peculiariter i ſabbato ſancto veſperi cũ lumina noua incendũtur: aut incẽdi deberẽt.nã officium illud veſptinuꝫ anticipatur hodie⁊ quod deberet fieri ſub lumina prima precipit̃ fieri hora nona.⁊ nihilominꝰ hodie fit hora decima.quod eſt incongruũ toti officio in quo noctis fit mentio. In hoc igit̃ carmine multa de ignis laudibꝰ atq; pinde luminis dicũtur.deinde affert exẽpla ex teſtamento veteri: qđ moſes deũ in rubo ardẽti vidit.qđq; ignis colũna hebreis per deſertũ ductauit.⁊c.

Nos ſemper dominũ patrem fatentes
In te Chriſte deus loquemur vnum:
Conſtanter que tuam crucem feremus.

Ode ad accenſionem lucernæ.

INuentor rutili Dux bone luminis:
Qui certis vicibus tempora diuidis:
Merſo ſole chaos ingruit horridum:
Lucem redde tuis Chriſte fidelibus.
Quamuis innumero ſydere regiam
Lunarięq; polum lampade pinxeris:
Incuſſu ſilicis lumina nos tamen
Monſtras ſaxigeno ſemine quærere.
Hoc ſignas opere Conditor inclyte
Lumen veridicum mentibus omnium
In Chriſto domino quærere iugiter:
Quem petram loquitur doctor egregius.
Ne neſciret homo ſpem ſibi luminis
In Chriſti ſolido corpore conditam:
Qui dici ſtabilem ſe voluit petram:
Noſtris igniculis vnde genus venit.

Inuẽtor creator luminis de quo hic agendum eſt.et luminis quo mortales illuſtras. Certis vicibꝰ.i.viciſſatim vt nũc dies nunc nox ſit. Chaos horridũ.tenebrę ⁊ caligo. Redde lucẽ.vtraq; ⁊ hãc qua media videmus ⁊ lucẽ quę a nobis ignorãtię tenebras pellat. Quãuis inquit feceris ſtellas ⁊ luminare minus quod preeſſet nocti:tñ oſtẽdiſti hominibꝰ aliã viã noctis illuſtrãdi.ſ.ex igne excuſſo ictu ſilicis. Regiã.domũ cœleſtẽ. Incuſſu ſilicis.vergiliꝰ pmo eneiđ.ac primũ ſilicis ſcintillã excudit achates.ex ſemine ſaxigeno.i.ex pricipio qđ habet a ſaxo ignis. Hoc ſignas quod ſignificat nos debere querere verã lucẽ a chriſto qui eſt lapis quẽ reprobauerũt edificãtes.⁊ petra de qua pmo corin.x.apłs ſcribit petra aũt erat xp̃s. Stabilẽ petrã de qua luce.vi.poſuit domui fundamẽtũ ſupra petrã. Noſtris igniculis.i.animis noſtris.de quĩ

bus dixit vergili⁹. vi. eneid. igneus eſt ollis vigor ⁊ coeleſtis origo. aut tertia ignes quib⁹ vtimur in nocte. Quod ſi prior ſententia placet: quod ſequit.. Pinguis quos olei: quos exponẽdũ eſt nõ min⁹ ſed ignes per quos animi noſtri deſignãtur. Igitur quos. ſ. ignes Paſcimus fouem⁹. Lychnis myxis ex lino. Madentib⁹ intinctis oleo. Aut facib⁹ aridis. ex lignis fiſſis. vergil. in buco. mopſe nouas incide faces. nã ille ꝓprie dicũtur faces. que cũ ſũt aride lucem clarã effundũt cũ virides fumo immixtã. Ouidi⁹. fax quoqꝫ quã tenuit lachrymoſo. ſtridula fumo. Quin etiã fingim⁹. figuram⁹ in cereos. Fila ſcirpea. i. papyros ex q̃bus vt ſcribit Plini⁹ fiebant lychni ad vſus lucernarũ Collita. i. peruncta ⁊ inuoluta. a lino ꝯ. litũ. Fauis floreis. i. quos apes cõficiũt ex floribus ſed non illita totis

Pinguis quos olei rore madentibus
Lychnis aut facibus paſcimus aridis.
Quin ⁊ fila fauis ſcirpea floreis
Preſſo melle prius collita fingimus.
Viuax flamma viget: ſeu caua teſtula
Succum linteolo ſuggerit ebrio.
Seu pinus piceam fert alimoniam.
Seu ceram teretem ſtuppa calens bibit.
Nectar de liquido vertice feruidum
Guttatim lacrymis ſtillat alentibus:
Ambuſtum quoniam vis facit ignea
Imbrem de madido flere cacumine.
Splendent ergo tuis muneribus pater

fauis ſed cera tantũ ideo dicit preſſo prius melle. Viuax flammã. tres modos tetigit paſcendi ignem primus ex oleo ⁊ lychnis. ſecundus ex facibus lignorũ. tertius ex lychnis papyraceis ⁊ cera. Nunc duos illorum repetit ⁊ tertium addit. de primo. Igitur dicit viuax flamma viget. Seu teſtula caua. ideſt lucerna fictilis in qua oleum cõtinetur. nam teſta vas fictile eſt. vergilius primo geor. teſta cum ardente viderent ſcintillare oleum. Suggerit ſuccum. ideſt ſubminiſtrat oleum. Lintheolo. ideſt lychno ſiue myxo ex lino. Ebrio. ideſt madefacto oleo. Alimoniã piceam. i. tedas pineas. que prebent igni fomitẽ ⁊ alimẽtum. Stuppa. i. lychnus ex ſtuppa. Ceram teretẽ. ideſt formatam in teretem figuraꝫ. hoc eſt cereum. de quo ſupra dixit. Nectar. ideſt cera liquefacta ab igne cerei. quã nectar vocauit: quia cum melle ab apibus ex rore coeleſti concinnata eſt. vnde vergilius. et dulci diſtendunt nectare cellas. Feruidum concalefactum. De vertice liquido. ideſt claro et lucenti igni. vergilius in bucolicis. et liquidi ſimul ignis. Stillat guttatim. defluit in guttas. Lachrymis. ideſt que gutte ſũt quaſi lachryme que alunt ignem. vel potius que cũ debuerint alere defluxerunt vi caloris non valentis totum quod liquefecit reſoluere. Ideo dicit. ꝙ Vis ignea facit imbrem imbuſtum. ideſt ceram in circuitu liquefactam. Flere. perſtitit in tranſlatione quia lachrymarum fecit mentionem. ⁊ poſuit flere pro fluere. Tuis muneribus. tuo beneficio.

Flammis mobilibus. aut ad radiorum naturam retulit quoniam vibrantur. aut quoniam lychni pendentes et lucernę ⁊ cerei huc et illuc agitantur. vt infra. pendent mobilibus lumina funibus. Lux emula .i. diei imitatrix. Agit diem adſentem .i. per noctem repreſentat diem. nam agere aliquando eſt repreſentare iuuenalis. vxorem comędus agit. Quam nox fugit. quia luci contraria. Victa. lucernarum ſplendore Peplo lacere .i. palla qua tegitur nox luce intercisa ⁊ quodāmodo lacerata. vergi. pri. eñ. peplūq ferebāt ſuppliciter triſtes. Sed quis. ignē pręcipuā quādaz habere cognationē ⁊ originē adeo dicit. Rapidi luminis .i. lucentis intenſe ſicut vergi. .i. geor. dixit rapidi ue potentia ſolis. Deo .i. in deo. Moſes nō moyſes dixit Flāmeū. quaſi igni flagrantē Sacris ſentib' .i. in ſpinis rubi q̄s ſacras dixit q2 in illis vidit deū. Vincula pedum nexa .i. quib'

Flammis mobilibus ſcilicet atria.
Abſentem que diem lux agit æmula:
Quam nox cum lacero victa fugit peplo.
Sed quis non rapidi luminis arduam
Manentem que deo cernat originem?
Moſes nempe Deum ſpinifero in rubo
Vidit conſpicuo lumine flammeum.
Felix: qui meruit ſentibus in ſacris
Coeleſtis ſolij viſere principem:
Juſſus nexa pedum vincula ſoluere.
Ne ſanctum in volucris pollueret locum.
Hunc ignem populus ſanguinis inclyti
Maiorum meritis tutus ⁊ impotens
Suetus ſub dominis viuere barbaris.
Jam liber ſequitur longa per auia.
Qua greſſum tulerant: caſtra que cærulæ

calcei erant ligati. Exhodi. iij. ſolue inquit domin' calciamentū de pedibus tuis. locus eñi in quo ſtas terra ſancta eſt. Inuolucris .i. laqueis et vinculis calceorum. Pollueret locum. quoniam calcei ex morticinio conſtant. vnde etiam in ſacris magicis Vergilius. libro .iiij. eñ. dixit vnū exuta pedem veſtes in vincla recincta. Hunc ignem. aliud ponit exemplum ad confirmandam ignis diuinitatem. Populus inclyti ſanguinis .i. ab abraam quem deus elegit ex tanta hominum multitudine. originem ducens. Meritis maiorum non ſuis ſed patrum ſuorum. Et impotens. pro valde potens. nam in particula in compoſitione aliquando auget. non qua ratione ſupra dixit Mundi ſcilicet impotentis actio. nam qui malum agit impotens dicitur. niſi forte et hic. impotentem hebreorum populum vocat quaſi in malum eſſet pronus. Barbaris .i. aegyptijs. vt in pſalmo. dominus iacob de populo barbaro. Per longa auia. adeſt per deſertum. Mouerant caſtra. euntes in deſerto per quadraginta manſiones illas de quibus in Exhodo. capi. xv. et infra. et in libro numerorum. cap. xxxiij. Caerulę noctis. ad coeli colorem retulit vt ſupra.

Radius ſole micãtior. colũna ignis. quę illos in deſerto per noctẽ ductabat: quẽadmodũ nubes per diẽ. Et incidẽter deinde narrat quomodo deus moſe duce liberauit populum ex egyptiorum dominatione. Niliaci littoris. i. egypti quã nilus rigat. Felle inuido. quia in felle eſt inuidię ſedes. Ouidius. ij. meta. de inuidia. pectora felle virent.. Clangere claſſicũ. vtrũq; tubarũ eſt. vergili⁹. inſequitur clamor q; virũ clangorq; tubarũ. et claſſicũ ſonus ipſe tubarũ dicitur. Tuba canit triſte. i. bellicũ quendã ſonum. Prefigit ſpicula. idest ferreos aculeos. calamis gnoſijs. i. cretenſibus. nam illi ſunt optimi ad ſagittarum vſum. vergilius libro. v. ęne. gnoſia bina dabo leuato lucida ferro ſpicula. et in bucolicis. non licet torquere cydonia cornu ſpicula. nã gnoſos et cydon vrbes cretę ſunt. Tumidis draconibus. nam i vexillis illa erãt forte egyptiorum inſignia. vel poti⁹ romanorum ſigna fuerant dracones apud quos draconarij dicti ſunt anteſignarij. Sẽs hebręorum. ſ. Neſcia

Noctis per medium concita mouerant:
Plebem peruigilem fulgure præuio
Ducebat radius ſole micantior.
Sed Rex Niliaci littoris inuido
Feruens felle iubet præualidam manum
In bellum rapidis ire cohortibus:
Ferratas q; acies clangere claſſicum.
Sumunt arma viri: ſe que minacibus
Accingunt gladijs. triſte canit tuba.
Hic fidit iaculis. ille volantia
Præfigit calamis ſpicula gnoſijs.
Denſatur cuneis turba pedeſtribus.
Currus pars ⁊ equos ⁊ volucres rotas
Conſcendunt celeres: ſigna que bellica
Prætendunt tumidis clara draconibus.
Hinc iam ſeruitij neſcia priſtini
Gens peluſiacis vſta vaporibus
Tandem purpurei gurgitis hoſpita
Rubris littoribus feſſa reſederat.
Hoſtis dirus adeſt cum duce perfido:
Infert ⁊ validis prælia viribus.
Moſes porro ſuos in mare præcipit
Conſtans intrepidis tendere greſſibus.
Præbent rupta locum ſtagna viantibus
Riparum in faciem peruia. ſiſtitur
Circuſtans vitreis vnda liquoribus:

priſtini ſeruitij. i. iã liberata a ſeruitute. Vſto vaporibus peluſiacis. i. egyptiacis. nã peluſiũ egypti eſt vrbs iuxta quã hebrei fuerunt in ſeruitute. Hoſpita maris purpurei. i. caſtrametans iuxta mare rubrum. Hoſtis dirus. p hoſtes diri. vt vergilius vterũq; armato milite cõplẽt. Stagna rupta. i. mare in partes diuiſo littorib⁹ tantũ diſtantibus

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

quantũ ſufficeret populo traijciendo. Unda circũſtans.i.ab vtraq; parte. Uitreis liquorib⁹.i.perlucẽtib⁹ aquis in vitri modũ. Siſtiť.i.ſtat et nõ fluit. Pubes decolor.i.egyptiũ nigri.nã fuſci ſunt ad maris nr̃i orã iteriora vo ęgypti ethiopię iũgunť. Cõcauo pelago q̃ hebrei trãſierũt Percita.i.incitata ad modum turbinis. Unda confuſa.i.ab vtraq; parte cõfluentis in mediũ concauũ Reuoluiť in ſemet.i.contra ſe inuicem. Nigrorum

Dum plebs ſub bifido permeat æquore.
Pubes quin etiam decolor a ſperis
Irritata odijs rege ſub impio
Hebræum ſitiens fundere ſanguinem
Audet ſe pelago credere concauo.
Ibant præcipiti turbine percita
Fluctus per medios agmina regia.
Sed confuſa dehinc vnda reuoluitur
In ſemet reuolans gurgite confluo.
Currus tunc ꝛ equos tela que naufraga
Ipſos ꝛ proceres ꝛ vaga corpora
Nigrorum videas nare ſetellitum:
Arcis iuſtitium triſte tyrannicæ.
Quæ tandem poterit lingua retexere
Laudes Chriſte tuas: qui domitam Pharõ
Plagis multimodis cædere Præſuli
Cogis iuſtitiæ vindice dextera.
Qui pontum rapidis æſtibus inuium

ſatellitum.ſ.regis qui vt diximus nigri ſunt. Triſte iuſticiũ. appoſitiue.i.ex qua ſtrage ęgyptiorũ indicendum erat iuſticiũ. qui fiebat in magna aliqua reipublicę calamitate. eſt autem iuſticium cuꝫ ob eã cauſam non redditur ius.hoc ẽ tacetur. Lucanus in.ij. ferale per vrbem iuſticium.ꝛc. Iuuenalis.ſi magna arturi cecidit dom⁹ horrida maľ pullati proceres differt vadamonia p̃tor. Triſte auteꝫ dixit ab effectu.vt vergilius.triſte lupus ſtabulum. Retexere.Hymnographus.quę vox quę poterit lingua retexere. quę tu martyribus munera pręparas.ideſt componere in modum texentis.nam hoc in loco pro iterum accipitur.alias vertit verbi ſignificationem in contrarium.vt Ouidius. Domitã pharon.ideſt ęgyptũ et poſuit partem pro toto.nã pharos contra alexandriã ęgypti poſita eſt. Pręſuli iuſticię.ideſt iuſto tuo iudicio: qui pręſides.nam pater omne iudiciũ filio tradidit. Inuium.ex natura ſua. Rapidis ęſtibus. ideſt maris inundationibus cum feruore quodam.Uergilius primo ęneidos.furit aeſtus harenis.et Lucanus in primo.Tethios vndvage lunaribus aeſtuat horis. Uetas perſultare.ideſt influere in vicinanitatem.et hoc contra maris naturam. In ſalo reſiuo.ideſt quod alias ex natura ſua refluum eſt. Cui ieiuna.duo miracula tãgit a deo facta de quibus in Exhodo cap. decimoquinto et decimoſeptimo.ſed a Prudentio prępoſtere narrantur. nam primo ſe-

eundem.id eſt ſecundo in loco primum exponit. Cui.ideſt ad cuius gloriam ſiue potē- tiam. Saxa ieiuna.ideſt arida et ſine ſucco.hoc factum in petra oreb. quam virga per- cutiens moſes erumpente aqua populum ſatiauit.de quo Exhodi cap.xvij. Scatebris loquacibus.ideſt aquę ebulitionibus ſonoris.quęꝫ videbantur loqui.ſunt autem ſcate- brę ebulitiones aquarum ſiue alterius liquoris aut alterius rei erumpentis. Vergilius primo georgicorū Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam elicit. illa cadens raucum per leuia murmur ſaxa ciet ſcatebriſꝫ arentia temperat arua. Sciſſa ſilex. vt Vergilius i bucolicis. ah ſilice in nuda connixa reliquit. alias generis eſt maſculini. Sub axe igneo.ideſt ſub Coelo calido. quia arabię pars illa vbi hebręi peregrinabūtur valde meridionalis eſt.

Perſultare vetas: vt refluo in ſaluo
Securus pateat te duce tranſitus:
Et mox vnda rapax deuoret impios.
Cui ieiuna vię ſaxa loquacibus
Exundant ſcatibris: & latices nouos
Fundit ſciſſa ſilex: quę ſitientibus
Dat potum populis axe ſub igneo.
Inſtar fellis aqua triſtifico in lacu
Fit ligni venia mel velut athicum.
Lignum eſt quo ſapiunt aſpera: dulcius.
Nam prę fixa cruci ſpes hominum viget.
Implet caſtra cibus.tunc quoꝫ ninguidus
Illabens gelida grandine denſius
His menſas epulis hac dape conſtruunt:

Inſtar fellis. Hoc narratur in exhodo cap.xv. venerunt inquit hebręi in mare neꝫ poterant bibere aquas de mari.eo quod eſſent amarę.et ſequitur.oſtendit deus moſi lig- num quod cum miſiſſet in aquas in dulcedinem verſę ſunt. Lacu triſtifico.ideſt amaro nam triſte pro amaro poſuit vergilius in primo georgicorum cum dixit triſteſꝫ lupini.& in ſecundo.Media fert triſtes ſuccos tardumꝫ ſaporem. Venia ligni.i.beneficio. ver- gilius primo ęn.orantes veniam et templum clamore petebant. Mel atticum. quod vt ſupra diximus generoſiſſimum eſt. Lignum eſt dulcius pro dulce. Quo aſpera. ideſt amara.ſapiunt.ideſt dulceſcunt.Deſignabat autem lignum illud crucem domini: ꝑ quā omnes noſtrę amaritudines erant dulcorandę. vnde hymnographus cecinit dulce lignū dulces clauos.dulce pondus ſuſtinet. Sed ſuſpicor eo in loco mendum eſſe legendumꝫ lignum dulce claui dulce pondus ſuſtinet.vt verſus ſtare poſſit. Prę fixa cruci. ideſt om- nis ſpes noſtra poſita eſt in cruce quę per lignum vt dixi illud ſignificatur. Implet ca- ſtra.duo quoꝫ miracula narrat prępoſtere quę ſcribuntur in exhodo cap.xvi. hoc eſt mā- na quod pluit.et coturnices quę ceciderunt in caſtris hebręorū. Cibus ninguidus.id eſt in modum niuis candicans & cadens.erat enim quaſi ſemen coriandri album. Il- labens.cadens. Conſtruunt hebręi. inſtruunt.

Chriſtus.tunc deus nūc deus ꝛ homo cibans nos angelorū pane. Necnon ventus inuehit alites.i.coturnices. Anhelitu imbrifero.i.ſpiritu ferente illas quaſi imbrem. Nube craſſa.i.in morem nubis craſſe. Que agmina.coturnicuꝫ. Conflata in humū.i.flatu proiecta. Fuga reduca.i.a periculo illas liberanti.alias reduces a periculo liberati paſſiue.ſic vergilius.reduces ſocios ꝛ reduces agnos p̄mo ḡn.dixit. Pietas numinis vnici

Quam dat ſydereo Chriſtus ab æthere.
Necnon imbrifero ventus anhelitu
Craſſa nube leues inuehit alites:
Quæ conflata in humum cum ſemel agmina
Fluxerunt reduci non reuolant fuga.
Hæc olim patribus præmia contulit
Inſignis pietas numinis vnici:
Cuius ſubſidio nos quoque veſcimur
Paſcentes dapibus pectora myſticis.
Feſſos ille vocat per freta ſæculi
Diſciſſis populum turbinibus regens.
Iactataſque animas mille laboribus
Iuſtorum in patriam ſcandere præcipit.
Illic purpureis tecta roſarijs
Omnis fragrat humus:calta que pinguia.
Et molles violas ꝛ tenues crocos
Fundit fonticulis vnda fugacibus.
Illic ꝛ gracili balſama ſurculo
Deſudata fluunt.raraqꝫ cinnama.

.i.vnius dei. non multi vt apud ethnicos habebātur. Myſticis dapib⁹.i.figuratis in lege veteri. Feſſos ille. quod narraṫ in exhodo de populi iſraelitici ex egypto liberatiōe.ꝛ reductiōe in terram canaan ꝑ deſerta hoc eſt in terram lacte ꝛ melle fluenteꝫ: deſignat ꝙ deus vocat nos ꝑ labores ad paradiſum voluptatis dicit igitur. Ille.ſcilicet deus vnic⁹ Regēs populū.ſ.chriſtianū ſibi peculiarē. Diſciſſis turbinibus.i.diſſipatis. omnibus q̄ poſſunt nos ꝑturbare. Vocat nos feſſos. ex hac via qua peregrinamur fatigatos. Per freta ſeculi. vt hebreos vocabat per mare rubrū. Et precipit. animas iactatas mille laboribus. vt hebreos per deſerta huc ꝛ illuc vagantes. Scandere in patriam iuſtorum.vt hebreos in terrā promiſſionis quo illos vocabat. Illic.i.in patria quo nos vocat quā metaphorice deſcribit:quaſi paradiſum hoc eſt ortū voluptatis. Fragrat.odorē ſpirat. Vnda ex fonticulis fugacibus.i.fluētibus per terre ſuperficiē.atqꝫ illam rigantibus. Fundit.i.perfundit et rigat. Caltha pinguia.ideſt flores eximios qui calthe genere foeminino poti⁹ dicuntur.Vergilius in bucolicis.mollia luteola pingit vacinia caltha.ꝛ Columela.Flauentia lumina calthe.nam flos ille pallens eſt. Et molles violas.cū vergilio dixit molles nā ille mollia vacinia ſcribit. Balſama deſudata.que quaſi ex ſudore defluunt:excipiunturqꝫ. Spirant.ideſt ſuauem odorem emittunt.Iuuenalis.ſpiranteſqꝫ crocos ꝛ in

venaperpetuũ ver. Et folium quod ſic proprie dicitur vnde vnguenta foliata. de quib⁹ Iu uenalis. mocchis foliata parantur. Fonte quod abdito vult ſignificare folium ex paradi ſo voluptatis originem habere ex fonte vnde oriuntur quattuor illa flumina. Portat in exitum. i. oſtium quo exit in mare. Concentu parili. Atqui vergilius dixit. eſt mihi diſpa ribus ſeptem compacta cicutis fiſtula. ſed cum per ſe voces ſint diſpares in conſonãtia ſũt pares. Sunt ⁊ ſpi ritibus. quod apud inferos aliquando ſunt ferie hoc eſt feſta in quibus iudicia non exercentur ſicut legim⁹ apud Ouidium libro. x. meta. ⁊ apud Vergiliũ. in. iiij. geor. cũ orpheus deſcendit ad inferos petiturus a dijs infernis Eurydicen vxorem ſuã. vt poetę fabulantur. Nunc itaqꝫ dicit autor idem cõtigiſſe quo tempore ſaluator noſter deſcendit ad inferos vt inde educeret ſãctorum animas Ferię celebres. q̃ celebrantur apud illos nos exercendo poenas ſolitas.

Spirant ⁊ folium. fonte quod abdito
  Prælambens fluuius portat in exitum.
Foelices animæ prata per herbida
  Concentu parili ſuaue ſonantibus
  Hymnorum modulis dulce canunt melos.
  Calcant ⁊ pedibus lilia candidis.
Sunt ⁊ ſpiritibus ſæpe nocentibus
  Poenarum celebres ſub ſtyge feriæ
  Illa nocte: ſacer qua rediit deus
  Stagnis ad ſuperos ex Acheronticis:
Non ſicut tenebras de face fulgida
  Surgens oceano lucifer imbuit:
  Sed terris domini de cruce triſtibus
  Maior ſole nouum reſtituens diem.
Marcent ſupplicijs tartara mitibus.
  Exultat que ſui carceris otio
  Umbrarum populus liber ab ignibus:
  Nec feruent ſolito flumina ſulphure.

Sub ſtyge. palude inferna. dij cuius iurare timent et fallere numẽ. vt dicit Vergi. in. vi Illa nocte ſubaudi tales ferię fuerunt. Ex ſtagnis acherontijs. i. ab inferijs. vbi eſt acheron fluuius. Nam quemadmodũ in argumento huius odes diximus: illa nocte qua chriſtus rediijt ab inferis hic hymnus peculiariter canitur: in quo fuit conſuetudo apud antiquos per domos lumina complura diſponere ex omni materia que poteſt prebere alimentum igni. Illa nocte ſuſpẽditur ſententia vſqꝫ ad illũ verſuz nec feruent ſolito flumina ſulphure. Surgens. ſ. deus homo. Imbuit tenebras. i. implet inferos. De face fulgida. i. ſuo ſplendore. nõ ſicut lucifer imbuit tenebras: quia lux illa luciferi breuis ẽ atqꝫ maligna. Sed maior ſole. i. maior lucem preſeferens ꝙ ſol. Reſtituens diem. ſ. fugatis tenebris. Marcent. langueſcunt. Umbrarũ populus. i. animarũ que erant apud inferos. Soli to ſulphure. phlegetontẽ ſigt q̃ igneus eſt nã phlox. gos. Eſt ignis quo miſerorꝫ aię purgãtur. Verg. i. vi. infectũ eluitur ſcel⁹ aut exurit igni. Et iuuenalis. ſ. q̃ darent ſulphura cũ taedis

Nos feſtis trahimus per pia gaudia
 Noctem concilijs: vota que proſpera
 Certatim vigili congerimus prece:
 Extructo que agimus liba ſacrario.
Pendent mobilibus lumina funibus:
 Quæ ſuffixa micant per laquearia.
 Et de languidulis fota natatibus
 Lucem perſpicuo flamma iacit vitro.
Credas ſtelligeram deſuper aream
 Ornatam geminis ſtare trionibus.
 Et qua boſphoreum temo regit iugum
 Paſſim purpureos ſpargier heſperos.
O res digna deus: quam tibi roſcidæ
 Noctis principio grex tuus offerat:
 Lucem. qua tribuis nil preti oſius.
 Lucem. qua reliqua præmia cernimus.
Tu lux vera oculis. lux quoque ſenſibus.
 Intus tu ſpeculum. tu ſpeculum foris.
 Lumen. quod famulans offero. ſuſcipe.
 Tinctum pacifici chriſmatis vnguine.
Per chriſtum genitum ſumme pater tuum:

Nos chriſtiani repreſentantes lucem illam qua chriſtus noctē illam illuminauit. Trahimus noctem. i. vigilamus. Concilijs feſtis. i. celebribus. Per pia gaudia. i. religioſa. et ſpiritalia. Congerimus vota. i. concipimus vota. Et agimus liba. i. offerimus munera. Extructo ſacrario. i. compoſito vbi talia dona reponūtur. Mobilibus funibus. i. qui huc et illuc agitantur. vt ſupra flammis mobilibus dixit. Que ſuffixa pendēt. Vergilius pri. eñ. dependēt lychni laquearib⁹ aureis. Fota natatib⁹. quia in lucerna flāma illa natat ſuper oleo qđ ē fomes et alimentū ignis. Vitro perſpicuo. i. trans lucēti. Credas cōparat lumina et laquearibus dependentia coelo ſtellato. Credas. i. credere poſſis. Aream ſtelligeram. i. coelum ſtellatum quod in pellis modum eſt expanſum Stare deſuper. i. in tecto ſplendere. vergili⁹ ſtant lumina flāmę. Geminis trionibus quia due ſunt arcti. maior et minor Verg. pri. geor. perq; duas i morē fluminis arctos ⁊ credas heſperos purpureos. i. luciferos pulchros. nā eadēq; ſtella ē lucifer ⁊ heſper⁹. eadē veneris ſtella đr. Spargier ꝑſpargi i coelo. ea pte. Qua temo regit iugū boſphoreū. i. in parte ſeptētrionali vbi eſt boſphor⁹ ſiue thracius ſiue cimeri⁹. Nā vterq; ſubiect⁹ eſt arctino ſiue beocty et plauſtro. O res digna de⁹. ordo eſt. Lucem pro lux. ſic Vergi. vrbē quā ſtatuo veſtra ē. ꝑ vrbs. Pricipio noctis roſcidę a rore qui per noctem ſpargit et per diē euaneſcit. Reliqua premia. ſ. tua et a te nobis data. Tu lux quaſi offerat lucernā olei hoc dicit. Lux oculis exteri⁹. lux ſenſib⁹ interi⁹. Suſcipe lumē lucernā hanc. Tinctū vnguine. i. pingui oleo ſed cū ſit vnguē oē pingue quo vngi poſſum⁹: vt perſi⁹ foeniſecę craſſo vitiarūt vnguine pultes. addit Chriſmatis pacifici. i. olei. quod ex oliua cōficiatur q̄ inſigne pacis eſt vt ſupra diximus. Per te clauſula eſt in omnibus petitionib⁹ chriſtianorū cōſueta. Suſcipe inquam o ſūme pater.

Jn quo ſtat gloria viſibilis.cum ſis tu inuiſibilis. Qui noſter domin⁹. per redemptionem peculiariter dominus vt in ſymbolo confitemur vnicū dominū noſtrum. Spirat paraclitū de patrio corde.q.d. ꝙ ipſe ſpirat et pater ſpirat. Per quem.ſ.vnigenitum.nā pater per filiū oīa agit

Jn quo viſibilis ſtat tibi gloria.
Qui noſter dominus.qui tuus vnicus
Spirat de patrio corde paraclitum.
Per quem ſplendor.honos.laus.ſapientia.
Maieſtas.bonitas.ꝛ pietas tua
Regnum continuat numine triplici
Texens perpetuis ſecl'a ſeculis. Amen. Finis.

Continuat regnū .i.regnat et viuit. Numine triplici. i.perſonarū trinitate. Texens. i.continuās. Saecula ſaeculis.i.nō duratione aliqua finita nam ſaeculū eſt ſpacium centum annorum ſed cum dicimus ſaecula ſaeculorum aeternitatē intelligimus.

## Hymnus ante ſomnum.

Ades pater ſupreme:
Quē nemo vidit vnquam:
Patriſqꝫ ſermo Chriſte
Et ſpiritus benigne.
O trinitatis huius
Vis vna.lumen vnum.
Deus ex deo perennis.
Deus ex vtroqꝫ miſſus.
Fluxit labor diei.
Redit et quietis hora.

Hymnus ante ſomnū.

Ades pater ſupreme. Carmen monocolon. dimetrū iambicū cathalecticum.conſtat tribus pedibus et ſyllaba. cui ſi altera adderetur eſſet dimetrū integrum.hymn⁹ hic canitur ſiue canendus eſſet antaeꝗ irem⁹ cubitū. Jnuocataqꝫ in primis trinitate multa de ſomno narrat qui cum datus ſit homini a deo immortali ad reparandas corporis et animi vires multa in eo contingunt partim honeſta et parti turpia. dicitqꝫ debere nos lecto tradere ſignatos cruce: vt aduerſari⁹ noſter diabolus non ſuggerat nobis aut vigilantib⁹ aut dormientib⁹ vanas imagines.ꝛc. Pater ſupreme.a quo eſt omnis paternitas in coelo et in terra.ad ephesios ca. .iij. Quē nemo vidit vnquā. Joh.cap.pri. Chriſte ſermo patris.i.verbū.Sap.xviij. dū medium ſilentium tenerent oīa omnipotens ſermo tuus a regalibus ſedibus deſcendit.

Spiritus benigne.proprie de ſpiritu ſancto benignus quaſi bonus ignis propter amorē.

Vis vna huius trinitatis.de ſpiritu ſancto loquitur. Nam et filius brachiū dei figurate dicitur.vt Eſaię ca.ij.brachiū domini cui reuelatum eſt.et ſpiritus ſanctus dei appellat⁹ digitus.vt luce cap.xi.ſi in digito dei eiicio demonia et tamē omniū triū perſonarum eadē eſt vis et poteſtas lumen vnum.quia quamuis filius ſit lumen de lumine vt in ſymbolo canimus.et ad hebreos cap.pri.qui cum ſit ſplendor patris et figura ſubſtantię eius et ſpiritus ſanctus ſit ignis hoc eſt amor ab vtroqꝫ inſpiratus:omnium tamen trium vnū eſt lumen. Deus ex deo. de filio vel ſpiritu ſancto poteſt dici potius qꝛ ſubditur deus ex vtroqꝫ miſſus.i.inſpiratus. Labor dei. quia per diem vigilamus cum vigilia ſit labor etiam ſi nihil agamus quemadmodum e diuerſo ſomnus ſit quies.

Viciſſim. quia nunc laboramus nūc quieſcimus. Mens aeſtuans. i. per dieʒ negotiis perturbata et diffuſa. Poculum obliuiale. i. ſomnū perfuſum ſucco letheo. i. qui obliuionem omnium reruʒ affert ſecum vnde ſubdit vis lethea. i. lethes fluuius inferorum de quo Verg. in vi. letheū ad fluuiū deus euocat. et ibideʒ lethei ad fluminis vndas ſecures latices ⁊ longa obliuia potant. Serpit per omne corpus. Vergi. pri. eñ. temp⁹ erat quo prima quies mortalibus aegris incipit et dono diuū gratiſſima ſerpit. Lex hec. quoniam dei munere hoc datū eſt mortalibus. Membris caducis. labore defatigatis. Voluptas medicabilis. i. voluptuoſa medicina laboris. Quies amica ſomnus. Omnes venas. i. omnia interiora. Placat mulcet. Pect⁹ feriatum. i. otioſum et nihil agens. qui per ferias nihil operamur Rigante ſomno. vergi. in pri. at venus aſcanio placidā p mēbra quietem irrigat. Senſus. i. animi acrimonia. que homine dormiēte vigilat vnde canticorū. v. Ego dormio ⁊ cor meuʒ vigilat. Per figuras. i. per phantaſmata: que ſunt rerū quas vigilantes ſenſim⁹ imagines. Que ſunt operta. i. alioqui occulta. Purus fons ab ethra. idem aliis verbis dicit. Eſt auteʒ ethra aethris ſplendor. vergilius. iij. eñ. et lucidus aethra ſyderea polus. Fingit ſibi facies. i. phātaſmata. Actu tenui. i. ſubtili quadā contemplatione. Sed ſenſa ĩ dimidio vite bonos amalis nihil differre ſcribit Ariſtoteles in pri. ethicoꝝ. hoc eſt in ſomno: niſi quantum meliora ſunt viſa proborū hominū q̄ quoruncūqꝫ. id nūc dicit prudenti⁹. q̄ diſpar horror. i. in ſomniū quod homines terret ſomniātes Senſa. pro ſenſus animi interiores.
Splendor intererrat. i. lumen quoddam occurrit ipſi animo.

Blandus ſopor viciſſim
Feſſos relaxat artus.
Mens aeſtuatis procellis
Curis que ſauciata
Totis bibit medulis
Obliuiale poculum.
Serpit per omne corpus
Lethaea vis nec vllum.
Miſeris doloris aegri
Patitur manere ſenſum.
Lex haec data eſt caducis
Deo iubente membris:
Vt temperet laborem
Medicabilis voluptas.
Sed dum pererrat omnes
Quies amica venas:
Pectuſqꝫ feriatum
Placat rigante ſomno:
Liber vagat per auras
Rapido vigore ſenſus.
Variaſqꝫ per figuras.
Quae ſunt operta cernit.
Quia mens ſoluta curis
Cui eſt origo coelum
Puruſqꝫ fons ab aethra:
Iners iacere neſcit.
Imitata multiformes
Facies ſibi ipſa fingit:
Per quas repente currens
Tenui fruatur actu.
Sed ſenſa ſomniantum
Diſpar fatigat horror.
Nunc ſplendore intererrat:

Qui dat futura noſſe.
Plerumqꝫ diſſipatis
Mendax imago veris
Animos pauore moeſtos
Ambage fallit atra.
Quem rara culpa morum
Non polluit frequenter:
Nunc lux ſerena vibrans
Res edocet latentes.
Atqui coinquinatum
Uitiis cor impiauit:
Luſus pauore multo
Species videt tremendas:
Hoc patriarcha noſter
Sub carceris catena
Geminis ſimul miniſtris
Interpres adprobauit.
Quorum reuerſus vnus
Dat poculum tyranno.
Aſt alterum rapaces
Fixum vorant volucres.
Ipſo deinde regem
Perplexa ſomniantem
Nouit famem futuram
Clauſis cauere aceruis.
Mox præſul ac tetrarches.
Regnum per omne iuſſus
Sociam tenere virgam
Dominæ reſedit aulæ.
O quã profunda iuſtis
Arcana per ſoporem
Aperit tuenda Chriſtus.

Qui dat noſſe futura. vnde ex ſomnoꝝ viſis imaginibus. multi predicũt futura. qualia fuerunt que de ioſeph et danielo legimus. Pleruſqꝫ diſſipatis. hoc et Ariſtoteles dicit quod ebriis et crudis phantaſmata perturbantur. et illorum inſomnia nihil habẽt veritatis. Mendax imago. i. phantaſma nihil ſignificans. Animos mœſtos. timentes ſibi aliquod inde infortunium. Atra ambage. i. obſcura aenigmate: quod non poſſunt interpretari: cum nihil vt diximꝰ ſignificent. Quẽ rara. i. qui raro peccat. Nam ſi dixerimꝰ quod peccatum non habemus nos metipſos fallimꝰ. quoniã viciis nemo ſine naſcitur. Uibrans hunc. i. irradiãs et illuminans ſic infra econtrario gladius fulgurans pro vibrans. Impiauit. impiũ et immũdum fecit. ſicut expiare eſt mundare ſacrificio. Species imagines. Hoc patriarcha exemplo Joſeph probat qđ dixit. ex Geñ. ca. xl. ordo eſt Joſeph noſter patriarcha ſubaudi poſitus ſub catena carceris. Interpres. i. ſomniorũ coniector approbauit hoc. i. verũ eſſe probauit. Geminis miniſtris. i. pincernę et piſtori regis. Quorũ vnus. ſ. pincerna. Aſt alterũ. ſ. piſtorem. Somniante perplexa ex. cap. xli. quod ſomniũ pharaonis nemo poterat interpretari: ſed Joſeph illud explicauit. Nouit cauere. i. arcere Clauſis aceruis. ſ. frumenti. Preſul. a rege non ſolũ annonę ſed ⁊ caeteris rebus pręfectꝰ: ita vt poſt regẽ eſſet primꝰ. dixit eñ illi pharao vno tantũ regni ſolio pręcedẽte. et quę ſequũtur. Tetrarches. vnus de quattuor regibus dicitur. vt herodes tetrarcha herodis ſuperiores filꝰ quia parti quartę regni erat prefectꝰ. ſed hic tantum pro regni participe poſuit vt horatius pſo. ſermo. modo reges atqꝫ tetrarchas. Reſedit aulę domine. i. pręcedit in aula domini omnium rerum aegiptiarum. Tuenda. i. intuenda. et videnda.

Quam tacẽda. vt de paulo qui vidit ſecreta que non licet homini loqui. Euangeliſta .ſ. ſoannes qui per angelũ vidit ea que in apocalypſi narrantur. vidit autẽ nõ oculis ſed mẽte neq̃ in ſomnis ſed vigilans. quanquã ſeduli⁹ videt̃ innuere qȝ in ſomnis vidit Joannes omnia illa: que ſcribit. Hieronym⁹ aũt in prologo apocalipſios vbi tria viſionum genera ponit hanc Joannis reuelationez: in qua reuelãte angelo vel poti⁹ ſpũ ſancto nõ tñ figuras ſpũ vidit: ſed etiã ſiĝta mẽte itellexit. Remotis nebulis .i. ſine vllo ipedimẽto ad cõtẽplandũ. Que latebãt ſignata .i. libro .ſ. de quo Apoca. ca. v. et vidi in dext librũ ſcriptũ it⁹ ⁊ foris ſignatũ ſigillis ſeptẽ. Ipſũ tonãtis agnũ .i. dei pr̃is filiũ: q̃ eſt agn⁹ tollẽs pctm̃ mũdi. Purpurãtẽ decede de quo ſubdit euãgeliſta. ⁊ vidi idt agnũ ſtãtẽ tãquã occiſũ hñtẽ cornua ſeptẽ ⁊ oculos ſeptez. Qui reſignat .i. aperit. Verg. i. iiij. eñ et lumia morte reſignat. Nã ſic itelligẽdũ qȝ dat ſõnos .i. mortẽ. ⁊ adimit dãs vitã et reſignat .i. aperit ex morte. Cõſciũ futuri .i. i quo vẽtura ſcripta erãt. Gladi⁹ anceps de quo in apocalypſi. ca. xix. de ore eius procedit gladius ex vtraq̃ parte acutus: vt in ipſo percutiat gẽtes. Fulgurans .p vibrãs ſicut ſupra econtrario poſuit lux ſerena vibrans .p fulgurans. Queſitor pro criminũ queſtor. vt apud Verg. li. vi. eñ. queſitor minos vrnã mouet ille ſilentũ. et hoc quia pater oĩa iudiciũ dedit filio. Bis timendus .i. anceps hoc eſt ab vtraq̃ parte ſcindens. Pria ⁊ ſecũdas. hoc eſt naturalis ⁊ que per pctm̃ venit de qua apocalypſis. xx. infern⁹ et mors miſſi ſũt in ſtagnũ ignis. hec eſt mors ſecunda. Vltor crimĩnũ vindex tñ benign⁹. quia mĩa ⁊ veritas obuiauerunt ſimul iuſticia et pax oſculate ſunt

Retũdit reprimit: neq̃ tñ in nos ſeuit quãtũ nos peccauim⁹. paucos qui ſcilicet ſunt imedicabiles. Tribunal perenne. q̃ illi data eſt poteſtas in coelo et i terra. Mat. vlti. et qȝ paulo aũ dixi. pater oẽ iudiciũ dedit filio. Nomẽ ſupra omne nomẽ ad Phil. ca. ij. .pter qȝ et de⁹ exaltauit illum ⁊ dedit illi nomen qȝ eſt ſuper oẽ no

Quam clara. quam tacenda.
Euangeliſta ſummi
Fidiſſimus magiſtri
Signata quæ latebant
Nebulis videt remotis.
Ipſum tonantis agnum
Decede purpurantem.
Qui conſcium futuri
Librum reſignat vnus.
Huius manum potentem
Gladius perarmat anceps.
Et fulgurans vtrinq̃
Duplicem minatur ictum.
Quæſitor ille ſolus
Animæ que corporis que
Enſis que bis timendus
Prima. ac ſecunda mors eſt.
Idem tamen benignus
Vltor retundit iram:
Paucos que non piorum
Patitur perire in æuum.
Huic inclitus perenne
Tribuit pater tribunal:
Hunc optinere iuſſit.
Nomen ſupra omne nomen.
Hic præpotens cruenti
Extinctor antichriſti
Qui de furente monſtro
Pulchruȝ refert trophæum.
Quam beſtiam capacem
Populoſq̃ deuorantem.

Quã ſanguinis charybdim
Joannes execratur.
Hanc nempe quæ ſacratum
Præferre nomen auſa
Jmam petit gehẽnam
Chriſto perempta vero.
Tali ſopore iuſtus
Mentem relaxat heros:
Ut ſpiritu ſagaci
Coelum peragret omne.
Nos nil meremur horum:
Quos creber implet error:
Concreta quos malarum
Uitiat cupido rerum.
Sat eſt quiete dulci
Feſſum fouere corpus.
Sat ſi nihil ſiniſtrum
Uanæ minentur vmbræ.
Cultor dei memento
Te fontis et lauacri
Rorem ſubiſſe ſanctum
Te chriſmate innotatum.
Fac cum vocante ſomno
Caſtum petit cubile:
Frontem locumq; cordis
Crucis figura ſignet.
Crux pellit omne crimen.
Fugiunt crucem tenebræ.
Tali dicata ſigno
Mens fluctuare neſcit.
Procul procul vagantum
Portenta ſomniorum
Procul eſto peruicaci
Præſtigiator aſtu
O tortuoſe ſerpens:

men.ꝛc. Extinctor antichriſti quẽ inter fecit ieſus ſpiritu oris ſui. de quo paulꝰ et Joannes multa in apocalypſi. Chriſto vero. quia antichriſtus nõ eſt chriſtus verus vnde ab anti quod eſt ꝓ et chriſtꝰ dictus eſt: quaſi ꝓ chriſto ſe gerens. Tali ſopore. qualis fuit ille ioſeph. vt hic Joãnis. Juſtus heros. i. vir ſemideus. vt dicit Ariſtoteles. vij. ethicoꝝ. ſi ex hominibus fiunt dij ꝓpter virtutẽ: talem heroicam intelligimus. Relaxat mentẽ. i. ſoluit partem illã qua intelligimꝰ et meminimꝰ: vt contempleſ diuina: Ut peragret coelũ. quia vt dicit Cicero i pri. thuſ. Nulla eſt tanta velocitas que poſſit cum animi velocitate comparari. et illud thaletis velociſſima mens oĩa cũ penetret. Sed heroes poſſunt hoc. Nos. ſ. qui nõ ſumꝰ tales. Creber error. i. qui ſumus multis perturbationibꝰ inuoluti. Nã quanquã aĩo ſit caeleſtis origo vt dicit Uerg. i. vi. in tñ viget in quãtũ nõ noxia corpora tardãt: terrniq; hebetant artus moribũdaq; mẽbra. hinc metuũt. cupiũtq;. dolẽt gaudẽtq;. ꝛc. Cupido concreta. Uergi. eſt ibidẽ. Nec funditꝰ inquit oẽs corporee excedunt peſtes. penituſq; neceſſe eſt multa diu concreta modis inoſcere miris. Sat eſt. ſenſus eſt ſatis eſt nobis ꝑ quietẽ reficere vires deperditas. ⁊ ſi nõ meremur diuinã reuelationẽ: ſaltem non occurrẽt nobis iſomnia que nos deludãt
Cultor dei. i. o chriſtiane. Subiiſſe rorẽ. i. fuiſſe baptizatũ. et chriſmate inunctũ. Tenebre fugiunt. i. demones. quos paulus vocat poteſtates tenebrarũ. Procul eſto preſtigiator. i. diabolꝰ qui per preſtigias deludit homines maxime in ſomnis. Tortuoſe ſerpens. i. ſinuoſe quoniam ſerpentes ita mouentur ſinuando ſe Uergiliꝰ. ij. eñ. ſinuantq; imenſa volumina terga. idẽ in. v. Qualis ſaepe viẽ deprehenſus in aggere ſerpẽs ne quicquã longos fugiens dat corpore tortus.

Qui mille per mæandros
Fraudeſq; flexuoſas
Agitas quieta corda:
Diſcede. Chriſtus lux eſt.
Hic Chriſtus eſt. liqueſce.
Signum quod ipſe noſti
Damnat tuam cateruam.
Corpus licet fatiſcens
Iaceat recline paulo:
Chriſtum tamen ſub ipſo
Meditabimur ſopore.

Per maeādros mille.i. per multiplices flexus & dolos. eſt autē maeandrus cariæ fluuius qui ppterea quod per plana labitur multos facit flex⁹. vnde & res in ſe reuolutæ & perplexæ maeandri dicūtur vergilius.v.eneid. purpura maeādro duplici meliboea cucurrit. Hic chriſtus lux eſt. cum tu ſis tenebræ: quæ nō poſſūt ſimul eſſe cum luce. Liqueſce.i. tabeſce ſiue langueſce: vt nil poſſis contra me Signū.i. crucis. Damnat tuā cateruam.i. te atq; angelos tuos. Corpus fathiſcens.i. defeſſum. nā feſſus ab eo quod eſt fathiſco deriuatur. Iaceat recline.i. reclinatum in lecto. Paulo.i. ad breue tempus. Meditabimur chriſtum. non actu quandoquidem dormimus: ſed habitu & entelechia: Iuxta illud quod ſupra diximus ego dormio & cor meū vigilat.

Hymnus ieiunantium.

O Nazarene. carmē eſt quale illud ſenex fidelis canendū a ieiunantibus. Multa de ieiuniorū laudibus narrat: & quantū conferant ad animi vires erigendas atq; e diuerſo carnis libidinez domandā affertq; in exemplum heliæ moſis ioannis baptiſtæ niniuitarum et tandē chriſti ieiunium. cui adiungit elemoſynā in pauperes. Itaq; in primiſ chriſtū inuocat: q̄ſi ieiunij ſuo ieiunio ſanctificatorem. O nazarene dux bethleem. duplex patria tāgitur in qua conceptus & nutritus & in qua natus eſt: additur etiā ex euangelio capharnaū vt dicit hieronymus ſignorū dn̄i familiaris. Dux bethlem. ad illud reſpicit quod matheus ſcribit cap̄.ij. citans teſtimonium michææ prophetae ex cap̄.v. et tu bethleem terra iuda nequaquā minima es in principibus iuda. ex te enim exiet dux qui regat populū meū iſrael. Caſtis parſimonijs.i. ieiunijs que nos caſtos faciūt. ſed parſimoniam poſuit pro parco cibo. ſicut & hymnographus quoq; cecinit potus cibiq; parcitas. Rex ſerenus.i. vultu placido & fauēti. Feſtū noſtrū.i. ieiuniū quo nos alicui feſto preparamus. vel ip̄m ieiuniū p ſe feſtū vocat. vt in ſequēti hymno. ſolum⁹ feſtū fruimurq; mē

## Hymnus ieiunantium.

O Nazarene dux Bethlem verbum patris:
Quem partus alui virginalis protulit.
Adeſto caſtis Chriſte parſimonijs:
Feſtumq; noſtrum rex ſerenus aſpice.
Ieiuniorum dum litamus victimam.
Nil hoc profecto purius myſterio:

ſis. Litamus victimã.qñ in ieiunio noſmetipſos ſacrificamus deo. Myſterio.i.myſti co ſacrificio. Fibra cordis liuidi.i.peccato coninquinati.ſed fibra poti⁹ de iecore q̃ de corde dicitur. Ac aruina.i.nimius luxus qui p aruinã hoc eſt pinguitudinẽ deſignatur. Reſudans crapulã.i.vinũ quod vt ait hieronym⁹ deſpumat in libidinẽ. Mentis obſtrãgulatae.i.quã ſtrangularet ſi nimio cibo ꝛ potui indulgerem⁹. Hinc.ex ieiunio. Luxus. oim rex ſupfluitas.

Quo fibra cordis expiatur liuidi.
Intemperata quo domantur viſcera:
Aruina putrem ne reſudans crapulam
Obſtrangulatæ mentis ingenium premat.
Hinc ſubiungatur luxus ꝛ turpis gula.
Uini atq̃ ſomni degener ſocordia.
Libido ſordes.inuerecundus lepos.
Uariæq̃ peſtes languidorum ſenſuum
Parcam ſubacte diſciplinam ſentiunt.
Nam ſi licenter diſfluens potu ꝛ cibo
Ieiuna rite membra non coerceas:
Sequitur frequenti marcida oblectamine
Scintilla mentis vt tempeſcat nobilis.
Animuſq̃ pigris ſtertat vt præcordijs.
Frenentur ergo corporum cupidines.
Deterſa vt intus emicet prudentia.
Sic excitato perſpicax acumine
Liberq̃ flatu laxiore ſpiritus
Rerum parentem rectius precabitur.
Helias tali creuit obſeruantia
Uetus ſacerdos ruris hoſpes aridi:
Fragore ab omni quem remotum ꝛ ſegregẽ
Spreuiſſe tradunt criminum frequentiam
Caſto fruentem ſyrtium ſilentio.

Gula vini.qua illa precipue mẽti nocet. Socordia ſomni.i. que ſequit̃ ebrietate. Degener.q̃ facit homines degenerare. Lepos inuerecundus .i. verba impudica dũ volumus videri lepidi Uarie peſtes. ita proprie appellãtur pcẽa animi peſtes. Sentiunt.i.dolẽter recipiunt: nã de ſenſu qui eſt cũ dolore intelligit:quod incõtinẽtib⁹ contingit. Diffluens. tu redundãs. Scintilla. igniculus ille animi.nobilis mentis. ex origine quaz vt ſepe ex coelo duxit. Marcida oblectamur .i. languẽs voluptatib⁹. Tepeſcat.refrigeſcat ex ingenito illo calore. Prudẽtia deterſa .i.anima ratiõalis mũdata. Sic.ſ.p ieiunia. Spũs pſpicax.i.qui oia pſpicit cũ ex ieiunio excitat̃. Liberq̃ flatu laxiore.i.cũ arctaret̃ ex nimio cibo ꝛ potu:ex illa anguſtia liberabit̃ p ieiuniũ ꝛ vtetur liberiori ſpacio. Helias vet⁹ ſacerdos.i.pphẽta. Tali obſeruãtia.i.obſeruatiõe ieiunij. Hoſpes ruris aridi.nã fugiẽs ĩpotẽtiã Iezabel vt legim⁹ in.iij.reg.cap.xix.pfect⁹ eſt in deſertũ viã vni⁹ diei cũ comediſſet panẽ ſubcinericiũ ab angelo mõſtratũ ambulauit in fortitudine cibi illius q̃draginta dieb⁹ ꝛ q̃dragita noctib⁹ vſq̃ ad mõtẽ dei i oreb.vbi mãſit ĩ ſpelũca. Fragore.

ſtrepitu hoīum. Frequētiā criminū.i.vbi frequētātur crimina. Silentio ſyrtiū.i.deſertu vbi nō magis eſt habitatio ꝙ in ſyrtibus aphricę. Sed mox raptus.hic raptus in.iiij. lib.Re.cap̄.ij.legitur. Igneis iugalib⁹.ecce inquit currus igneus ⁊ equi ignei diuiſerūt heliā ⁊ eliſeū. Afflaret.coinquinaret. Non ante.idem confirmat moſis exemplo de quo exhodi.xxiiij.in calce. Ingreſſus inquit moyſes mediū nebulę aſcendit in montē ⁊ fuit ibi q̄draginta dieb⁹ et q̄dragınta noctibus. Coeli ſeptēplicis.i. ſeptē plāeta ꝝ. quid nō ⁊ alioꝝ globoꝝ? Decē recurſib⁹.i. dieꝝ reuolutionib⁹. q̄rte hoc ē q̄dragita dieb⁹. Joānes.ſ.precurſor dn̄i. Hui⁹ artis.i.virtutis hoc ē ieiunij. Curuos viarum tramites.ex eo quod ſcribit Marcus in principio ſui euāgelij citās illud ex Eſaia cap̄.xl.vox clamātis in deſerto parate viam dn̄i.rectas facite ſemitas eius. Retorſit.i.ex curuitate rectitudinem reduxit. Diſpendia.i. viaꝝ ambages. Dedit lineā.i.iter rectuꝫ. Calle recto.ſꝫ āguſto qm̄ arcta eſt via que ducit ad vitā. Nuncius. Joannes quem malachias capi.iij. appellat ſic.ecce ego mitto angelū meū: qui preparabit viā tuā ante te. Hanc obſequelā.i.obſequiū ſiue miniſteriū. Conſtruēs iter.i.ſternēs viā. Deo affuturo.xp̄o paulo poſt vēturo. Cliuoſa.ex eo qđ ſcripſit Eſaias cap̄.xl.erūt praua in directa ⁊ aſpera in vias planas. Leuib⁹.i.planis ⁊ nō aſperis. Veritas illapſa.i.xp̄us de celo deſcendēs

Sed mox in auras igneis iugalibus
Curruqꝫ raptus euolauit prepeti:
Ne de propinquo ſordium contagio
Dirus quietum mundus afflaret virum
Olim probatis inclytum ieiunijs.
Non ante coeli principem ſeptemplicis
Moſes tremendi fidus interpres throni
Potuit videre: quam decem recurſibus
Quater volutis ſol peragrans ſydera
Omni carentem cerneret ſubſtantia.
Victus precantis ſolus in lachrymis fuit
Nam flendo pernox inrigatum puluerem
Humi madentis ore preſſit cernuo:
Donec loquentis voce preſtrictus dei
Expauit ignem non ferendum viſibus.
Joannes huius artis haud minus potens
Dei perennis precucurrit filium:
Curuos viarum qui retorſit tramites.
Et flexuoſa corrigens diſpendia
Dedit ſequendam calle recto lineam.
Hanc obſequelam preparabat nuntius
Mox affuturo conſtruens iter Deo
Cliuoſa planis: confragoſa vt leuibus
Conuerterentur: ne vequicquam deuium
Inlapſa terris inueniret veritas.

# Cathemerinon

qui dixit ego ſum via veritas ⁊ vita. Hic ortus.ſ. Joannes. Non vſitatis. quia ex patre ſene ⁊ matre anu. Tetendit vbera.quia repugnātib⁹ vbera diſtēdātur. Oblita lactis. ideſt que ⁊ ꝓpter aetatē ⁊ ꝓpter deſinetudinē erant ſicca. In pectore vieto.i.languido ⁊ viribus deſtituto. viere apud antiquos erāt viuare. Terē.in eunucho. vietus veternoſus.⁊c. Pręedicaret.cū exultauit gaudio infans in vtero matris.luce p̄mo. Pellib⁹ hirtis.beſtia

Non vſitatis ortus hic natalibus
Oblita lactis iam vieto in pectore
Matris tetendit ſerus infans vbera.
Necante partu de ſenili effuſus eſt:
Quam prædicaret virginem plenam deo.
Poſt in patentes ille ſolitudines
Amictus hirtis beſtiarum pellibus
Setis ve tectus hiſpida ⁊ lanugine
Seceſſit horrens inquinari:ac pollui
Contaminatis oppidorum moribus.
Illic dicata parcus abſtinentia
Potum cibumq; vir ſeueræ induſtriæ
In vſq; ſerum reſpuebat veſperum:
Parum locuſtis ⁊ fauorum agreſtium
Liquore paſtum corporis vetus dare.
Hortator ille primus ⁊ doctor nouæ
Fuit ſalutis.nam ſacrato in flumine
Veterum pietas lauit errorum notas.
Sed tincta poſtquam membra defecauerat:
Coelo refulgens influebat ſpiritus.
Hoc ex lauacro labe dempta criminum
Ibant renati non ſecus:quam ſi rudis
Auri recocta vena pulchrum ſplendeat:
Micet metalli ſiue lux argentei

rum.ideſt cameloꝝ Mar.cap̄. primo.⁊ Math.iij.⁊ erat ioannes veſtibus pilis cameloꝝ.⁊ zona pellicea . circa lumbos eius.⁊ locuſtas ⁊ mel ſilueſtre edebat. Horrēs. timēs Oppidoꝝ morib⁹ oppidanoꝝ.vn̄ ⁊ de illo dixit ſaluator nr̄ qui mollibus veſtiuntur in domib⁹ regum ſūt ⁊c. Dicata abſtinētia.i. ieiunio dedicato. Hortator.p̄dicās poenitentiā agite appropinquabit enim regnū coeloꝝ.Math. iiij. Sacrato in flumine in iordane. Veteꝝ erroꝝ notas .i.maculas.qđ vero habetur pietas mēdum eſt.⁊ neſcio an debeat legi viet⁹ vt ſupra.in pectore vieto. vel pietas interiectiue poſitū eſt:vt apud vergiliū. vi. eneidos.heu pietas heu priſca fides. Quod vero dicit lauit.quō debeat intelligi vide.nā baptiſmū ioānis nō abluebat pctā.⁊ qđ ſequit̄ q; deſcēdebat ſpūs ſctūs.de ſolo xp̄o legit̄ cū fuit baptizat⁹ a ioanne q; deſcēdit ſpūs ſanct⁹ in ſpecie colūbę vel poti⁹ velut colūba. Vena auri recocta.i. balnea igni purgata nā ita per recoctionē aurū purgat̄.fit obrizū. Lux metalli argētei.i. ſplendor argenti.quia nec vena eſt aurum nec argentū metallū:ſed eruuntur ex vena ſiue metallo. Purgamine polito.ideſt poliente.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

Sudum.i.clarū et ſerenū.et poſitum nomen pro aduerbio ſudū pro ſude ſicut pulchrū.p pulchre.ſic Vergili⁹ toruūq; repente proclamat. et ſedet aeternūq; ſedebit:pro torue ⁊ aeter ne. Referre.proſequit de ieiunio niniuitarū. Stēma.i.nobilitatē ⁊ laudē ductā ab antiq tate. Proditū.i.litteris mandatū. Volumine fideli.in iona propheta qui eſt ex ſacro ca none. Ut diruend.ordo eſt. Ut.i.quomodo.fulmen benigni patris.i. ira ex bonitate dei placata. Pepercerit nicolis habitatoribus niniue. Repreſſis ignib⁹. aut quod igne vaſtaturus erat vrbē. aut quia hoc non legit in predicto libro:ſz quod erat euerſur⁹ exponendū potius vt ſupra ignibus.p furore ſiue ira.

Gens prepotens. lucan⁹ et foelix ſic fama ninus. Fluentē nequiter.i.lapſam in libidinem Laciuia. corrupti.i.ipſi corrupti per laſciuiā. Soluerat diſſolutā fecerat. Vulgo.i.cōmunit ⁊ paſſim. ſiue differētia perſonarū. Cōtumax rebellis. Faſtidio bruto.i.ſuperbia beſtiali. Tandem poſt multa illorum ciuium crimina.

Sudum polito prænitens purgamine.
Referre priſci ſtemma nunc ieiunij
Libet fideli proditum volumine:
Ut diruendæ ciuitatis incolis
Fulmen benigni manſuefactum patris
Pie repreſſis ignibus pepercerit.
Gens inſolenti prepotens iactantia
Pollebat:olim quam fluentem nequiter
Corrupta vulgo ſoluerat laſciuia:
Et inde bruto contumax faſtidio
Cultum ſuperni negligebat numinis.
Offenſa tandem iugis indulgentiæ
Cenſura iuſtis excitatur motibus.
Dextram perarmat rhompheali incendio
Nimbos crepantes ⁊ fragoſos turbines
Vibrans tonantū nubē flammarū quatit.
Sed poenitendi dum datur diecula:
Si forte vellent improbam libidinem
Vetereſq; nugas condomare ac frangere:
Suſpendit ictum terror exorabilis.

Cenſura indulgentię iugis.i. deus cenſor indulgentiſſimus iugiter nā indulgentia proprie eſt patrū in filios mollis et delicata educatio. vt dicit quintilianus. Offenſa illorū vitijs. Excitatur motibus iuſtis.i.iuſta ira ad puniēdū illos. Incendio rhompheali.exponendum vt ſupra.i. enſe illo de quo Gen.cap.iij. Collocauit ante paradiſum voluptatis cherubim et flāmeū gladium atq; verſatilem. eſt enim rhomphea graece latine gladius ſiue framea. Vibrans nymbos crepantes.i. ſonoros et cum fragore venientes. Flāmarum tonantū.i.fulminū que cum erumpūt:tonat nubibus ruptis.

Sed poenitendi.ordo eſt. Sed terror exorabilis.i.deus minis territans:qui tamen poteſt exorari hoc eſt ab illo venia impetrari. Suſpendit ictum.i.continuit manū neq; miſit fulmen paratum. Diecula.poenitendi.i.in quo penitentiam agerent.

Et ſententia dicta.i.iam lata. Subſtitit.i.ceſſauit paruo tēpore.ſ.vno die. Ultor mitis ſicut ſupra fulmē manſuetū Uertit in tharſos fugā.videtur ſignificare quā ſcriptura vocat tharſis eſſe tharſum ciuitatē cilicię: ſeptuaginta tamē q̄bus aſſentitur hieronimus carthaginē interpretant. Pontib⁹.quas vulgus appellat ſcalas.⁊ omnia que ſequūtur patent ex lectione ipſius ꝓphete. Urna.vas in quo iacunt̄ ſortes. vergili⁹ in.vi. ſtat ductis ſortib⁹ vrna.

Paulum que dicta ſubſtitit ſententia.
Jonam Prophetam mitis vltor excitat:
Poenæ imminentis iret vt prænuntius.
Sed nocet ille cum minacem iudicem
Seruare malle:q̄ ferire ac plectere.
Tectam latenter vertit in Tharſos fugam.
Celſam paratis pontibus ſcandit ratem.
Udo reuincta fune puppis ſoluitur.
Itur per altum. fit procelloſum mare.
Tum cauſa tanti quæritur periculi.
Sors in fugacem miſſa vatem decidit.
Juſſus perire ſolus e cunctis reus:
Cuius voluta crimen vrna expreſſerat.
Præceps rotatur.⁊ profundo immergitur.
Exceptus inde beluinis faucibus
Alui capacis viuus hauritur ſpecu:
Tranſmiſſa raptim præda caſſos dentium
Eludit ictus in cruentam tranſuolans
Impune linguam:ne retentam mordicus
Offam molares diſſecarent viuidi.
Os omne tranſit.⁊ palatum præterit.
Ternis dierum.ac noctium proceſſibus
Manſit ferino deuoratus gutture.
Errabat illic per latebras viſcerum.
Uentris receſſus circumibat tortiles
Anhelus:extis intus æſtuantibus.
Intactus exin tertiæ noctis vice

Beluinis.balęne. Preda.i.ionas. qui ita vocatus eſt ac ſi eſſet balęne cibus. Tranſmiſſa.ideſt tranſglutita ſubito Eludit ictus.quia non fuit dentibus lyſa. Linguam a qua etiam nō eſt lyſa.quod fecit de⁹: Ne molares viuidi.ideſt acuti Diſſecarent mordicus.id ē morſu ſiue mordendo. Offam.id eſt carnem. Retentam. ideſt ſi inter dentes ⁊ linguā fuiſſet retenta. Tranſit ⁊ pręterit. nulla in oris inanitate facta mora. Ternis proceſſib⁹ pro tribus ſpacijs. more poetico poſito diſtributiuo ꝓ numerali vt vergilius primo eneidos. bina manu lato criſpās haſtilia ferro. Per latebras. per tubos hoc eſt laryngam ⁊ ventrem. Receſſus tortiles. id ē penetralia curua. Anhelus extis aeſtuantibus.quia cum balęne inteſtina aeſtuarent:neceſſe erat pro

phetam anhelare. Exin. deinde. Vice tertie noctis. id eſt cũ aduenifſet nox tertia poſtq̃ fuit deuoratus. vice autem noctis dixit: quia nox ⁊ dies inuicem ſibi ſuccedunt. vnde illud Cauij viciſſitudines noctium faciunt dies alacriores. Qua fluctus. deſcriptio eſt littoris Qua. ideſt ea parte maris qua fluctus frangitur. Fine murmuranti. ideſt in termino maris vbi fit murmur ex colliſione vndarum ad ſaxa. nam in mari ſummo nõ fit talis fragor. Pumices ſalſos. ideſt ſaxa cauernoſa ex ſalſedine aque illiſae. vergili⁹. dulces latebroſo in pumice nidi. Percito greſſu. veloci. Cẽſor. ſ. ionas quaſi cenſor. ideſt magiſter morum. Imputans. i. cũ reprehenſione cõmemorans. Impendit. ideſt inſtat ⁊ imminet ſuper vos. Apicem. verticem. Fumum ruine. ideſt vrbis euerſe. Et ſtruem. pro ſtragem. Tect⁹. ideſt adumbratus. Flagellis flagella ſũt ſumme arbor partes dicta ab eo quod vẽto flagellãtur. vt ait Seruius in illud. vergilij. ij. geor. neue flagella ſumma pete aut ſumma deſtringe ex arbore plãtas

Monſtri vomentis pellitur ſingultibus:
Qua murmuranti fine fluctus frangitur:
Salſos que candens ſpuma tundit pumices
Ructatus exit: ſe que ſeruatum ſtupet.
In Niniuitas ſe coactus percito
Greſſu reflectit: quos vt increpauerat
Pudenda cenſor imputans obprobria:
Impendet inquit ira ſummi vindicis.
Vrbem que flamma mox cremabit: credite.
Apicem deinde ardui montis petit
Viſurus inde conglobatum turbidæ
Fumum ruinæ cladis ⁊ diræ ſtruem
Tectus flagellis multimodi germinis:
Nato ⁊ repente perfruens vmbraculo.
Sed moeſta poſtquam ciuitas vulnus noui
Hauſit doloris: heu ſupremum palpitat.
Curſant per ampla congregatim moenia
Plebs ⁊ ſenatus omnis ætas ciuium.
Pallens iuuentus. eiulantes foeminæ.
Placet frementem publicis ieiunijs
Placare Chriſtum. mos edendi ſpernitur.
Glaucos amictus induit monilibus

Germinis multimodi. ideſt plante illius effuſe in multos ramos. ſed que fuerit illa plãta dubium eſt. hieronymus hederam interpretatur alij cucurbitam fuiſſe dicunt. hebrei neutrum eſſe dicunt. ſed ſuffruticẽ paleſtine familiarem quod cicaion apud illos dicatur. vulnus doloris. quod ex penitẽtia ſequebatur. Palpitat ſupremum. ideſt tremit ad morientium ſimilitudinẽ. quorum membra non mouentur ſed palpitant. ⁊ poſuit ſupremũ nomen pro aduerbio. Chriſtum. ideſt deum vt ſupra diximus per prolepſim. Mos edendi ideſt conſuetus cibus. Glaucos. virides quod in luctu etiam hodie in italia faciunt. vt In

gentes vtantur veſtibus eius coloris tendentis in nigrorem: ⁊ que fere imitentur cupreſſos vergilius tertio eneidos. ſtant manibus are ceruleis meſte victis atraq; cupreſſo. Pullati patres. ideſt veſtibus nigris induti. Iuuenalis. horrida mater pullati proceres. Recincta veſte. quod etiã in ſummo luctu ſcribit vergilius in. iiij. eneidos. feciſſe dido. veſtes inquit in veſte recincta teſtatur moritura deos. Setas textiles. ideſt cilicium quod texitur ex villis capraꝝ vergilius tertio georgicoꝝ. ſetas inten ſaq; menta cinipij tondent hirci. Velamine nigrante. ſicut in nuptijs vtebãtur flammeolo. Rex ipſe. niniuitarum. Laenam veſtem precioſam. Aeſtuantem murices. ideſt purpuras que imitantur flagrãtem ignem. vergilius in. iiij. eneid. tyrioq; ardebat murice lena. Coos. a co inſula prope rhodũ. vnde veſtes coe dicte. Ouidius. hinc ⁊ auaricie cauſas ⁊ coa puellis veſtis ⁊ erubro lucida concha gemma. ⁊ propertius. ⁊ tenues coa veſte mouere ſinus. Fibula. zona qua veſtes cinguntur. Gemmas virentes. ſmaragdos. Lapillos ſutiles. vniones ⁊ margaritas dicit que ideo terebrantur vt veſtibus attiaris inſuantur. Vinculum frontis. ideſt coronam ex gemmis ⁊ margaritis conſtructam. vergilius primo eneidos. ⁊ duplicem gemmis auroq; coronam. Nutrix parca deneganis ſuccum infantibus. Rotulenta gramina. vergilius cum ros intenta pecori gratiſſimus herba eſt. Potum. idem. nulla neq; amnẽ libauit quadrupes. nec graminis attigit herbam. Vacuis. manibus ⁊ ſine pabulo.

Matrona demptis. pro que gemma. ⁊ ſerico
Crinem fluentem ſordibus ſpargit cinis.
Squalent recincta veſte pullati patres.
Setas que plangens turba ſumit textiles.
Impexa villis virgo beſtialibus.
Nigrante vultum contegit velamine.
Iacens harenis ⁊ puer prouoluitur.
Rex ipſe coos æſtuantem murices
Læ nam reuulſa diſſipabat fibula.
Gemmas virentes. ⁊ lapillos ſutiles
Inſigne frontis exuebat vinculum
Turpi capillos impeditus puluere.
Nullus bibendi nemo veſcendi memor
Ieiuna menſas pubes omnis liquerat.
Quin ⁊ negato lacte vagientium
Fletu madeſcunt paruulorum cunulæ.
Succum papillæ parca nutrix denegat.
Greges ⁊ ipſos claudit armentalium
Solers virorum cura: ne vagum pecus
Contingat ore rotulenta gramina:
Potum ſtrepentis neve fontis hauriant.
Vacuis querelæ perſonant præſepibus.

Iram breuem.quia ira furoꝛ breuis eſt vt dicit Horatius in pri.epiſtolarū - ⁊ pſalmographus.nunquid iraſcitur per ſingulos dies. Proſper.proſperitatem afferens. Oraculū quod per prophetam iuſſit predicari. Reatum.cuius erant rei. Fit fautrix.ideſt fauet.

Sed cur vetuſte.quaſi dicat cum habeamus exempla recentioꝛa:omittamus antiqua.

Pridem.non multo tempoꝛe ante annos circiter trecentos. Grauatus artubus.qui et itinere defatigabatur.et ſitiebat ad puteuꝫ.⁊ eſuriebat in deſerto. Dicato coꝛde.id ē ad hoc ieiuniuꝫ ſacrum dedito. Oꝛe prophetico.ſcilicet eſaie.q̄ dixit capi.vij. Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filium ⁊ vocabitur nomen eius emmanuel. Qui.ſcilꝫ emmanuel.i.ſumpta carne fact⁹ homini familiaris Arta lege virtutis.ideſt predicans virtutis viam que arta eſt ⁊ difficilis. Fecit liberum.id eſt a ſeruitute peccati liberauit. Coꝛpus molle naturaliter.i. ad mollicie ⁊ voluptatē pꝛocliuo. Iugo laxo.nō arto qualis eſt virtutuꝫ ſed laxo.quia lata eſt via que ducit ad perditionē. Emancipatoꝛ.i.aſſertoꝛ et vindex

Mollitus his ⁊ talibus breuem deus
Iram refrenat temperans oꝛaculum
Pꝛoſper ſiniſtrum.pꝛona nam clementia
Haud difficulter ſupplicem moꝛtalium
Soluit reatum.fit que fautrix flentium.
Sed cur vetuſte gentis exemplum loquoꝛ?
Pꝛidem caducis cum grauatus artubus
Ieſus dicato coꝛde ieiunauerit:
Pꝛenuncupatus oꝛe qui pꝛophetico
Emanuhel eſt ſiue nobiſcum Deus.
Qui coꝛpus iſtud molle naturaliter
Captum que laxo ſub voluptatum iugo
Virtutis arta lege fecit liberum
Emancipatoꝛ ſeruientis plaſmatis
Regnantis ante victoꝛ ⁊ cupidinis.
Inhoſpitali namq̄ꝫ ſecretus loco
Quinis diebus octies labentibus
Nullam ciboꝛum vindicauit gratiam
Firmans ſalubꝛi ſcilicet ieiunio
Vas appetendis imbecillum gaudijs.
Miratus hoſtis poſſe limum tabidum
Tantum laboꝛis ſuſtinere ac perpeti
Exploꝛat arte ſciſcitatoꝛ calida:
Deus ne membꝛis ſit receptus terreis.

plaſmatis ſeruiētis.i.hominis ſub iugo peccati exiſtentis. Cupidinis regnātis ante.ſ.q̄ nr̄am carnē ſumeret. Loco inhoſpitali.i.in deſerto Quinis octies.i.q̄dragita. Vindicauit.i.ſibi aſſūpſit. Gratiam ciboꝝ.i.ſuauitatē. Firmās.cōfirmās ⁊ firmū faciēs.Vas imbecillū.i.coꝛp⁹ qđ eſt q̄ſi animi vas.vn̄ apl̄us ſciē tes vnuſq̄ſq̄ꝫ ſuū vas poſſidere. Imbecillū.i.fragile aliq̄n ⁊ pnū ad voluptates q̄ vt ait Ariſt.nobis cognate ſūt. Limū tabidū.i.hominē ex luto factū atq̄ꝫ ex cōſequēti moꝛtale. Exploꝛat.inquirat ⁊ tentat poſt tergū.

cum dixit illi chriſtus vade retro ſatana.ꝛc. Quiſqꝫ pro viribus. Vergilius quiſqꝫ virk. Liuor hoſtis atri.i.diabolus liuidus et inuidus. inuidet in nobis cum videt nos ieiunā tes Probat.approbat et laudat. Aram altaris.i.deuꝫ propter quē placandū facimus ſacri ficium.

Sed increpata fraude poſt tergum ruit
Hoc nos ſequamur quiſqꝫ nunc pro viribus:
Quod conſecrati tum magiſter dogmatis
Tuis dediſte Chriſte ſectatoribus.
Ut cum vorandi vicerit libidinem:
Late triumphet Imperator ſpiritus.
Hoc eſt quod atri liuor hoſtis inuidet
Mundi: poliqꝫ quod gubernator probat:
Altaris aram quod facit placabilem.
Quod dormientis excitat cordis fidem.
Quod limat ægram pectorum rubiginem.
Perfuſa non ſic amne flamma extinguitur:
Nec ſic calente ſole tabeſcunt niues:
Ut turbidarum ſcabra culparum ſeges
Vaneſcit almo trita ſub ieiunio:
Si blanda ſemper miſceatur largitas.
Eſt quippe et illud grande virtutis genus
Operire nudos. indigentes paſcere.
Opem benignam ferre ſupplicantibus.
Unam paremqꝫ ſortis humanæ vicem
Inter potentes atqꝫ egenos ducere.
Satis beatus quiſqꝫ dextram porrigit
Laudis rapacem prodigam pecuniæ:
Cuius ſiniſtra dulce factum neſciat.
Illum perennes protinus complent opes.
Ditatqꝫ fructus fœnerantem centuplex

Limat rubiginem.i.abſtergit peccati ſordes. Perfuſa. illud qđ de eleemoſyna ſcribitur ſicut aqua extinguit ignē: ita eleemoſyna extinguit periſi de ieiunio poſſe veri⁹ dici putat autor. nihilomin⁹ tamen illā ieiunio adiungit. Seges ſcabra.i.ſpinoſa et aſpera que non ſūt bonū ſemen creſcere. Vaneſcit intermoritur. Largitas blanda.i. mite op⁹ miſericordię.ē quippe.miſericordię opa adiungit ieiunio. Inter potentes egenus ducere.i.putare omnes homines natura eſſe ęquales atqꝫ vt ait iuuenaſlis paribus conſtare elementis. Non vt fœmina illa arrogans et tuuiitiis apud eundē clamat o demēs ita ſeruus homo. Laudis rapacem.i.auarā glorię. Cuius ſiniſtra ad illud ex Math. cap. vi. neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera. Illum fœnerantem. qui dat ſimplum vt accipiat centuplum ex Math.cap. xix. omnis qui reliquerit domum aut fratres aut ſorores. centuplū accipiet.

Hymnus poſt ieiunium.

Chriſte ſeruorũ. Carmen ſapphicũ mixtũ adonico. Canitur poſt ſolutũ ieiuniũ hoc eſt poſt coenam ieiunantium canitur hic hymn⁹ hora nona: quando ieiuniũ ſoluitur hoc eſt tempore coenae. In quo primo dicit quanta indulgentia deus chriſtianos tractet qui ſub lege aſtrictys tamẽ habenas laxas dat permittẽdo illis vt largiori cibo ieiunia ſoluant et faciẽ lauent. quanto pręterea nos amore ꝓſequatur ex eo demonſtrat: quod relictis nonaginta nouem ouibus hominem perditum quę ſunt deoq; reſtituit pro quibus beneficijs gratias a nobis agendas. eſſe dicit.

Regimen pro rector. Frenas leniter ex eo quod euangeliſta ſcribit. Math. xi. iugũ meum ſuaue eſt et onus meuz leue. Lege facili. non qualis fuit vetus quę iubebat ex taliõe poenas luere hoc ẽ oclʒ ꝓ oculo manuũ ꝓ manu.

## Hymnus poſt ieiunium.

Chriſte ſeruorum regimen tuorum:
Mollibus qui nos moderans habenis
Leniter frenas: facilliq; ſeptos
Lege coerces:
Ipſe cum portans onus impeditum
Corporis duros tulerit labores
Maior exẽplis: famulos remiſſo
Dogmate palpas.
Nona ſummiſſum rotat hora ſolem:
Partibus vix dum tribus euolutis.
Quarta deuexo ſupereſt in axe
Portio lucis.
Nos breuis voti dape vindicata
Soluimus feſtum. fruimurq; menſis
Adfatim plenis. quibus imbuatur
Prona voluptas.
Tantus ęterni fauor eſt magiſtri
Doctor indulgens ita nos amico
Lactat hortatu leuis obſequela vt

Ipſe cũ portãs. Ordo ẽ. cũ tu ipſe maior exẽplis. vel maior. i. magiſter. vl' poti⁹ maior. q2 oĩa quę nobis pręcepit facere ipſe maiorẽ in modũ fecit ⁊ ſubijt oẽs labores humanas vt nobis eſſet exẽplo. Corp⁹ ipeditũ. ⁊ quod aĩo poti⁹ eſt ipedimẽto q̃ auxilio. Palpas famulos. i. blandiris illos molliter tractans. Iuuenalis. quẽ munere palpat charus. Dogmate remiſſo. i. non rigido. ſed molli. Nona hora qua antiq̃ores ſoliti erãt ſoluere ieiuniũ. Partibus tribus ſubaudi ex quattuor in q̃s dies diuidit: quẽadmodũ ⁊ nox i quattuor vigilias. pria. tertia. ſexta. nona. Nos ſoluim⁹ feſtũ. i. ieiuniũ vt i ſupiori hymno feſtũq; noſtrũ rex ſeren⁹ aſpice. Breuis voti. i. qđ vouim⁹ in obſequiũ. Dape, vidicata. i. accepta. Imbuatur voluptas. i. impleaẗ fames quã euacuãdo ſequiẗ voluptas cũ ipſa dolorẽ poti⁹ afferat pronã appellat. i. ad quã ſum⁹ natura ꝓni. ex Ariſto. vt dixim⁹ ſupra. Fauor magiſtri. i. ita fauet nobis: qđ nõ ꝓhibet nos veſci cibo ſufficiẽti. Sed indulgẽs. i. molliter ⁊ delicate nos educãs

quia ſignificat idulgere vt ſupra dixim⁹. Lactat nos.i.nutrit quaſi infantes lacte. Ut obſe quela.i.nos illi obſequentes mulceam⁹.i.Reficiam⁹ mēbra ieiunio debilitata. Addit ſub andiad ſuperiora. Nequis velit macerare frontem.ex eo quod ſcribitur Mathei.cap.vi. cū ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritę triſtes exterminant eñi facies ſuas vt videātur hoib⁹ ieiunātes eſt autē exteriare extra terios ponere qḋ faciūt q̄ ſe vltra modū macerāt Inue- nuſtę.turpiter.quia venuſtū ē pulchrū. Sz comat dec⁹ vult⁹ i.ornet faciem et ex hilaret illā.ex eo qḋ dixit.tu autē cū ie iunas vnge caput tuū oleo et faciem tuā laua. Et comat honorē pexū capi- tis.i.ornet caput et pectat illud vnde caput maneat pul- chrū nā horror hic pro pulchritudine ponit.vt apud Ver gil ii.pri.eñ.et lae- tes oculis afflarat honores. Color lu- teus.i.pallid⁹ Tin gat faciem ſubdu- cto rubore. puta ſuf fitu cymini. vnde horati⁹ quod ſi pal lere caſu biberēt exangue cyminum .i.quod ſanguinē extinguit ex quo ro

Mulceat artus.
Addit ꝛ nequis velit inuenuſte
Sordidus cultā macerare frontem.
Sed decus.vultus capitiſqꝫ pexum
Comat honorem.
Terge ieiunans ait omne corpus.
Ne ve ſubducto faciem rubore
Luteus tingat color.aut notetur
Pallor in ore.
Rectius læto tegimus pudore
Quicquid ad cultum patris exhibem⁹.
Cernit occultum deus.ꝛ latentem
Munere donat.
Ille ouem morbo reſidem.gregiqꝫ.
Perditam ſanat.male diſſipantem
Vellus adfixis vepribus per hirtæ
Deuia ſiluæ.
Impiger paſtor reuocat.lupiſqꝫ
Geſtat excluſis humeros grauatos.
Inde purgatam reuehens aprico

bur conſtat. Læto pudore.i.rubore.quoniam quos pudet rubent.vnde pudor pro rubor et econtrario rubor pudore:nam vt dixit Diogenes ille eſt color virtutis. Cernit occultū deus.et eo quod ibidem ſcribitur.pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi Ille ouē quāt⁹ ſic amor dei erga nos oſtēdit ꝙ relictis nonaginta nouē ouib⁹.i. nouē ordinib⁹ an- gelorū hominē deꝑditū ꝑfect⁹ eſt quęſitū ex eo qḋ ſcribit Math.xviij.ſi fuerint alicui centū oues et errauerit vna ex eis.nōne relinqt nonagintanouē.ouē morbo deſidem.i.tardā ꝛ pi grā qualē Vergi.li.iij.geor.Deſcribit.quā procul aut molli ſuccedere ſepius vmbrę videris aut ſūmas carpentem ignaui⁹ herbas Extremamus ſequi aut medio procumbere campo paſcentē et ſerę ſolā decedere nocti:continuo culpā ferro cōpeſce. Gregiqꝫ perditā.i.agrege aberrantē. Excluſis lupis.fugatis. Geſtat humeros grauatos.i.ouē humeros grauātem Purgatam.ſ.ſentibus.Ouili aprico.eccleſiae aut beatorū numero.

· Campo viridi patres.i.paradiſo. Ubi nulla ſpina.que ſcilicet ouium vellera imo ⁊ cutem lędat. Uibrat criſpatur. Implexis lappis.i.innolutis illis herbis de quibus vergilius primo geor.ſubit aſpera ſilua lappeqꝫ tribuliqꝫ. Sudibus perarmat.i.ſpinis erectis in modū ſudiū Iuuenalis.erectas in terga ſudes. Carduus horrēs.hirtus ſpinis.vergi. ſegniſqꝫ horrerēt in aruis cardu⁹. Coma herbarū.id eſt foliū ꝫ emittit flores. Obumbrat .i. incumbit fluuio vitreo.i.pellucido et tranſparenti. Fluentis viuis.i.mobilibus ⁊ ex aqua natura ſcaturienti. vt vergilius viuoqꝫ ſedilia ſaxo. Compenſant. exequare poſſunt. Quamlibet. ſenſus ē ꝙ quātumcunqꝫ nos ieiunio maceremus et oremus die noctuqꝫ omnia beneficijs diuinis ſunt minora. Minor cura vincitur.i.omne illud qđ curamus. Frangit at cratem. Sed inquit: quanquā ita ſit: ſi nos vltra modum macerem⁹ diſſoluetur hoc figmētū. Grandior vſus labor. quia nimiū vtendo teſtaceo vaſe aliquādo frangit ⁊ ita corpus noſtrū qđ eſt ex luto cōpoſitū. Cratē.q̄ ex virgis conterit.hic pro figlino opere ponit Humor aquoſus. qꝛ vētre vacuo confluunt ec humores quare cibus eſuriētib⁹ imperat. Laxus ⁊ liber.i.ſolut⁹ ⁊ vt ad ſaturitatē edem⁹:ſed nō ad ſatietatē. Neqꝫ terror ſeuer⁹.i.de

Reddit ouili.

Reddit ⁊ patris.viridiqꝫ campo
Uibrat in plexis vbi nulla lappis
Spina.nec germē ſudibus perarmat
Carduus horrens.
Sed frequens palmis nemus.⁊ reflexa
Uernat herbarum coma. tum perēnis
Gurgitem viuis vitreum fluentis
Laurus obumbrat.
Diſce pro donis tibi fide paſtor.
Seruitus.quæ nam poterit rependi
Nulla compenſant pretium ſalutis
Uota precantum.
Quamlibet ſpreto ſine more paſtu
Sponte confectos teneremus artus.
Teqꝫ contemptis epulis rogemus
Nocte.dieque.
Uincitur ſemper minor obſequentum
Cura.nec munus genitoris æquat.
Frangit at cratem luteam laboris
Grandior vſus.
Ergo ne limum fragilem ſolutæ
Deſerant vires.⁊ aquoſus albis
Humor in venis dominetur ægrum
Corpus eneruans.
Laxus.ac liber modus abſtinendi
Ponitur cunctis.neqꝫ nos ſeuerus
Terror impellit.ſua quenque cogit

Velle poteſtas.
Sufficit quicquid facias vocato
Numinis nutu prius inchoare.
Siue tu menſam renuas. cibum ve
Sumere tentes.
Annuit dexter deus. et ſecundo
Proſperat vultu. velut hoc ſalubre
Fidimus nobis fore. quod dicatas
Carpimus eſcas.
Sit bonum ſupplex precor. et medelam
Conferat membris. animumqꝫ paſcat
Sparſus in venas cibus obſecrantum
Chriſticolarum.

ſeuerus et terrens. Impellit nos. i. cogit nos ſubaudi vltra modū a cibo cōtinere. Sua poteſtas cogit quemqꝫ velle. i. vt quiſqꝫ velit ſecūdū ſuā poſſibilitatē. Sufficit. iuxta illud apoſtoli quicquid facitis in noīe dn̄i nr̄i ieſu chriſti facite. Hoc ſalubre. ſ. qđ carpimus eſcas. ⁊c. animū paſcat. quia ex ſalubritate corporis ſequitur animi libera cōtēplatio.

Hymnus ad omnes horas.

Da puer plectrum. Carmen monocolon tetrametrū trochaicuꝫ catalecticū archilochiū conſtans ſeptem pedibus et ſyllaba recipiēs in locis parib' ſpondeos in iparib' vero trocheos ſemper habet. eſt carmē accōmodatū qđ ad oēs horas canat. Cōmemorat duplicē chriſti ortū aeternū a patre et tēporalē a matre. deinde miracula cōplura que fecit ⁊ paſſionez deſcenſumqꝫ ad inferos: et ad coelū aſcenſionē vñ vētur' eſt iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ tandē hortat oēꝫ ſexū ⁊ aetatem ad illi' laudes concelebrandas.

## Hymnus ad omnes horas.

Da puer plectrum choreis. vt canaꝫ fidelib⁹
Dulce carmē. ⁊ melodū geſta chriſti iſignia
Nūc camoena nr̄a ſolū pāgat. hūc laudet lyra.
Chriſtus eſt. quē rex ſacerdos ad futurū protinus
Infulatus cōcinebat voce. corda et tympano.
Spiritū coelo influentē p medullas hauriens.
Facta nos etiā probata pangimus miracula.
Teſtis eſt orbis. nec ipſa terra. qđ vidit. negat

Da puer. famuluꝫ ſuuꝫ alloquit more poetico iubetqꝫ ſibi afferri muſicum inſtrumentū vt cātet voce ⁊ chordis chriſti miracula. Plectrū. iſtrumētū quo tāgunt chorde ſꝫ hic pro ipſo iſtrumēto ex fidib' poſuit. Choreis fidelib⁹. i. nō aetnicis ſꝫ chriſtianis. Et melodū. ſ. carmē. neqꝫ eñ declinat melos melodis vt quidā putāt. ſꝫ melos melu. ergo carmē melodū. i. dulce a meli quod ē mel ⁊ ode cāt⁹. Geſta iſignia appoſitiue. Camoena. i. carmē p metonimiā. Laudet lyra. i. carmē lyrae applicatū Rex ſacerdos. i. dauid qui fuit rex ſed ſacerdotē cur illū vocet nō video: qm̄ ſacerdotiū cū regno in xp̄ꝫ cōuenit niſi forte q? vnct' fuit. Ad futurū ptin⁹. i. paulo poſt

inſulatus.more põtificis inſula idut⁹. Voce cãtando.chorda in pſalterio decachordo aut ci thara pluriũ chordaꝝ.Tympano.inſtrumẽto noto.Coelo iſluẽte.i.qui e coelo iſluebat aſpi rabatq;. Facta ꝛ.pbata.i.nõ ſolũ facta ſ ꝫ etiã veris euãgeliſtaꝝ teſtimonijs ꝯprobata. Te ſtis orbis imo indt oĩs terra iquã exiuit ſon⁹apoſtoloꝝ.Deũ ꝑditũ.i.ptu virginis editũ. Cõ min⁹.i.ppe ad illud Baruch. v.in terris viſus ẽ et cũ hoĩb⁹ cõuerſat⁹ ẽ. Ex parentis corde.

Commin⁹ deũ docendis proditum mortalib⁹.
Corde natus ex parentis ante mundi exordium
Alpha ꝛ ω cognominatus ipſe fons.ꝛ clauſula
Omniũ.quæ ſunt.fuerũt.quæq; poſt futura ſũt.
Ipſe iuſſit.ꝛ creata.dixit ipſe.ꝛ facta ſunt.
Terra.coeluꝫ.foſſa.ponti.trina rerũ machina.
Quæq; i his vigẽt ſub alto ſolis.ꝛ lunæ globo.
Corporis formam caduci.mẽbra morti obnoxia
Induit.ne gens periret prĩoplaſti ex germine.
Merſerat quã lex profundo noxialis tartaro.
O beatus ortus ille.virgo cum puerpera
Edidit noſtram ſalutem foeta ſancto ſpiritu.
Et puer redemptor orbis os ſacratũ protulit.
Pſallat altitudo coeli.pſallant te omnes angeli.
Quicq̃d eſt virtutis vſquã pſallat in laudẽ dei
Nulla linguaꝝ ſileſcat.hoc et omnes conſonet.
Ecce quẽ vates vetuſtis.cõcinebant ſeculis.
Quem prophetaꝝ fideles paginæ ſpopõderãt.
Emicat.promiſſus olim.cuncta conlaudẽt eũ.
Cantharis infuſa lympha fit falernum nobile.
Nuntiat vinũ miniſter eſſe promptũ ex hydria
Ipſe rex ſapore tinctis obſtupeſcit poculis.
Mẽbra morbis vlceroſa viſcerum putredines
Mãdo.vt abluãtur inquit.fit ratũ.qð iuſſerat.
Turgidã cutem repurgant vulnerũ piamina

qr queãdmodũ ſa=piẽtia.pficiſcitexcor de ſcõꝫ platonẽ vñ vecordes dicim⁹ in ſanos:ita xp̃s q̃ eſt ſapientia patris ꝑ aeternã gñationeꝫ ort⁹ ẽ ex corde pr̃is. Alpha et ω.cognominat⁹.Apo.pri.ip ſe fons.i.principiũ Et clauſula.i.finis in quẽ omnia clau dunt terminantq;. Verg.in buco.ante diẽ clauſo cõponet veſper olympo. Ip ſe iuſſit et pſal.xlviij qr ip̃e dixit ꝛ facta ſũt ipſe mãdauit et creata ſũt. Foſſa põ ti.i.maris recepta=culũ ſiue alueũ.Coe lũ.ꝑere poſuit.ſub dit namq; queq; vi gẽt in his ſub alto globo ſolis.ſignifi=catq; tria.elemẽta in qb⁹ aialia viuũt Corporis caduci.i. mortalis obnoxia.i obligata. Prioplaſti cur nõ poti⁹ ꝓto plaſti ne ſit cõpoſi=tio ex latino ꝛ greco. Lex noxialis.nõ qð lex nocuit niſi per accidẽs:ſꝫ qð ipſi peccãdo ꝯtra legẽ acceperũt nocumẽtũ. Protulit os.extulit faciẽ ex vtero virgis. Virtutis.i.poteſtatis Paginæ fideles.q̃ nõ poterãt mentiri. Cantharis.primũ ſignũ qð fecit ieſus i cana galileę ex Ioh.ca.ij.falernũ nobile.gñoſſimũ ex cãpania vinũ vt ſit ſpecies ꝑ gñe. Ipſe rex.cõuiuij pinceps.hoc ẽ architriclin⁹.rex in hac ſignificatõe apð martialẽ iuuenalẽ ꝛ columelã ſaepe

Mēbra morbis vlceroſa. de hoc Mat. viij. ecce leproſus adorabat eū dicēs. dn̄e ſi vis potes me mūdare ꝛ extēdēs ieſus manū tetigit eum dicēs volo mūdare. Piamia vulnerꝫ. i. munera q̄ iuſſus ē offerre ſacerdotibꝰ. Tu perēnibꝰ tenebris. de caeco illo a natiuitate loquit̄ quē ieſus facto luto ex terra ꝛ ſputo unxit. ſtatiq; vidit ex Joh. ca. ix. Nectare oris. i. ſaliua illa diuina q̄ꝛ nectar potꝰ ē deorꝫ. Orbibꝰ. oculorꝫ ſinibꝰ Increpas vētū furētē. ex eo qđ

Tu perennibus tenebris iam ſepulta lumina
Inlinis limo ſalubri ſacri. ꝛ oris nectare
Mox aptis. hac medela lux reducta ē orbibꝰ.
Increpas ventum furentē quod procellis triſtibꝰ
Vertat æquor fundo ab imo. vexet. ꝛ vagā ratē
Ille iuſſis obſecundat. mitis vnda ſternitur.
Extimū veſtis ſacratæ furtim mulier attigit
Protinus ſalus ſecuta eſt. ora pallor deſerit.
Siſtitur riuus cruore. qui fluebat perpeti.
Exitu dulcis iuuentæ raptum ephoebum viderat
Orba quem mater ſupremis funerabat fletibꝰ
Surge dixit. ille ſurgit matri. et ſtans redditur.
Sole iam quarto carentē iaȝ ſepulchro abſcōditū
Lazarum iubet vigere reddito ſpiramine
Foetidum iecur. reductꝰ rurſus intrat halitꝰ.
Ambulat per ſtagna ponti. ſumma calcat fluctuū
Mobilis liquor profundi pendulā præſtat viā.
Nec fatiſcit vnda ſanctis preſſa ſub veſtigijs.
Suetus antro buſtuali ſub cathenis frendere
Mentis impos effetatis percitus furoribus
Proſilit. ruitq; ſupplex. xp̄ȝ adeſſe. vt ſenſerat.
Pulſa peſtis lubricorum milleformis dæmonum
Corripit gregis ſuilli ſordida ſpurcamina.
Seq; nigris mergit vndis. vt pecꝰ lymphaticū.

ſcriptū ē Math. viij qđ dormiente xp̄o i nauicula qua vehebat̄ cū diſcipulis cū ingruiſſet tēpeſtas expergefactꝰ ab illis in ſūmo diſcrimine poſitis iperauit vētis ꝛ facta ē trāquillitas magna. Extimū veſtis ſacratæ. ex eo quod ſcribitur Mat. viij. q̄ eūte ieſu ad domū p̄ricipis ſynagogæ: mulier q̄dā q̄ ſanguinis fluxū patiebat̄ acceſſit retro ꝛ tetigit fimbriā veſtimēti eius dicebatq; itra ſe. ſi tetigero fimbriā veſtimēti eiꝰ ſalua ero. ꝛ ſaluata ē Exitu dulcis. de hoc miraculo Lucas. cap. viij. ibat inq̄t ieſus in ciuitatē q̄ dr̄ naim. et ecce defūctꝰ efferebat̄ filius vnicꝰ matri ſuæ. et ibidē quō ſuſcitatꝰ ē. Sole iā quarto. quō lazarū a mortuis ſuſcitauit. ex Jo. ca. xij. Vigere. vitā ꝛ vigorē habere. Spiramine aīa id qđ ſequit̄ p eo qđ præcedit. Halitus redditꝰ. eodē modo. i. anima. Ambulat p ſtagna. ex Matheo. ca. xiiij. qđ cū diſcipulorꝫ nauicula quateret̄ fluctibꝰ venit ad eos quarta noctis viligia ābulās p ſūmos fluctꝰ nec vnda fatiſcit. i. dehiſcit aut cedit: ſȝ ſuſtinet veſtigia. Suetꝰ antro. hoc geſtū narrat̄ i Mar. c. v. quo p̄to creūte ieſu de naui ſtati occurrit de monumētis homo in ſpū imūdo. ꝛc. In antro beſtiali. i. ſepulchro vbi erāt cineres alicuiꝰ ſepulti. Mētis ipos. q̄ꝛ exagitabat̄ a dæmone neq; quicq̄ā ſuo arbitrio faciebat. lege euāgeliſta. Fertq; q̄lis. quo acto multa hoīm milia ex quiq; panibꝰ ꝛ duobꝰ piſcibꝰ ſaturauit. ex Math. ca. xiiij.

Qualis ter quaternis. i. duodecim cophinis: nam quali ſunt caniſtra ex viminibus contexta. Pereſis. i. comeſtis a per ⁊ edo. gemellis pro duobus poſuit. Tu cibus. quia dixit tot milia ſaturaſſe. ⁊c. nunc dicit chriſtum eſſe verum cibum verumqꝫ panem. Iuxta illud. Caro mea vere eſt cibus. ⁊ illud eiuſdem. ego ſum panis viuus qui de coelo deſcendi. In aeuum. ad illud qui manducat hunc panē viuet in aeternum. Lacunam. receptacula. Uitalia. ideſt animi penetralia.

Fertqꝫ qualis ter quaternis ferculorũ fragmina
Affatim referta iam ſunt accumbentũ millia.
Quinqꝫ panibus pereſis. ⁊ gemellis piſcib⁹.
Tu cibus. paniſqꝫ noſter. tu perennis ſuauitas.
Neſcit eſurire in æuum. qui tuam ſumit dapē.
Nec lacunam vētris implet. ſed fouet vitalia.
Clauſus aurium meatus. ⁊ ſonorum neſcius
Purgat ad p̄cepta xp̄i craſſa quæqꝫ obſtacula
Vocibus capax fruēdis. ac ſuſurris peruius.
Omnis ægritudo cædit. langor omnis pellitur.
Lingua fatur quam veterna vinxerant ſilētia.
Geſtat ⁊ ſuum per vrbem lætus æger lectulũ.
Quin ⁊ ipſum (ne ſalutis inferi expertes forent)
Tartarũ benignus intrat. fracta cedit ianua.
Vectib⁹ cadit. reuulſis cardo indiſſolubilis.
Illa prompta ad inruentes. ad reuertētes tenax
Obice retrorſũ repulſo porta reddit mortuos
Lege verſa. ⁊ limē atrũ iam recalcandũ patet.
Sed deus dũ luce fulua mortis antra inluminat
Dũ ſtupētibus tenebris candidũ præſtat diē.
Triſtia ſqualentis æthræ palluerunt ſydera.
Sol refugit. ⁊ lugubri ſordidus ferrugine
Igneum reliquit axem. ſeqꝫ moerēs abdidit.
Fertur horruiſſe mũdus noctis æternæ chaos

Clauſus aurium. de ſurdo illo intelligendum quē ieſus curauit expuens in manum tetigit linguam eius dicens epheta. ⁊c. ex Marco. cap. vij. Neſci⁹ ſonoꝝ. quia ſurdus ille nunquā audierat. Craſſa obſtacula. i. auriũ ſordes Omnis aegritudo. om̄e genus morbi. Lingua fatur multa miracula cōplectitur. ſed maxime de mutiſ. Mar. ix. Luce. xij. Silentia veterna. pro inueterata poſuit. aut pro torpore linguę. ſuum lectulũ. vt ille de quo Marci. ij. et Ioannis. v. Illa prompta ad irruentes. i. ad recipiendũ intrantes. Et tenax. difficilis ad reuertentes. Iuxta illud. vergilij. lib. vi. facilis deſcenſus auerni. ſed reuocare gradũ ⁊c. Recalcandũ. i. retroeundũ. Luce fulua. coloris aurei. Sydera ęthrę triſtia. ꝓpter chriſti mortē. in qua ſol eclipſim paſſus eſt Squallentis. lugubris. Palluerunt. in nigrorē verſa ſunt. vergilius pallētes vmbras herebi. Refugit. indignatus tantũ ſcelus admiſſũ. vt vergilius in p̄mo eneid. nec tam auerſus equos tyria ſol iungit ab vrbe. Lugubri ferrugine. vergilius p̄mo geor. cum caput obſcura nitidũ ferrugine texit. Fertur horruiſſe. ex eo quod tenebrę factę ſunt ad horā no

nam.& eſt imitatio ex vergilio ꝑmo geor. Impiaqꝫ eternū timuerunt ſoecula noctē. Vocē mobilē. que mouetur per mediū ſpacium extenditurqꝫ. quid ſi legas lingua mobile. que ad hoc mouetur. vt de fama. vergilius libro. iiij. mobilitate viget vireſqꝫ acquirit eundo. Tropheū paſſionis. qualis deſcribitur a vergilio in lib. xi. Ingentē quercū deciſis vndiqꝫ

Solue vocē mens ſonorā. ſolue lingua mobilem
Dic Throphæū paſſionis. dic triūphalē crucē.
Pāge vexillū notatis. quod refulget frōtibꝰ.
O nouum cæde ſtupenda vulneris miraculum
Hic cruoris fluxit vnda. lympha pte ex altera.
Lympha nēpe dat lauacrū. Tū corōa ex ſāguie ē
Vidit anguis immolatā corporis ſacri hoſtiam.
Vidit & fellis peruſti mox venenū perdidit.
Saucius dolore multo. colla fractus ſibilat.
Quid tibi profane ſerpens profuit rebus nouis
Plaſma primū perculiſſe verſipelli aſtutia?
Diluit culpam recepto forma mortalis deo.
Ad breuem ſe mortis vſum dux ſalutis dedidit.
Mortuoſqꝫ olim ſepultos vt redire inſueſceret
Diſſolutis priſtinorū vinculis peccaminum.
Tunc patres. ſanctiqꝫ multi. conditorē præuium
Jam reuertentē ſecuti. tertio demum die
Carnis indumēta ſumunt. e que buſtis ꝓdeūt.
Cerneres coire membra de fauillis aridis
Frigidū venis reſumptis puluerem tepeſcere
Oſſa. neruos. ac medullas. gluttino cutis tegi
Poſt vt occaſuꝫ reſoluit. vitæ & hominē reddidit
Arduum tribunal alti victor aſcendit patris
Inclytam coelo reportans paſſionis gloriam.
Macte iudex mortuoꝝ. macte rex viuentium
Dexter in parentis arce. qui cluis virtutibus
Omniuꝫ venturus inde iuſtus vltor criminū.
Te ſenes. & te iuuentus. paruulorū te chorus.

ramis. &c. Frontibus notatis. i. crucē in qua eſt altitudo latitudo & ꝓfunditas. vnda cruoris. ex eo qđ ſcribit Joannes cap̄. xix. vnꝰ militū lancea latus aperuit. & continuo exiuit ſanguis & aq̄. Corona ex ſanguine eſt. an forte martyrū coronā ſignificat quia effuſio ſanguinis pro baptiſmo habet. Vidit anguis. ſerpēs ille qui erat callidus cūctis animātibus. Fellis ꝑuſti. i. incocti. & rettulit ad diaboli inuidiā. Aſtutia verſipelli. tractū ab arcadibꝰ qui traiecto flumine in lupos ſe transfigurabant. & rurſus ex lupis in hoīes. itaqꝫ ꝓpriis q̄ nūc hoc nūc illud faciūt dicūtqꝫ vt decipiāt. plautus in amphitryone verſipellem ſe facit qū lubet. Forma mortalis. i. hō. Ad breuē vſum. ꝑ quadraginta horaꝝ ſpaciū Inſueſceret. pro aſſuefaceret. aut pro impꝰſonali ponit. Mortuos ſepultos. i. pctōres q̄ in pctō erāt. Redire. ſubaudi ad vitā. Tūc patres. ad illud refertur qđ ſcribit euāgeliſta. Mat. cap̄. xxvij.

et multa corpa ſanctorũ qui dormierãt ſurrexerũt.&c. Ultimo cutis. q2 cute membra quodãmodo cõglutinãtur cõtinẽturqꝫ. Reſoluit occaſuꝫ.i.mortẽ

Turba matrũ. virginumqꝫ ſimplices puellulæ
Uoce cõcordes pudicis perſtrepãt cõcẽtibus
Fluminũ lapſus.& vndæ. littorum crepitudines
Imber. æſt⁹. nix. pruina. ſilua.& aura. nox. dies.
Omnibus te concelebrent ſeculorum ſeculis.

diſſipauit. Coelo.ſ.coelã.vt vergilius. It coelo clamorqꝫ virũ.clangorqꝫ tubarum. Dexter.i.ad dextram patris ſedens. Te ſenes.omnia ad dei laudes exhortatur.

Hymnus in exequijs mortuoꝝ.

Deus ignee fons animaꝝ. Carmen eſt monocolon anapeſticũ. parthemiacum.dimetrũ.catalecticũ. conſtãs tribus pedib⁹ & ſyllaba. recipit aũt in duabus primis ſedibus.anapeſtũ & ſpondeũ indifferẽter in tertia aũt ſemp anapeſtũ & ſyllabã. Canitur in exequijs mortuoꝝ et imprimis dicit hominẽ a deo cõpactũ ex anima celeſti & corpore caduco. ſed cũ in morte aĩa diſſoluitur a corpore: quodlibet illoꝝ ſuã repetit originẽ. deinde ſubiũgit multa de reſurrectione.& quod propter illã ſpem debemus mortuos ſepeliré & colere cineres illoꝝ. quod probat exemplo tobię. dicit preterea quod mortui ex ea cauſa nõ ſunt lugẽdi. Fons ignee ex opinione antiquoꝝ dicit qui deum et omnia coeleſtia ignea eſſe dixerſit.& ipm animũ ex natura ignis eſſe putauit Cicero in primo thuſculanarũ.& Uergili⁹.vi. eneid.cũ dixit igneus eſt ollis vigor & coeleſtis origo. Duo elementa.ſ. viuũ hoc

## Hymn⁹ in exequijs defunctoꝝ.

Deus ignee fons animarũ.
Duo qui ſocians elementa.
Uiuum ſimul. ac moribunduꝫ
Hominem pater effigiaſti.
Tua ſunt.tua rector vtraqꝫ.
Tibi copula iungitur horum.
Tibi dum vegetata cohærent
Spũs ſimul & caro viuit.
Reſciſſa ſed iſta ſeorſum.
Soluunt hominẽ perimuntqꝫ.
Humus excipit arida corpus.
Animæ rapit aura liquorẽ.
Quia cuncta creata neceſſe eſt
Labefacta ſeneſcere tandem.
Compactaqꝫ diſſociari.
Et diſſona texta retexi.

eſt animã igneã. Et moribundũ. ſ.corpus. vnde vergilius ibidem moribundaqꝫ mẽbra dixit. Utraqꝫ.corpus & anima.Tua ſunt.iure creationis. Copula.i.homo ex his duob⁹ copulatus. Spiritus & caro.vnde canit eccl'ia.regẽ cui omnia viuũt. Iſta.ſ.duo elementa. Liquorẽ animę.i.animã ex elemento liquido & puro conſtantẽ aura rapit in ſublime Et texta diſſona.ex contrarijs elemẽtis compoſita. Retexi.i.reſolui in ea ex quib⁹ texta ideſt compoſita ſunt.vt Ouidius.tela retexta dolo. Hanc tu deus. ſenſus eſt quod deus monſtrat nobis viam qua poſſimus reſurgere in vitam aeternam.nam impij nõ reſurgũt in iudicium vt vitam illam viuant: ſed potius reſurgent in mortem aeternã. Iter unito-

Hanc tu deus optime mortem
Famulis abolere paratus.
Iter inuiolabile monſtras.
Quo perdita mēbra reſurgant.
Ut dum generoſa caducis.
Ceu carcere clauſa ligantur:
Pars illa potentior extet.
Quę germē ab ęthere traxit.
Si terrea forte voluntas.
Luteū ſapit ⁊ graue captat.
Animus quoq; pōdere victus
Sequitur ſua mēbra deorſum.
At ſi generis memor ignis
Contagia nigra recuſet:
Uehit hoſpita viſcera ſecum.
Pariterq; reportat ad aſtra.
Nam quod requieſcere corpus
Uacuū ſine mente videmus.
Spacium breue reſtat. vt alti
Repetat collegia ſenſus.
Uenient cito ſecula. cum iam
Socius calor oſſa reuiſat.
Animataq; ſanguine viuo.
Habitacula priſtina geſtet.
Que pigra cadauera pridem
Tumulis putrefacta iacebāt:
Uolucres rapientur in auras
Animas comitata priores.
Hinc maxima cura ſepulchris
Impeditur. hinc reſolutos
Honor vltim⁹ accipit artus.
Et funeris ambitus ornat.
Candore nitentia claro

labile.i.incorruptū ⁊ rectum. Ut dum. haec eſt via quā dixit. vt ꝙ diu ſumus in hac vita mortali cogamus partē illam irrationalē quę luctatur aduerſus ſpiritū obtēperare rationi. quod eſt philoſophari hoc eſt animū a corpore ſeparare per cōtemplationē. Generoſa caducis.i.anima immortalis cum corpore mortali. Clauſa ceu carcere. ſecūdū platonis opinionē. atq; illud etiam ſignificat apoſtolus cum dicit miſer ego homo quis me liberabit a corpore mortis hui⁹. Pars illa.ſ.animus. Extet. emineat ⁊ dominetur parti illi appetitiuę. Si terrea. ſenſus: ꝙ ſi ratio ſequitur appetitū vincitur q; ab eo: vterq; deſcendet in gehennā ignis. Uoluntas terrea.i.appetitus irrationalis: qui corp⁹ ⁊ terrena ſapit. quę ponderoſa ſunt. Si ſapit luteū. nō obediens rationi. Et captat graue.i.ea que ſe habent ex parte carnis. Animus victus. a parte illa irrationali. Sequitur ſua membra. cum alio qui ex natura ſua quę eſt ignea tēdere debuerit in ſublime.
Ignis generis.i. a quo ducit genus vt ſupra diximus. Contagia nigra. ab effectu quę illum reddunt pice nigriorē. Uiſcera hoſpita.i.carnem cuius natura eſt deorſum tendere. quę in coelo hoſpes erit animus autem indigena. Spaciū breue. comparatione ęternitatis. Collegia alti ſenſus.i.ſocietatem animi qui altuſ ſentit: ⁊ profunde intelligit. Calor ſoci⁹. ideſt animus ad cuius pręſentiam in corpore ſequitur calor. Geſtet habitacula. ideſt corpus quod eſt ſuum domicilium.
In auras volucres.i.quas velociter penetrabit. Priores.i.quas prius habuerant. Hinc. ideſt propter reſurrectionis ſpem. Ultimus honor. vergilius. et cineri ingrato ſuprema ferebat munera. Funeris ambitus.i.funus ambitioſum. hoc eſt quod honoris cauſa paratur.

Lintea.velamina quibus mortui inuolunt̃ur.aut que ſuper iniſciuntur. Myrrha.martia .et olentem funera myrrhã.
Sabaeo.thureo. Data ſomno.vnde in ſacris litteris mortui dormire dicuntur. vt non eſt mortua puella ſed dormit et illud amicus noſter lazarꝰ dormit. Sopor gelidꝰ.mors. Frigida.ab effectu.Vergi. in.iiij.eñ.et cuz frigida mors.aia ſubduxerit artꝰ. Opus.benignũ.vnũ ex ſeptez operibus miſericordię. Prius. hoc eſt imprimis. quia opera miſericordie que pauperibus exhibentur:ſibi imputãdas chriſtus fatetur. Gemitũ dare ſub vna ſorte.i.in morte alicuius vt gemamus. Iuuenalis.molliſſima corda humano generi dare ſe natura fatet̃ que lachrymas dedit Natura imperio gemimus cũ funꝰ adulte virginis occurrit. Cognata nobis.i.eiuſdez ſpeciei quam omnes homines ex aequo participant. Sator tobię. Ex volumine ipſiꝰ Tobię.cap.ij.vbi hoc narratur. Pretulit quia relicto prãdio mortuum detulit in domũ vt ſub tempꝰ veſpertinum ſepeliret. Stantibus.vt i ferrent fercula pranſuro.Lumina neſcia ſolis.i.oculos excaecatos. Illita felle ex piſce.vt ſcribitur eiuſdem libri. cap.xi.
Mordax et amara.qualis eſt fel ex quo tobias viſum recepit.

Prætendere lintea moseſt.
Aſperſaqꝫ myrrha ſabaeo
Corpus medicamine ſeruat.
Quid nam ſibi ſaxa cauata?
Quid pulcra volũt mõumẽta:
Res quod niſi creditur illis
Non mortua ſed data ſõno?
Hoc prouida chriſti colarũ
Pietas ſtudet: vt pote credẽs
Fore protinus omnia viua.
Que nũc gelidꝰ ſopor vrget.
Qui iacta cadauera paſſim
Miſerans tegit aggere terrae:
Opus exhibet ille benignum
Chriſto prius omnipotenti.
Quia lex eadem monet omnes
Gemitũ dare ſorte ſubima:
Conataqꝫ funera nobis
Aliena in morte dolere.
Sancti ſator ille Tobiæ
Sacer ac venerabilis heros
Dapibus iam rite paratis
Ius prætulit exequiarum.
Iam ſtantibus ille miniſtris
Cyathos et fercula liquit.
Studioqꝫ accinctus humãdi
Fleto dedit oſſa ſepulchro.
Veniunt mox præmia coelo:
Pretiumqꝫ rependit ingens.
Nam lumina neſcia ſolis
Deus inlita felle ſerenat.
Iam tunc docuit pater orbis
Quam ſit rationis egenis
Mordax et amara medela

Cum lux animũ noua vexat.
Docuit quoqꝫ nõ prius vllum
Coelestia cernere regna.
Quã nocte ⁊ vulnere tristi
Tolerauerit aspera mundi.
Mors ipsa beatior inde est.
Quod per cruciamina leti
Via panditur ardua iustis.
Et ad astra doloribus itur.
Sic corpora mortificata
Redeunt melioribus annis.
Nec post obitum recalescens
Compago fatiscere nouit.
Hæc quæ mõ pallida tabo
Color albidus inficit ora:
Tunc flore venustior omni.
Sãguis cute tinguet amoena.
Jam nulla deinde senectus
Frontis decus inuida carpet.
Macies neqꝫ sicca lacertos
Succo tenuabit adeso.
Morbus quoqꝫ pestifer artus.
Qui nũc populatur anhelos
Sua nunc tormenta resudans
Lucet inter vincula mille.
Hunc eminus aere ab alto
Victrix caro iamqꝫ perennis
Cernet sine fine gementẽ
Quos mouerat ipse dolores
Quid turba superstes inepta.
Clangens vlulamina miscet:
Cur tam bene condita iura:
Luctu dolor arguit amens:
Jam moesta quiesce querela.

Lux noua. quę nõ potest acipi nisi ex amaritudine. Coelestia regna. vbi est illa lux inaccessibilis. Nocte ⁊ vulnere idest ex tenebris vulnere factis. sicut tobias ex stercore hirundinis caecatus. Astra itur doloribꝰ. vergilius. disce puer ex me virtutẽ verosqꝫ labores: quia sic itur ad astra. Redeũt melioribꝰ annis idest in aetatẽ plenitudinis christi vt ait apostolus. Fatiscere. quia post resurrectionem non erit alia mors. Color albidus. qui sequitur cadauera. Sanguis venustior. pulchrior. Tinguet. colorabit. vnde dicti tinctores. Cute amoena idest quę infectio faciet cutẽ hylarem. Senectus inuida. i. que nobis inuidẽs cito venit. vnde gallus aemula quid cessas finem properare senectus. Decus frontis. i. pulchritudinẽ faciei. Macies sicca. sicut econtrario corpulentia succi plena. Succo adeso. i. consumpto ab adedendo. Morbꝰ pestifer. quasi de deo morborum pręside dicit. de quibus vergilius in sexto. pallentesqꝫ habitant morbi tristisqꝫ senectus. Resudans sua tormenta. i. qui nos torquet ⁊ sudare cogit Lucet inter vincula. i. regnat inter nos impediens operationes membrorum. Caro victrix. i. corpora nostra iam glorificata ⁊ voti sui cõpos. aut quę vicit mundum. Gementẽ. quasi deum vt dixi more poetico illum fingit. Quid turba. inuehitur in eos qui mortuos lugent: quoniam videntur de resurrectione desperare. Clangens. clamitans. aut ad tubarum clangorem rettulit: quibus in funeribus vtebantur. vergilius. insequitur clamorqꝫ virum clangorqꝫ tubarum.

Condita iura. idest leges adeo ⁊ natura bene ⁊ iuste latas.

Sua pignora.ſuos filios. Reparatio vitę.quia per hanc mortē itur ad illam vitam. Sic ſemina ſicca. Joannis cap.xij.niſi granum frumenti cadens in terrā mortuū fuerit. Meditantur.an imitantur immo vero referunt. Nunc ſuſcipe.terrā alloquitur quaſi defuncti matrem. Membra nominis. idest partem minimā totius:que retinet tantum nomē vt dicatur hic eſt ſepultus antonius aut ioānes. Sequeſtro.ideſt ad tempus depono. Fragmina.i.fruſta ꝛ partē. Generoſa. quia fuit vt ſtatim dicet habitaculū animę. Ab ore factoris. qui ſpirauit in hominē ſpiraculū vitę. Sapientia feruens. quia ſapuit ꝛ viguit.vnde ꝛ illa dicuntur feruere que frequentantur.vt vergilius p̄mo eneid. feruet opus. ſicut econtrario frigere quę torpeſcunt. In iſtis.ſubaudi membris.

Principe chriſto.qui fuit chriſtianus et in baptiſmate accepit ſalem ſapientię. Tu.o terra. Tege depoſitum. quod ſumma fide reddendum eſt. Ille fictor ideſt deus hominis plaſmator. nam fictor dicitur qui ex luto format fictilia. Requiret ſua munera. ideſt ſuum opus in die reſurrectionis omniuꝫ hominū. Et aenigmata proprij vultus.i. figuraꝫ ad imaginē ſuam factam. quid ſi legas ſcemata. Tempora iuſta.quę pater poſuit in poteſtate ſua. Impleat omnem ſpem.i.reſurrectionē quā ſperamus ꝛ expectamus vt in ſymbolo canimus. Patefacta.i.tu o terra aperta. Qualē trado.ideſt non ſolum quantum ad corporiſ lineamenta ſed etiam quantum ad qualitates:modo non ſint ad imperfectionē

Non ſi.ſenſus eſt: ꝙ etiam ſi homo dilapſus fuerit in cineres ꝛ cinis ipſe diſſipatur nō tamē neq; capitis capillus ex eo peribit vt ſcribitur. Fauillis.i.fauillas. Ciniſculus arens.quod proprium cineris eſt:vnde ꝛ plurimū humoris bibit.vergilius.vi.eneid. poſtquā collapſi cineres ꝛ flāma quieuit reliquias vino ꝛ bibulam lauere fauillā. Menſura pugilli.i.quē poſſit capere pugillus. Vaga flamina.i.venti.

Lacrymas ſuſpēdite matres.
Nullus ſua pignora plangat
Mors hæc reparatio vitæ eſt.
Sic ſemina ſicca vireſcunt.
Jam mortua.iamq; ſepulta.
Quæ reddita ceſpite ab imo
Veteres meditantur ariſtas.
Nunc ſuſcipe terra fouendum.
Gremioq; hunc concipe molli
Nois tibi mēbra ſequeſtro
Generoſa ꝛ fragmina credo.
Animæ fuit hæc domus olim
Factoris ab ore creatæ
Feruens habitauit in iſtis
Sapientia principe Chriſto.
Tu depoſitum tege corpus
Non immemor ille requiret
Sua munera fictor ꝛ auctor
Proprijq; enigmata vultus.
Veniant modo tempora iuſta
Cum ſpem deus impleat oēm
Reddat patefacta neceſſe eſt
Qualem tibi trado figurā.
Non ſi carioſa vetuſtas
Diſſoluerit oſſa fauillis.
Fueritq; ciniſculus arens.
Minimi menſura pugilli.
Nec ſi vaga flamina. ꝛ auræ
Vacuum per inane volantes
Tulerit cum puluere neruos.
Hominem periſſe licebit.

Sed dum reſolubile corpus
Reuocas deus.atqꝫ reformas
Qua nam regione iubebis.
Animam requieſcere puraꝫ?
Gremio ſenis abdita ſancti
Recubabit vt eſt Eleazar
Quē floribus vndiqꝫ ſeptum
Diues procul aſpicit ardens.
Sequimur tua dicta redēptor:
Quibus atra morte triūphans
Tua per veſtigia mandas
Socium crucis ire latronē.
Patet ecce fidelibus ampli
Via lucida iam paradiſi:
Licet ⁊ nemus illud adire
Homini qđ ademerat anguis.
Illud precor optime ductor
Famulam tibi precipe mentē
Genitali in ſede ſacrari.
Quā liquerat exul ⁊ errans.
Nos tecta fouebimus oſſa
Violis ⁊ fronde frequenti.
Titulumqꝫ ⁊ frigida ſaxa
Liquido ſpargemus odore.

Sed dum.ideſt inter diem mortis ⁊ diē iudicij. Animā puram.peccatis nō inquinatam. Gremio ſancti ſenis.i.in ſinu abraam. Ubi eſt eleazar.ideſt lazarus de quo in euāgelio.et eleazar nomen eſt integrum a quo eſt abſciſus lazarus.

Floribus ſeptum. alludit ad paradiſi hoc eſt horti nomen. Diues.qui induebatur purpura ⁊ byſſo. Morte atra.i. de morte. Sociuꝫ crucis: ideſt qui etiā in cruce paſſus eſt tecum:cum illi dixiſti Hodie mecum eris in paradiſo. Patet ecce.ex eo tempore. Illud precor.quid ſi legas illic precor. In ſede genitali.i. vnde duxit originem. Exul.propter peccatum inde pulſa. Nos.vini.ſ.colemus oſſa defunctorum. Violis.quod hodie faciunt mahumetis ſectatores.

## Hymnus octauo kalendas Januarij.

QUid eſt quod arctũ. Carmen eſt quale illud ales diei nuncius. cantur in die natalis chriſti in quo multa de vtraqꝫ illius generatione hoc eſt aeterna et temporali ⁊ de ijs que contigerunt circa chriſti natalẽ: quez dicit tandem eſſe venturum iudicem bonorum ⁊ malorum. Nam de vtroqꝫ eius aduentu eccleſia facit mentionẽ eo tempore. atqꝫ addit etiã de cotidiano aduẽtu per gratiã. Quid eſt. phantaſia eſt poetae qui fingit ſe mirari qd illud eſt qd dies qui ante illud tẽpus decreſcebãt naſcent chriſto incipiũt creſcere: vt poſſit cõmodiſſime aptari qd de illo Joannes dixit oportet illũ creſcere me autem minui. nã Joannes natus eſt ſole peragrante cancri principiũ quo die incipiũt dies decreſcere chriſtũ vero ſatis cõſtat natũ ſole intrãte primũ pũctũ capricorni quo die icipies dies creſcere Arctũ circulũ. i. tropicũ capricorni quẽ ſole deſcribẽte relinqt ſupra horizõtẽ minimã portionẽ. vñ dies ẽ breuis. de quo Verg. i. eñ quid cantũ oceano properent ſe tingere ſoles hiberni. Sol recurrens. i. retro et verſus nos currens cũ antea procurriſſet a nobis. Deſerit ſubaudi arctũ circuluz Tramitẽ lucis. i. facit dies lõgiores. et ĩcipit in dies minuere tenebras noctis. Feſtiã dies. i. q̃ breuis erat tã ⁊ pperabat ad occaſuz. q. d. oia tã ppe erant tenebris inuoluta cũ natus eſt chriſtꝰ. Gratiã fugacem. i. diem ab effectu gratioſa omnia faciens qui tunc breuis erat. Et reciſa. ſ. dies diminuta luce. quã pene Extinxerat facẽ. i. lucẽ. Subductam ſenſim. i. ſubtractam paulatim. Jubar. i. ſol. aut lucifer. Vergilius. it portis iubare exorto delecta iuuentus. Scandit priores lineas. i. circulos ſiue paralellos contrariores breuioreſqꝫ. Puſio. puer naſcere.

Mater caſtitas. per emphaſim hoc non ſolum caſta ſed ipſa caſtitas. Parens et ipſe. ſubaudi qui eſt filius eſt pater matris. Nam quod legitur parens et chriſtus coniugis: nõ poteſt verſus ſtare. coniugis vero, p aeternus cum patre. a con ⁊ iugis iuge compoſitum

Mediator dei. ſ. et hominis qui graece dicitur meſotes. Et duplex genus. i. ex duplici natura cõſtãs. ſ. humana ⁊ diuina. Ex ore. ſignatius ſupra ex corde verbũ fuiſſe genitũ dixit: quã nũc ex ore. ſed hae tranſlationes in diuinis recipiunt. Et verbo editus. imo verbum editũ: vt ſupra dixit verbigena. In pectore. i. in corde ſicut ſupra.

## Hymnus octauo Kalendas ianuarias.

QUid eſt qd artũ circulum
Sol iam recurrẽs deſerit:
Chriſtus ne terris naſcitur:
Qui lucis auget tramitem:
Heu quam fugacem gratiam
Feſtina voluebat dies.
Quã pene ſubductã facẽ
Sẽſim reciſa extinxerat.
Coelum niteſcat lætius.
Gratetur et gaudẽs humus.
Scandit gradatim denuo
Jubar priores lineas.
Emerge dulcis puſio:
Quem mater edit caſtitas.
Parens et ipſe coniugis.
Mediator et duplex genus.
Ex ore quamlibet patris
Sis ortus ⁊ verbo editus:
Tamen paterno in pectore

Sophia callebas prius.
Quæ prōpta coelū condidit
Coelum diemqꝫ et cætera.
Uirtute verbi effecta ſunt
Hæc cuncta. nam verbū deus.
Sed ordinatis ſeculis
Rerumqꝫ digeſto ſtatu
Fundatur ipſe: et artifex
Permanſit in patris ſinu.
Donec rotata annalium
Tranſuoluerentur millia.
Atqꝫ ipſe peccantem diu
Dignatus orbem viſeret.
Nam cæca vis mortalium
Uenerans inanes venias
Uel aera vel ſaxa algida
Uel ligna credebat deum.
Hæc dum ſequuntur: perfidi
Predonis in ius venerant
Et mancipatam fumido
Uitā barathro immerſerant.
Stragem ſed iſtam non tulit
Chriſtus cadentum gentium
Impune: ne forſan ſui
Patris periret fabrica.
Mortale corpus induit:
Ut excitato corpore
Mortis catenam frangeret:
Hominemqꝫ portaret patri.
Hic ille natalis dies:
Quod te creator arduus
Spirauit: et limo indidit
Sermone carnē glutinans.
Sentis ne virgo nobilis

Sophia. ſapientia: et producit penultimā cum ſit breuis. Callebas. i. eras ſapiens. nam illud eſt callere. Quae. ſ. ſophia. Prompta. i. ex corde patris edita. Condidit. quia per illum pater omnia condidit. Iuxta illud Pſal. xxij. verbo domini coeli firmati ſunt. Uerbum deus. Ioannes. pri. et deus erat verbū. Ordinatis ſeculis. i. mundi ſeries ex qua dependent ſecula. Digeſto. i. rebus in ſuo loco diſpoſitis. Fundatur ipſe. ſ. rerū ſtatus. Artifex. ſ. patris verbū eiuſdēqꝫ filius. In ſinu. vt ſupra in corde ſiue in pectore. hoc eſt in patre. Iuxta illud. neſcis quod ego in patre et pater in me eſt. Annualium. pro annorū cum ſint annales hiſtorię per annos ſingulos digeſtę. Nā cęca. haec cauſa eſt cur venit quia ignorabant mortales verū dei cultū. Naenias. i. res inanes quales ſunt nenię muliercularum. Aera. ſtatuas aereas. In ius. in poteſtatem. Lucanus. iuſqꝫ datū ſceleri
Mancipatam. obnoxiā et ſubiectā. Impune. quia vltus eſt vicem humanā ſpoliando inferos et vindicando nos a poteſtate diaboli. Fabrica patris. homo factus ad illius imaginem. Excitato corpore. i. aſcito et aſſumpto. Hic ille natalis chriſtum alloquitur dicēs. hic eſt ille natalis dies: in quo pater. Arduus creator. i. ſummus pater. Spirauit te. progenuit te. nam filius generat ſpiritus ſanctus ſpiratur. Et indidit limo. i. immiſit in carnem humanā. ex limo compactā. Glutinans carnem ſermone. i. hominem verbo coniungens. ſed illud non eſt factum die in quo natus eſt: ſed in inſtanti conceptiōis autor tn̄ alludit ad illud pſalmi ſecundi. dominus dixit ad me filius meus es tu et ego hodie genui te.

Per faſtidia. non quod virgini contigerint faſtidia: quę pregnātibus ſolent: de quibus dixit Vergili⁹ in bucolicis matris longa decem tulerant faſtidia mēſes ſed loquitur ex more aliorū foeminarum. ſicut quod dicit Enixa eſt puerpera. et alibi enixa puerpera regē nō qđ in partu fuerit ille nixus cū dolorib⁹ qui aliis foeminis contingit: ſed quod ſalua integritate peperit quemadmodū et caeterę mulieres. Decus pudoris. i. virginitatis intactę. Creſcere honore partus. i. chriſti nati. q. d. non ſolum virginitas permanſit eadem q̄ prius ſedettiā aucta eſt honore qm̄ virgo et mater. Quāta gaudia. ſ. non ſolum matris ſed omnium. mortaliū. Nouellū ſaeculū. q2 oīa renouata ſunt iuxta illud Eſaye. xliij. ecce ego noua facio omnia. et nunc orientur et Vergili⁹ in bucolicis toto ſurget gens aurea mundo. Vagitus ille. ſ. qui in reliquis mortalibus eſt auſpiciū futurae calamitatis. in chriſto fuit exordium orbis vernantis. i. renaſcentis. Plinius libro. vij. in principio. Nam illud ſignificat vernare. qm̄ flos aetatis veri aſſimulatur. vnde ſubdit mundus depulit veternū pro vetuſtatē. alioqui veternus eſt torpor qui contingit hydrope laborantibus vnde Vergi. li. pri. geor. nec torpore graui paſſus ſua regna veterno. Floribus. aemulatio eſt vergiliana in bucolicis. at tibi pria puer nullo munuſcula cultu florentes hederas paſſ. in cū baccare tellus primaqꝫ ridenti colocaſia fundet ac antho. ⁊ infra ipſa tibi blandos fundent cunabula flores. Syrtium harenas. ſyrtes in aphrica loca ab ipſa natura vt ait Lucanus. li. ix. ad ſterilitatem dānata tunc factę ſunt fertiles. Fragraſſe. i. odorem ſpiraſſe: vt Vergili⁹. redolentqꝫ thymo fragrantia mella. Senſere. quia mollita ſūt et rigorem depoſuerunt. Obduxit herbam cotibus. i. texit cotes herbis. Vergi. in bucolicis. obducat paſcua iunco. ſudās amomū ad illud vergilij reſpicit. aſſyriū vulgo naſcetur amomū. Myricis ⁊ hoc ad illud pinguia corticibus ſudent electra myricis Mutis et ipſis credita. quia etiā ipſa animalia muta crediderūt in preſepibus illis iacere chriſtū deū ⁊ hoiē vnde ſubdit. Adorat haec. ⁊c.

Natura per faſtidia
Pudoris intactum decus
Honore partus creſcere?
O quanta rerum gaudia.
Aluus pudica continet:
Ex qua nouellum ſeculum
Procedit et lux aurea.
Vagitus ille exordium
Vernantis orbis prodidit.
Nam tunc renatus ſordidum
Mundus veternum depulit.
Sparſiſſe tellurem reor
Rus omne denſis floribus:
Ipſaſqꝫ harenas Syrtium
Fragraſſe nardo et nectare.
Te cuncta naſcentem puer
Senſura dura et barbara.
Victuſqꝫ ſaxorum rigor
Obduxit herbam cotibus.
Iam mella de ſcopulis fluunt.
Iam ſtillat ilex arido
Sudans amomum in ſtipite.
Iam ſunt miricis balſama.
O ſancta praeſepis tui
Aeterne rex cunabula:
Populiſqꝫ per ſeculum ſacra:
Mutis et ipſis credita.
Adorat hec brutum pecus
Indocta turba ſcilicet

Adorat excors natio:
Uis cuius in paſtu ſita eſt.
Sed cum fideli ſpiritu
Concurrat ad præſapia
Pagana gens et quadrupes:
Sapiatq; :quod brutū fuit:
Negat patrum proſepia
Peroſa præſentem deum.
Credas venenis ebriam
Furijs ve lymphatam rapi.
Quid prona per ſcelus ruis?
Agnoſce ſi quicquam tibi
Mentis reſedit integræ
Ducem tuorum principum.
Hūc quē latebræ ⁊ obſtetrix
Et virgo foeta et cunulæ
Et imbecilla infantia
Regem dederunt gentibus:
Peccator intueberis
Celſum coruſcit nubibus
Deiectus ipſe et irritis
Plangens reatum fletibus.
Cum vaſta ſignum buccina
Terris cremandis miſerit.
Et ſciſſus axis cardinem
Mundi ruentis ſoluerit.
Inſignis ipſe ⁊ preminens
Meritis rependet congrua
His lucis vſum perpetis:
Illis gehēnam ⁊ tartarum.
Iudæa tunc fulmen crucis
Experta quid ſit ſenties.
Quem te furoris præſule
Mors hauſit et mox reddidit.

quod aūt dr̄ bouē et aſinū fuiſſe in præſe-
pi allegatos: nō dicit euāgeliſta. ſed ſum-
ptū eſt ex eo qđ ſcribit Lucę. cap. ij. ꝙ ma
ter reclinauit īfantē recēs natū ī præſepio
et ex eo qđ legit Eſaie. i. cognouit bos poſ
ſeſſorē ſuū et aſin⁹ præſepe dn̄i ſui. Excors
natio. quę ꝑ aſinū itelligit et bouē In pa
ſtu. q2 nihil habēt ratiōis ſ3 cauſa vētris
mouent. Sed cū. ſenſus eſt qđ pagani
hoc ē magi q̄ erāt perſe venerūt adoraturi
xp̄z. et q̄drupedes etiā cognouerūt poſſeſ-
ſorē ſuū. Sed ꝓſapia patrū. i. poſteritas
patriarcharū. Peroſa deū preſentē q2 in
bethleē nat⁹ eſt. q. d. ī media iudea. Ebriā
venenis. i. q̄ſi venefitio mentē alienatā3
habere. Lymphatā. i. furioſā tractū a ca
nibus rabie percitis: q̄ limphā. i. aquā fu
giunt vnde a græcis hydrophobi vocan-
tur. i. aquam timentes. Reſedit. i. reman
ſit. hoc eſt ſi tota non abijſti in inſaniam
Ducem principum. ex eo quod ſupra di
xit ex auctoritate prophetę Mathei. v. ex
te inquit exiet dux qui regat populū meū
iſrael. Obſtetrix. atqui nulla legitur ob-
ſtetrix interfuiſſe in ortu chriſti: ſed ipſa
virgo ſibi ipſi obſtetricata eſt. Gentib⁹.
aut peculiariter gentib⁹ aut cunctis.
Fletibus irritis. i. nihil proficientibus.
Buccina. vt apoſtolus dicit pri. cor. xv.
omnes quidem reſurgemus in momen-
to in ictu oculi. in nouiſſima tuba. et pri.
theſ. iiij. Ipſe dn̄s in tuba dei deſcendet de
cœlo. Sciſſus axis. nō quod mūdus ſol-
uend⁹ eſt ſed quod in aliā formā mutan-
d⁹. Meritis. bonis aut malis. nā demeri
tū latine nō dr̄. ꝓ eo qđ opponit bene meri
to. Sēties nō ſimpliciter ſ3 cū magno do-
lore. Quē. i. xp̄z. Mors hauſit ⁊ reddidit
q2 de eo dixit ꝓpheta ero mors tua o mors
morſus tuus inferne. ⁊ illō quod Eccleſia
canit. qui mortē noſtrā moriēdo deſtru-
xit ⁊c. Te præſule furoris. ſub. o iudea
quę per furorē chriſtū crucifixiſti.

Hymnus in epiphania dn̄i.

QUicunqꝫ chriſtum. Carmen eſt quale illud ales diei ⁊ ſuperior. Canendū eſt in feſto epiphanię. Multa in laudē ſtellę dicit: ex qua magi cognouere chriſtum eſſe natum et qua duce vt illū adorarēt in bethleem venerūt: quē locū laudibus effert: quod fuerit chriſti genitale ſolum. deinde infantium occiſionē proſequitur. Et chriſtū in moſe dicit fuiſſe figuratū ponitqꝫ vtriuſqꝫ multas conuenientias. Et tandē oēs ad chriſti laudes hortatur indifferēter. Queritis ſicut magi quęrebant. Signū .ſ. ſtellā. Glorię perennis .i. xpi: qui eſt gloria patris. Rotam ſolis ideſt currum. Secuta lunā .i. curſum noctis cui luna pręeſt. nam ad hoc creata eſt vt pręeſſet nocti. et quēadmodū luna ſequitur ſolem. ita ⁊ illam ſtellę. Arctoa ſydera .i. duę arcti hoc eſt maior ⁊ minor. Motibus retortis. quia rotātur circa polum mundi. Obire nolint .i. occidere. vnde ⁊ obitus ſtellarū ſepe pro occaſu illarum ponitur. ſtellę aūt ille ſiue cōſtellationes nunquā occidūt nobis. ſed quāuis nō occidant tamē per diē nō videntur ſubtrahente illa ſolis luce. ⁊ per noctem aliquādo nō apparent quia ſubducuntur nubibus. ſtella aūt chriſti index et per diē ⁊ per noctē ſemper lucebat. Aeternum. nomē pro aduerbio. ſed hic nō proprie ponitur ſed pro perpetuo dū ea fuit opus. nā poſtea in ea eſt reſoluta ex quibus fuit cōpoſita elementis nunquā mergitur ſicut alię ſtellę. Obductā facē .i. ſplendorē. Triſtis cometa. qui a triſti aliqd ſemꝑ minatur cū apparet. Intercidat .i. pereat ſiue cedat. Sirio vapore. ſirius ſtella eſt in ore canis peſtilens. de qua vergilius .iij. eneidos. tūc ſteriles exurere ſirius agros. Sub luce dei .i. ſtella q̄ deū natū demonſtrat. Magi perſici. nā magi ⁊ nomē eſt patrię ⁊ nomē ꝓfeſſionis. ſūt enī magi ꝑſarum

## Hymnus epiphanię.

QUicunqꝫ Chriſtū queritis:
Oculos in altum tollite.
Illic licebit viſere
Signum perennis glorię.
Hęc ſtella quę ſolis rotam
Uincit decore ac lumine:
Ueniſſe terris nuntiat
Cum carne terreſtri deum.
Non illa ſeruit noctibus
Secuta lunam menſtruam:
Sed ſola coelum poſſidens
Curſum dierum temperat.
Arctoa quamuis ſydera
In ſe retortis motibus
Obire nolint: attamen
Plerumqꝫ ſub nymbis latent.
Hoc ſydus ęternum manet.
Hęc ſtella nunquā mergitur.
Nec nubis occurſu abdita
Obumbrat obductam facem.
Triſtis cometa intercidat.
Et ſi quod aſtrum ſirio
Feruet vapore. iam dei
Sub luce deſtructum cadat.
En Perſici ex orbis ſinu
Sol vnde ſumit ianuam
Cernunt periti interpretes
Regale vexillum magi.

Quod vt refulſit: cæteri
Ceſſere ſignorum globi.
Nec pulcher eſt auſus ſuam
Conferre formam lucifer.
Quis iſte tantus inquiunt
Regnator aſtris imperans:
Quem ſic tremunt coeleſtia:
Cui lux et aethra inſeruiunt?
Inluſtre quiddam cernimus:
Quod neſciat finem pati.
Sublime. celſum. interminuz.
Antiquius coelo et chao.
Hic ille rex eſt gentium
Populi quæ rex iudaici
Promiſſus abraæ patri:
Eiuſq; in æuum ſemini.
Aequanda nam ſtellis ſua
Cognouit olim germina
Primus ſator credentium
Nati immolator vnici.
Iam flos ſubdit dauidicus
Radice ieſſe editus
Septriq; per virgam virens
Rerum cacumen occupat.
Exin ſequuntur perciti
Fixis in altum vultibus:
Qua ſtella ſulcum traxerat.
Claramq; ſignabat viam.
Sed verticem pueri ſupra
Signum pependit immĩnēs.
Pronaq; ſubmiſſum face
Caput ſacratum prodidit.
Videre quod poſtq̄ magi:
Eoa promunt munera.

populi arti magicę deditiſſimi. Vexil-
lum ſignum quaſi vex illum. Caeteri
globi. quia vt mathematici probant ſtel
lę globoſę ſiuę ſphericę ſunt. Lucifer pul
cher. quem vt Vergilius inquit venus
ante alios aſtrorum diligit ignes. et Ari
ſtoteles. v. ethicorum. Neq; lucifer neq;
heſperus ita admirabilis vt eſt iuſticia.
quā iri pulcherrimę comparat. Lux et
aethra. idem prope ſignificant. nā aethra
ſplendor aetheris eſt. Vergilius. iij. enei.
et lucidus æthra ſyderea polus. Cerni-
mus illuſtre. i. ſtellam quę deſignat deū
immortalē. Et chao. ex quo Anaxago-
ras dixit deum cuncta creaſſe. Eius ſemi
ni. i. poſteritati. cuz dixit illi deus in ſemi-
ne tuo benedicētur omnes gentes. Sua
gemina. i. ſuos nepotes. Aequanda ſtel
lis ex Geneſi. ca. xv. ſuſpice coelum et nu-
mera ſtellas ſi potes. ſic erit ſemen tuum
&c. Primus ſator credentium. i. qui pri
mus deo credidit. Radice ieſſae. ex eo
quod ſcribitur Eſaie. cap. xi. Egredietur
virga de radice ieſſę. Stella ſulcum tra
xerat. Vergilius. ij. enei. tum longo limi
te ſulcus dat lucem. Signum. i. ſtella.
Prona face. i. ſplēdore ſtelle ſub miſſo.
Prodidit oſtendit.

Aurum regium.i.coronarium et quod regibus offertur. Indolem trinā.i.tria insignia futurę virtutis tuę.nam signuz eſt indoles futurę probitatis. nam chriſtus homo deus rex et mortalis erat.

Maior magnarum vrbium.i.maxima. vt ſit comparatiuū pro ſuperlatiuo.ex eo quod ſcribitur Michęę.v. et citatur ab euangeliſta.Math. cap. ij. tu bethleem ephrata paruulus es in milib' iuda. ex te mihi egredietur qui ſit dn̄ator in iſrael

Incorporatum coelitus.i. humanatuz vt dicunt graeci a ſpiritu ſancto. Te altrice.te procreante. Hunc et prophetis. ordo eſt. Teſtator.i.de' pater.q̄ teſtimonium filio perhibuit.d. hic eſt filius me' dilectus.ꝛc. Et ſator.i. genitor. Iubet hunc.i.chriſtum. Adire regnum. iuxta illud Mat.vlti.mihi data eſt omnis poteſtas in coelo et in terra. Et cernere.i.diſcernere et iudicare. ex eo quod ſcribitur Joh.v.pater omne iudicium dedit filio.

Prophetis teſtibus et ſignatoribus. ad illud alludit quod teſtes qui adhibebantur teſtamento ſignabant illud. Iuuenalis me prior ille ſignabit. Dia.aerea vnde et ſub dio et ſub ioue dicimus aliq̄d fieri.i.ſub aere vel ſub coelo et non ſub tecto. Ad exitū.i. occaſū qua parte ſol exit a nobis hoc eſt a noſtro hemiſpherio.

Tartara et coelum. nam eo vſq; regnū chriſti penetrat dicente apoſtolo ad philipēſ.ca. ij. vt in nomine ieſu omne genu flectatur coeleſtium terreſtrium et infernorum. Nomen iſrael.i. populū iudaicum ꝛ diximus ex Michea ex te mihi egredietur qui ſit dominator in iſrael.

Straticq; votis offerunt
  Tus myrrhā et aurū regiū.
Agnoſce clara inſignia
  Virtutis ac regni tui
  Puer o cui trinam pater
  Prædeſtinauit indolem.
Regem deumq; adnunciant
  Theſaurus.ꝛ flagrans odor
  Turis ſabæi.ac myrrheus
  Puluis ſepulchrū prædocet.
Hoc eſt ſepulchrū quo deus
  Dum corpus extingui ſinit:
  Atq; id ſepultum ſuſcitat
  Mortis refregit carcerem.
O ſola magnarum vrbium
  Maior bethlem:cui contigit
  Ducem ſalutis coelitus
  Incorporatum gignere.
Altrice te ſummo patri
  Hæres creatur vnicus
  Homo ex tonantis ſpiritu:
  Idemq; ſub mēbris deus.
Hunc et prophetis teſtibus
  Iiſdemq; ſignatoribus
  Teſtator et ſator iubet
  Adire regnum ꝛ cernere.
Regnū quod ambit omnia
  Dia et marina et terrea
  A ſolis ortu ad exitum
  Et tartara et coelum ſupra.
Audit tyrannus anxius
  Adeſſe regum principem:
  Qui nomen iſrael regat:
  Teneatq; dauid regiam.

Exclamat amens nuncio
Succeſſor inſtat. pellimur.
Satelles in ferrum rape.
Perfunde cunas ſanguine.
Mas omnis infans occidat.
Scrutare nutricum ſinus:
Interqꝫ materna vbera
Enſem cruentet puſio.
Suſpecta per bethleem mihi
Puerperarum eſt omnium
Fraus: nequa furti ſubtrahat
Prolem virilis indolis.
Tranſfigit ergo carnifex
Mucrone diſtricto furens
Effuſa nuper corpora:
Animaſqꝫ rimatur nouas.
Locum minutis artubus
Vix interemptor inuenit.
Quo plaga deſcendat patens.
Iuguloqꝫ maior pugio eſt.
O barbarum ſpectaculum.
Inliſa ceruix cautibus
Spargit cerebrum lacteum:
Oculoſqꝫ per vulnus vomit.
Aut in profundum palpitans
Merſatur infans gurgitem.
Cui ſubter arctis faucibus.
Singultat vnda et halitus.
Saluete flores martyrum:
Quos lucis ipſo in limine
Chriſti inſecutor ſuſtulit
Ceu turbo naſcentes roſas.
Vos prima chriſti victima
Grex immolatorum tener

Amens herodes prorumpit in exclamationem dicens ego nuncio vobis o iudęi. Succeſſor. in regno. Pellimur. ſ. ex regno. Puſio. puer et ſunt caſus ſingulares pro pluralibus figurata vſitata etiaꝫ in ſacris litteris. vt Exo. viij. venit muſca grauiſſima in domos. Per bethleem. vnde chriſtus erat oriturus. q. d. ⁊ ſi in bethleem natus eſt quem ego timeo mihi ſucceſſurum tutius tamen eſt vt omnes pueri abimatu et infra pereant. Diſtricto mucrone. i. euaginato enſe. Nuper effuſa. i. paulo ante parta. Rimatur. i. quaſi per rimas eruit et extrahit. Animas nouas. i. nuper in corpora infuſas. Minutis artubus. qui adeo erant parui vt vix eſſet locus vulneri. Iugulo. i. parte colli anteriori qua erat iugulandus O barbarum. i. o crudele ſpectaculum. Cerebrum lacteum. i. lactantiuꝫ infantium. Vomit. oculos. i. reiectat. Arctis faucibus. per quas ſpiramus et reſpiramus. Vnda et halitus ſingultat. quia loco halitus ſuccedebat aqua ex quo neceſſe erat ſingultus fieri. Flores martyrum. i. primicię. in limine lucis. i. introitu vitę. Vergi. li. vi. continuo audite voces vagitus et ingens infantumqꝫ animę flētes in limine primo. ⁊c. Turbo tempeſtas.

pugio brevior gladio. puñall. la punta del puñall e del gavinet era major que la gola.

Palma ⁊ coronis. quibꝰ victores do-
nabantur. Inter coęui. ordo eſt. ſolus
partus virginis integer fefellit ferrum.
ideſt fruſtratus eſt. Inter fluenta. ideſt
fluxus ſanguinis. coeui. i. eiuſdem aeta
tis. Sic ſtulta. hoc figuratum fuiſſe di
cit in moſe qui vt ſcribitur exhodi cap. ij
a filia pharaonis educatus eſt: cum rex
precepiſſet quicquid maſculini ſexus na
tum eſſet in flumen proijci. Moſes re-
ceptoꝛ. ideſt aſſertoꝛ ſiue recuperatoꝛ ex
aegyptia ſeruitute. Mens obſtetricis.
aut mater moſes quę pariens ſibiipſi ob
ſtetricata eſt. aut alicuius obſtetricisquę
noluit prodere pharaoni ortum pueri.
vt exhodi capitulo primo legitur. Mēs
obſtetricis ſedulę. ideſt obſtetrix ſedulę
mentis. Cōtumax in tyrannum. ideſt
non obediens illi quod fuit pietatis opꝰ
Ad ſpem glorię potentis. ideſt qui ſer-
uabatur vt per illum fierent dei mirabi
lia. Sacerdotem. qui res diuinas tra-
ctaret ⁊ per quem populo legem daret.
alioqui aaron peculiaris erat dei ſacer-
dos. Cęſo aegyptio. de quo exhodi cap.
ſecundo. vidit inquit moſes virum aegy
ptium percutientem quendā de hebreis
fratribus ſuis quem percuſſum abſcon-
dit in ſabulo. Abſoluit iugo. ideſt expe
diuit ex aegyptia ſeruitute. Poſte ſau
cio. ideſt diabolo victo.

Aram ante ipſam ſimplices
Palma ⁊ coronis luditis.
Quid proficit tantum nefas?
Quid crimē Herodem iuuat?
Unus tot inter funera
Impune Chriſtus tollitur.
Inter coęui ſanguinis
Fluenta ſolus integer
Ferrū. quod orbabat nurus
Partus fefellit virginis.
Sic ſtulta Pharaonis mali
Edicta quondam fugerat
Chriſti figuram præferens
Moſes receptoꝛ ciuium.
Cautum ⁊ ſtatutum iuſſerat:
Quo non liceret matribus
Cum pondus alui abſolueret:
Puerile pignus tollere.
Mens obſtetricis ſedulæ
Pie in tyrannum cōtumax
Ad ſpem potentis gloriæ
Furata ſeruat paruulum.
Quem mox ſacerdotem ſibi
Aſſumpſit orbis conditoꝛ:
Per quem notatam ſaxeis
Legem tabellis traderet.
Licet ne Chriſtum noſcere
Tanti per exemplum viri?
Dux ille cæſo Aegyptio
Abſoluit iſrael iugo.
At nos ſubactos iugiter
Erroris imperio graui
Dux noſter hoſte ſaucio
Mortis tenebris liberat.

Hic expiatam fluctibus
  Plebem marino in tranſitu
  Repurgat vndis dulcibus
  Lucis columnam præferens
Hic præliante exercitu
  Panſis in altum brachijs
  Sublimis Amalech premit:
  Crucis quod inſtar tunc fuit.
Hic nempe Jeſus verior
  Qui longa poſt diſpendia
  Victor ſuis tribulibus
  Promiſſa ſoluit iugera.
Qui ter quaternas deniq;
  Refluentis amnis alueo
  Fundauit: ⁊ fixit petras
  Apoſtolorum ſtemmata.
Jure ergo ſe Judæ ducem
  Vidiſſe teſtantur magi:
  Cum facta priſcorum ducū
  Chriſti figuram pinxerint.
Hic rex priorum iudicum
  Rexere qui Jacob genus:
  Dominæ que rex eccleſiæ.
  Templi ⁊ nouelli ⁊ priſtini.
Hunc poſteri Effrem colunt.
  Hunc ſancta manaſſe domus.
  Omneſq; ſuſpiciunt tribus
  Biſſena fratrum ſemina.
Quin ⁊ propago degener
  Ritum ſecuta inconditum
  Quæcunq; durum feruidis
  Baal caminis coxerant.
Fumoſa auorum numina
  Saxum. metallum. ſtipitem.

Hic expiatā. ſ. moſes qui populū ꝑ ma re rubū traiecit: ꝑ quod ſignificabat xp̄i baptiſma qđ in dulcib⁹ iordanis aquis eſt poſtea cōſecratū. Præferēs colūnā lucis. de qua luce Eſaię cap̄. ix. populus q̄ ambulabat in tenebris vidit lucē magnā. ⁊ alludit ad colūnā quę pręcedebat hebreos ex hodi. xiij. ⁊. xxxiij. Hic pręliāte. exhod. cap̄. xvij. legit̄ q̄ iſrael pugnāte cōtra amalech i raphidim cū leuaret moſes man⁹ vincebat iſrl̄. ſin autē paululū remiſiſſet ſupabat amalech. qđ ſignificabat xp̄m: q̄ expanſis brachijs in cruce reportatur⁹ erat victoriā ſuis. Verior ieſus .i. ſaluator. q̄ ⁊ alij ſaluatores populi dicebant̄ ſicut ioſue q̄ aeque dicebat̄ ſaluator. ſed illi a ſeruitute corp̄is hic a ſeruitute animi liberauit. Poſt lōga diſpendia. i. multos annos tandē ꝑpit verā libertatē. Suis tribulib⁹. q̄ venit ad ſaluandas q̄ pereāt de domo vel q̄ erant ex gēte ſua ſiue tribu. nā tribules dicūtur ex eadē tribu. Jugera ꝓmiſſa. i. terrā promiſſionis qđ Joſue fecit vt in libro ioſue legim⁹ ſed ꝑ terrā ꝓmiſſionis nos terrā viuētiū intelligim⁹ hoc eſt vitā eternā.
Qui ter q̄ter. i. duodeci lapides quos ioſue iuſſit poni in medio iordāis cū traiecit flumē. de quo ioſue cap̄. iiij. ꝑ quos deſignātur duodeci apl̄oꝝ noīa. ſtēmata q̄ oīs eccl̄ię nobilitas inde emanauit. Jure ergo. i. merito magi intellexerūt illū eſſe regē mūdi cū viderēt oīa q̄ dicta ⁊ facta ſūt ꝑ ꝓphetas in illo cōplere. Rex iudicū. rex regū ⁊ dn̄s dn̄antiū. Templi nouelli. i. eccl̄ie ⁊ ſynagoge. Effrem. litteraturā ſequit̄ graecā cū ab hebreis ephraim dicat̄. Ephraim ⁊ manaſſe filij ioſeph q̄b⁹ iacob portiōes aequas iuſſit diſtribui cū reliq̄s filijs ſuis: q̄ erāt duodecim. vt legit̄ geñ. xlix. Suſpiciūt. i. venerant̄. ſicut ecōtrario deſpiciūt ꝓ cōtemnūt. Quin ⁊ ꝓpago. nō ſolū iacob poſteritas xp̄m colit ſ; ⁊ gētes q̄ colebāt idola

ceſſerſit illi. Ritū incōditū.i.religionē falſaȝ demonū ꝓpago illa deſerit. Quę cunq₃ coxerat durū.i.metallū aliquod in effigiē idoli cōflauerat in caminis ferui dis. Baal.i.honorē ⁊ cultū demonū. Numina fumoſa .i.ſtatuas antiquas. Iuuenales fumoſos equitū cū dictatore magiſtros. Iudea roma.totū orbē in=telligit per has nationes. Laudate. oīe genus hominū ad chriſti laudē in=uitat. Nemo poſt hac mortuus.i.cui omnia viuunt vt canit eccleſia.

Raſum.dolatum.ſectile.
In Chriſti honorem deſerit
Gaudete quicquid gentiū eſt
Iudæa.Roma.⁊ Græcia.
Aegypte.thrax.perſa.ſcytha.
Rex vnus omnes poſſidet.
Laudate veſtrum principē
Omnes beati.ac perditi
Viui.imbecilli.ac mortui.
Iam nemo poſt hac mortuus.
Finis.

Aurelij prudentij Romanus.

ROmane. Carmē eſt quale illō ſenex fidelis. Romani antiocheni monachi qui ſub diocliciano paſſus eſt iudice aſclepiade martyriū proſequit. Infra tamē dicit ſub galerio.ſȝn imirū pſecutio chriſti anoꝝ quę ſub dioclitiano cœpit:ad galerij principatū vſq₃ durauit. Cui⁹ fauorem ad dicendū im=ploratū cū ipē abſciſſa lingua ſit locut⁹.⁊c. Adſertor forti .i.teſtis ⁊ illi⁹ fidei defenſor. nā adſere=re eſt in libertatem vindicare:⁊ ꝓhibe=re ne cui libero ſer=uitus indicat. Tu fautor.i.mihi fauēſ Oris elinguis.i.q̄ loq̄ neſcio tuas lau=des. Cōptū.orna=tū ⁊ elegās. Mira laudū.i. miras lau des.vel miracula ꝓpter quę laudādus es. Mutos eloq̄ ſcis.i.exꝑtus es:cū tibi fuit abſciſſa lingua. Plectrū palati.i.linguam: qua in loquēdo vtimur quaſi plectro in muſicis inſtrumētis. Perſius pictę plectrem lin=guę.et plini⁹ plectea linguę dixit palati ⁊ faucīū ad quę loca lingua illiſa format voces.

Silentiū.quia nihilominus abſciſſa lingua chriſtū conſitebatur vt in eius vita ex Euſe=bio legimus. Vox teſtis veritatis.vnde Mar.de elinguate.neſcit tu populū quod tacet il le loqui.⁊ de Cicerone idem.incipient omnes pro Cicerone loqui etiā ſi illi caput ſit auul=ſum. Herēs linguę debili.iuxta illō pſalmi.xxi. Lingua mea adheſit faucib⁹.⁊ p̄s.cxxxvi adhęreat lingua mea faucib⁹ meis.modis abſonis.i.verſib⁹ abſurdis.⁊ male ſonātibus.

Au.Pru.V.C.Romanus Martyr.

ROmane Chriſti fortis adſertor dei
Elinguis oris organū fautor moue.
Largire comptū carmē infantiſſimo.
Fac vt tuarū mira laudum concinā.
Nam ſcis ⁊ ipſe poſſe mutos eloqui.
Plectrum palati.⁊ fauciū ſæuus tibi
Tortor reuulſit:nec tamen ſilentium
Indixit ori.quo tu fatebaris deum.
Vox veritatis teſtis extingui nequit:
Nec ſi reciſis palpitet meatibus.
Sic noſter hærens ſermo linguæ debili
Balbutit:⁊ modis laborat abſonis.

Superno rore.i.diuina gratia mihi a tuo christo obtenta. Lacte ſpiritali.nõ corporeo qui cibus eſt corporis. Vox rauca.vertetur in tinnulã ⁊ ſonorã. Laxabit. extendet quod erat contractũ.⁊ impeditũ. Praecepta.Ordo eſt.euangeliſta Mathheus.cap.x. cum tradent vos nolite cogitare quomõ aut quid loquamini. Ipſum meſſian.i.chriſtũ qui dr̃ hebraice meſſias. Nolite ꝓuidẽter querere verba.i.nõ prouideatis ⁊ premeditemini quid ſit loquendũ. Sacramentũ meũ.i.legem quã ego vobis ꝓmiũ reuelaui. Ego ſuggerã.i. ſubminiſtrabo. Imparatis. impremeditati. Sed mea lingua.patens facundie xp̃o.i. per xp̃m. nã vt ſtet carmen mea lingua caſus nominãdi eſt:vt nõ poſſit legi chriſt⁹ vt oẽs codices hñt. Ipſe.ſ.chriſtus.explicabit quos tumł tus demon mouerit in ſupremo ſpiritu. ideſt cũ martyr moreretur. aut dũ ipſe demon vinceretur a martyre qz dicit dũ domatũ. ⁊ quod ſubdit demon dico peſtis peior in nouiſſimo furore. qd̃ magis declarat per ſimilitudinẽ anguis vulnerati. Quaſſando.i.haſtile labefactando. ſed quo magis haſtile quaſſat eo profundius vulnus ſedet.nec ſentit.legendum ſic. Et non ſentit pericula morſuum.i. morſus alioqui periculoſos eſſe caſſos.ideſt inanes.quia inaniter mordet haſtile. Galerius.ceſar qui creatus cum conſtantio auguſtus imperium totius orbis cum illo partitus eſt.ita vt gallias.italiam ⁊ aphricam conſtantius illyricum ⁊ aſiam galerius obtineret. In omnem mundum qui tunc erat ſub dicione romanorum.

Sed ſi superno rore reſpergas iecur:
Et ſpiritali lacte pectus inriges:
Vox impeditos rauca laxabit ſonos.
Euangeliſta ſcripſit ipſum talia
Praecepta Meſſian dediſſe apoſtolis.
Nolite verba:cum ſacramentum meum
Erit canendum:prouidenter quaerere.
Ego imparatis quae loquãtur: ſuggeram.
Sum mutus ipſe:ſed potens facundiae
Mea lingua Chriſto luculenter diſſeret.
Ipſe explicabit quos ſupremo ſpiritu
Daemon tumultus: dũ domatu mouerit
Furore peſtis peior in nouiſſimo.
Sic vulneratus anguis ictu ſpiculi
Ferrum remordet:⁊ dolore ſaeuior
Quaſſando preſſis immoratur dentibus.
Haſtile fixum ſed manet profundius:
Nec caſſa ſentit morſuum pericula.
Galerius vrbis forte Romanae ſtatum
Ductor regebat(vt refert antiquitas)
Immitis.atrox.aſper.implacabilis.
Edicta late mundum in omnem miſerat.
Chriſtum negaret quiſq; mallet viuere.

Ille ſerpens.i.dia
bolus ore regio.i. p
os principis dictat.
vt notarij ſcribant
edictum : edictum
autem erat vt qui
mallet viuere ne-
garet Chriſtum.
Qui extens de ſe
pulchris. Mat.ca.
viij.⁊ Marci.v.hoc
quo pacto geſtum
eſt narratur. Mā
dat ire.et raptare.i
rapere de ecclesia ⁊
de ſacrarijs. Ple
bem ſ.chriſtianam
Precurrit index
i.ipſe nunciat futu-
ram peſtem et mu-
nit animos chriſtia
norum. Repulſ⁹
mites.i.milites ver
gil⁹ vterūqꝫ arma
to milite complent.
Ad ſubſellia. i. ad
tribunal aſclepia-
des. Opponere iu
gulos.i.offerre ſub
audi refert. Fax
omnium.i.inflam-
mator et incentor.

Hæc ille ſerpens ore dictat regio:
Qui mortuorum de ſepulchris exiens
Clamabat:quid ante tempus aduentu cito
Mea regna ſoluis?parce fili altiſſimi:
Uel poſſidere corda porcorum iube.
Præfectus iſtis imminens negotijs
Aſclepiades ire mandat milites:
Eccleſiatenus quæ de ſacrarijs
Raptare plebem mancipandam vinculis:
Ni diſciplinam Nazarenam reſpuat.
Mox ipſe templum cogitans inrumpere:
Et diſſipare ſancta ſanctorum ſtudens
Armis profanis præparabat impijs
Altaris aram funditus peſſundare:
Foreſqꝫ et ipſas in ruinam ſoluere.
Præcurrit index his repente cognitis
Romanus ſacræ heros excellentiæ:
Uenire in armis perduelles nuntiat:
Animos pauentum præſtruens hortatibus:
Stent vt parati:ne ve cedant turbini.
Conſpirat vno foederatus ſpiritu
Grex Chriſtianus agmen imperterritum
Matrum.virorum.paruulorum.virginum.
Fixa ⁊ ſtatuta eſt omnibus ſententia
Fidem tueri:vel libenter emori.
Refert repulſus miles ad ſubſellia
Plebis rebellis eſſe Romanum ducem:
Flagrare cunctos peruicaci audacia:
Iugulos retectos obſtinate opponere:
Quo glorioſa morte ſortes oppetant.
Præceps iubetur inde Romanus rapi:
Soluſqꝫ:et incitator:et fax omnium
Pro contumaci plebe cauſam dicere.
It non reſiſtens:ſeqꝫ vinciri petit:

# Romanus

Manus in tergū. vt vinceretur. vergilius. iuuenē poſt terga reuinctū. Amor coronę. i. ipſe qui cupiebat ſubire martyriū. Artē lictoris. i. facit quod lictor debuit facere. Vngulis biſulcis. i. bifidis aut forcipatis quod genus tormenti crebro in martyribus legitur. Irrumpit altū limen. i. iudicis pretoriū ingreditur. Preconibus. qui pleruꝫ. i. ipſi carnifices ſunt. Ob ora. i. ante faciē iudicis. Infame monſtrum. ignominioſe martyrē alloquit̄ iudex. Vilis. parui precij homo. Inteſtabilis. ideſt infamis quippe qui vel ex hoc facto non habes ius teſtandi. Ventilator. ideſt tranquillitatis vrbis et ciuium cōmotor et concitator tumultus. Legibus. ſubaudi imperatorijs. Frequētia illiterata. ideſt chriſtiani vulgus imperitum. Credidit ſubaudi te predicante. Quiddā populare. i. indoctū et ſtolidum et quale populus ſapit et nō quale ſapientes. Autumant. i. dicunt. Ceu gigātes. quia nihil aliud eſt voluntati deorū reſiſtere niſi gigantum more diuis bellū mouere. Et victi obruantur. ſicut gigātes fulminati ſunt a ioue qui fulminibus montes deiecit per quos volebāt in coelum aſcendere. Quos. ſcilꝫ ciues.

Flexas et vltro torquet in tergum manus.
Amor coronę pene preuenit trucem
Lictoris artem ſponte nudas offerens
Coſtas biſulcis execandas vngulis.
Irrumpit altum limen: et preconibus
Stupore mutis ipſe tortorem trahit.
Adſtanti ob ora ſic tyrannus incipit.
Infame monſtrum. vilis. inteſtabilis.
Tu ventilator vrbis et vulgi leuis
Procella mentes inquietas mobiles:
Ne ſe imperita turba dedat legibus.
Populare quiddam ſub colore glorię
Inlitterata credidit frequentia:
Et ſe per ęuum conſecrandos autumāt:
Si bella diuis ceu gigantes inferant:
Victiqꝫ flammis obruantur montium.
Hoc tu paraſti perdite ſpectaculum
Cladis cruentę de necandis ciuibus:
Quos vt profanos impiati. et ſeculi
Reos neceſſe eſt te magiſtro interfici?
Tu anſa mortis. tu malorum ſignifer.
(Ni fallor) ęquū eſt: vt qđ author improbus
Tolerare multos compuliſti: vt carnifex
In te recurrat. proqꝫ tantis cędibus:
Quę mox futurę: primus exitum luas.
Feras et ipſe quod ferendum ſuaſeras.
His ille contra reddit ore libero.

Profanos. i. a te pſanatos et factos reos ſeculi impiati. i. religiōis falſe inductę a te. Te magiſtro. i. te artifice ſatore malorum. Anſa mortis. i. per quē illi mortē apphēdēt quaſi per anſam quandā. Quę mox futurę. ſubaudi ſūt in tuos diſcipulos. Luas exitum. ideſt mortem.

Amplector.i.volo ⁊ amo. Si me conſulis.ideſt ſi mihi credis. Domum ſanctam.ideſt eccleſiam. Factus noſter.ideſt chriſtianus. Uncis vinculiſqꝫ creſcere.i.quod vndiqꝫ diſtraherentur et ſic membra extenderẽtur. Uenuſta proſapia.ideſt honeſta ex familia et bene de ciuibus merita. neqꝫ licere talem virum ita puniri. Noxialem ſtipitem ideſt eculeum. Poena plebeia.i. qua plebei plectuntur. Tũdatur terga. ſynecdoche per verbum paſſiuum. Plumbo. ideſt plũbatis. Extuberet. tumeſcat contuſionibus. Perſona quæqꝫ. ideſt cuiuſcunqꝫ conditionis ſit. Plectitur cõpetenter. ideſt plecti debet. Magniqꝫ refert. ideſt differentia magna eſt. Gradu. ideſt conditione ⁊ ſtatu. Forma reorũ. ideſt genus vnumquodqꝫ reorũ datur tormentis ſed diuerſorum generum. Erectꝰ. ex tormentis quibꝰ erat incuruatus. Infit. ideſt incipit loqui. Abſit. id ẽ non eſt vera nobilitas que prouenit ex parẽtibus aut que legibus humanis defũitur. ſed generoſa ſecta chriſti nobilitat viros.

Amplector o præfecte: nec me ſubtraho
Ut pro fideli plebe ſolus immoler.
Dignus ſubire cuncta: ſi me conſulis:
Quæcunqꝫ veſtra iuſſerit crudelitas.
Intrare ſeruis idolorum ac demonum
Sanctã ſalutis nõ licet noſtræ domũ:
Ne polluatur purus orandi locus.
Confido in ſancto ſpiritu nunquã tibi
Dandũ: vt beatũ limẽ attingas pede:
Niſi forte noſter factus in noſtrũ gregẽ
Mereare ſumi: quod pater faxit deus.
Incenſus his Aſclepiades iuſſerat
Euiſcerandũ corpus eculeo eminus
Pendere: ⁊ vncis vinculiſqꝫ creſcere.
Apparitores ſed furenti ſuggerunt
Illum venuſta nobilem proſapia
Meritiſqꝫ multis eſſe primũ ciuium.
Iubet amoueri noxialem ſtipitem:
Plebeia clarũ poena ne damnet virũ.
Tundatur inquit terga crebris ictibꝰ:
Plũboqꝫ ceruix verberata extuberet.
Perſona quæqꝫ competẽter plectitur:
Magniqꝫ refert vilis an ſit nobilis
Gradu reorum forma tormẽtis datur.
Pulſatus ergo martyr illa grandine
Poſtquã inter ictꝰ dixit hymnũ plũbeos
Erectus infit. abſit vt me nobilem
Sanguis parẽtũ præſtet: aut lex curiæ.
Generoſa Xpi ſecta nobilitat viros.
Si prima noſtris quæ ſit in cunabulis

Textu ſtẽmatis.i.ſeriem auoꝝ recenſere velis. Ab ore patris.quãdo p̄mũ creauit hominẽ inſpirando in eum ſpiraculũ vitę.cui qui nõ obedit ille ignobilis.⁊ hec eſt vere nobilitatis origo.ſed accedit inquit huic nobilitati decus inſigne ſi quis mortẽ oppetat in teſtimonium vere religionis. Ut magiſtratus venit.vt tu nunc veniſti : ſi vulnera ignis et ferri inuſta ſignent hoc eſt inſignẽ reddant probũ teſtẽ nominis cõfitendi.ſ.xp̄i. ⁊ mors in

Origo textu ſtẽmatis recenſeas:
Dei parentis eſſe ab ore coepimus.
Cui quiſq̃ ſeruit:ille vere eſt nobilis.
Patri rebellis inuenitur degener.
Honos deinde ſtẽmati accedit nouus:
Et ſplendor ingẽs: vt magiſtratus venit:
Si confitendi nominis teſtem probum
Signent inuſta ferri ⁊ ignis vulnera.
Et vim dolorum mors ſequatur inclyta.
Caue benignus eſſe peruerſe velis:
Nec mi remiſſus leniter peperceris.
Incũbe membris tortor:vt ſim nobilis.
His ampliatus ſi fruar ſucceſſibus:
Genus patris matriſq̃ flocciſecero.
Hęc ipſa veſtra dignitatum culmina
Quid eſſe cenſes? nonne curſim tranſeũt
Faſces.ſecures.ſella.prætexta.togæ.
Lictor.tribunal.⁊ trecenta inſignia
Quibus tumetis : morq̃ detumeſcitis?
Cum conſulatum initis:vt vernæ ſolent:
(Pudet fateri)farre pullos paſcitis.
Aquila ex eburna ſumit arrogantiam

clyta ſequatur vim dolorũ.i. vulnerum copiã. Peruerſe benignus.i.maleuolens benignitati inane, quã nolo erga me exerceas. Ut ſim nobilis vera nobilitate que ex pręclare geſtis cõparaſ Ampliatꝰ. honoratus vn e amplitudo pro honore. His ſucceſſibꝰ.i.ad vota veniẽtibꝰ felicitatibus. Curſim cito.quia annui ſũt magiſtratus, imo ⁊ ſi ꝑ vitã durent breues tamẽ ſũt. Faſces ſecures. iſignia conſulũ ⁊ pręctorũ. Sella curulis . que aedilium erat. vnde aediles curules dicti. Pretexta toge inſignia erant triũphantiũ. Liuiꝰ.lib. iiii.ab vrbe con. triũphantes inq̃t toga p̄texta.⁊ tunica palmata ⁊ toga picta ⁊ corona triũphali laurea q̃ honoratos fuiſſe ſcribit iuue.p̄texta ⁊ trabeę.faſces.lectica tribunal.Erat aũt trabea regũ ex purpura ⁊ albo.augurũ ex cocco ⁊ purpura.deoꝝ ex purpura tm̃.vt notat ſeruiꝰ.Tribunal.vñ reddũt iudicia a p̄torıbꝰ ma is.Lictor.q̃ p̄ferebat inſignia cõſulũ.⁊ erãt.xii.ſicut ⁊ faſces ⁊ ſecures. Tumetis .ſupbitis.Detumeſcis.cũ defũcti eſtis magiſtratu.Cũ cõſulatũ initis.i.incipitis cõſulatus officia exercere.Paſcitis pullos farre.ꝑ pullarios q̃ nihil magnũ inchoabãt priꝰ q̃ pullos cõſulerẽt ex tripudiiſq̃ captarẽt auſpicia. Ut vernę ſolẽt,q̃ illõ potiꝰ ſeruoꝝ officiũ eſt q̃ liberoꝝ. Aq̃la ex eburnea. Triũphãtes nãq̃ vt ſcribit Liuiꝰ.lib.iii.ſcipionẽ eburneũ p̄ferebãt extante in ſũmitate aq̃la ex eadẽ materia.de qua Iuue.da nũc ⁊ volucrẽ ſceptro que ſurgit eburno,

Geſtator eius: ac ſuperbit beluæ
Inflatus oſſe: cui figura eſt alitis.
Iam ſi ſuberis ad ſigillorum pedes
Iaceatis infra ſectilem quercum ſiti:
Quid eſſe vobis æſtimem proiectius?
Nudare plantas ante carpentum ſcio
Proceres rogatos matris idææ ſacris.
Lapis nigellus euehendus eſſedo
Muliebris oris clauſus argento ſedet:
Quem dū ad lauacrū præeūdo ducitis
Pedes remotis atterentes calceis
Almonis vſq; peruenitis riuulum.
Quid illa turpis pōpa? nempe ignobiles
Vos eſſe monſtrat: cum luperci curritis.
Quem ſeruulorum non rear viliſſimum:
Nudus plateas ſi per omnes curſitans
Pulſet puellas verbere actas ludicro?
Miſeret tuorum me ſacrorum et principum
Morumq; roma ſeculi ſummum caput.
Age explicemus: ſi placet: miſteria

Oſſe beluę.i.ebore ex cuius materia erat ſceptrum et aquila. Figura alitis.i.aquilę. Iaz ſi ſuberis.ordo eſt.quid ego exiſtimē eſſe proiecti⁹.i.abiecti⁹ et vilius vobis: ſi iaceatis proni et adorantes ad pedes ſigillorum.et ſtatuarū ſuberis.i.ex materia ſuberna delatorū.ſiti infra quercū ſectilem.i.ſtatuā factaz ex querna materia. Nudare plantas.hoc in ſacris cibeles matris deorum fiebat.Et eſt ordo ego ſcio proceres togatos i.principes romanos.nudare plantas.i. incedere nudis pedibus. In ſacris matris idee.i.cybeles magne deorū matris. Ante carpentum.i.currū in quo precedente pompa eius ſimulacrum p mediā vrbē vehitur Lapis nigellus.i.ſtatua ex nigro lapide. Muliebris oris.i.foeminee ſimilitudinis. Clauſus argēto.i.capſula argentea. Euehend⁹ eſſedo.i.curro per mediā vrbez Sedet.ſ.i cathedra impoſita currui. Ad lauacrum.naz ſtatua cibeles ad almonē fluuiū deferebatur lucanus i primo Et lotaz paruo reuocant almone cibelen. Illa pompa de qua ſtatim dicturus ſum. Cum curritis luperci.i.lupercalia.exercitis quę erant ſacra panes lycaei.et per lupercos ſacerdotes fiebant vnde lupercalia dicta. Quem.ſ.ex vobis.non rear viliſſimum ſeruulorum.q.d.in eo eſtis viliores ſeruis.

Nudus.nam luperci menſe februario nudi per vrbem diſcurrebant vt ſcribit Ouidi⁹ in ſecundo faſtorum: cum hircina pelle. Pulſet puellas.nam vulgo perſuaſum erat ſi puellę a luperco in manu pulſarentur mox poſſe fieri foecundas. Ouidi⁹. Nupta quid expectas non tu pollentibus herbis nec prece nec magno carmine mater eris. Excipe foecundę patiēter vulnera dextrę iam ſocer optatum nomen habebit aui. Iuuenalis quoq; nec prodeſt agili palmas pręberc luperco. Verbere ludicro.i.pulſatione per ludum.

Summum caput.ſaeculi.i.mundi huius princeps. Age o prefecte o aſcleplades ſub quo iudice cauſam meam ore. Miſteria veſtra.i.ſacra vana.

# Romanus.

Præfecte veſtra. iam neceſſe eſt audias
Nolis velis nequid colaris ſordium.
Nec terret iſta: qua tumes veſania.
Quod vultuoſus. quod ſupinus quod rigens.
Tormenta leti comminaris aſperi.
Si me mouere rebus vllis niteris:
Ratione mecum: non furore dimica.
Iubes relictis patris et Chriſti ſacris.
Ut tecum adorem foeminas ac mille mares
Deas deoſq; deq; ſexu duplici
Natos nepotes abnepotes editos
Et tot ſtuprorum ſordidam proſapiem.
Nubunt puellæ. ſæpe luduntur dolis.
Amaſionum comprimuntur fraudibus.
Incoeſta feruent. furta moechorum calent.
Fallit maritus. odit vxor pellicem.
Deos catenæ colligant adulteros.
Oſtende quæſo quas ad aras præcipis:
Ueruece cæſo fumet vt ceſpes meus?
Delphos ne pergam? ſed vetat palæſtrici
Corrupta ephoebi fama: quem veſter deus
Effoeminauit gymnadis licentia.
Mox fleuit impuratus occiſum graui
Diſco: & dicauit florulentum ſuccubam.

Nequid ſordium. i. ſordidos deos. Uultuoſus. i. vultu mirabundus. Supinus. ſuperbus. Iuuenalis. et multum refereus de mecoenate ſupino. Rigens. rigidus aſper et durus. Ratione. argumẽtationibus. non viribus a furore procedentibus. Patris et chriſti. quem dixit ſupra ſuum eſſe patrẽ hoc eſt creatorẽ. et a quo eſt nobilitas. Stuprorũ. quia ſic multi deorum ſecundũ vos procreati ſunt. vt bacchus a ioue ex ſemele. hercules ab eodem. & ex alcmena Nubunt puellæ. vt proſerpina plutoni hebe herculi. Luduntur. vt europa agenoris ab ioue. & aegina ab eodem. Amaſionũ. i. deorum amatorum illarũ. Inceſta feruent. i. frequentantur. Uergili⁹ pei. eñ feruet opus. Furta moechorum. vt mars qui venerem vulcani adulterauit. et iupiter alcmenã amphitryonis. Fallit marit⁹ iupiter relicta vxore nymphas comprimens. Uxor iuno calliſto et ſemelen et alias complures. Adulteros. ꝑpter. martem dicit: fuit a vulcano retibus implicitus vt i iiij. meta. ouidius. Ceſpes fumet. nã ex ceſpitibus fiebãt arae in quib⁹ erat ſacrificandũ Iuuenalis. qua feſtus promiſſa deis animalia ceſpes expectat. Delphos. vbi colit̃ apollo ad radices montis parnaſſi. Ephebi paleſtrici. hyacinthi pueri quẽ in ludo disci p errorẽ phoebus occidit de quo multa Ouidius in. x. meta. effoeminauit. i. ſtuprauit. Licẽtia gymnadis. i. in ludo gymnaſtico hoc eſt in diſci ludo in quo multa licẽter tali cõmittunt̃. Impuratus. ipurus et turpis deus. Dicauit. i. vt vocis diutis coſecrauit mercede ſtupri. Succubam. i. concubinũ ſiue cynedum florulentũ. i. in florem ſui nominis conuerſum⁹

Conductus idem pauit alienum pecus.
Furem deinde perditi paſſus gregis
Segnis bubulcus tela et ipſa perdidit.
An ad cybellis ibo lucum pineum?
Puer ſed obſtat gallus ob libidinem
Per triſte vulnus perqꝫ ſectum dedecus
Ab impudicæ tutus amplexu deæ.
Per multa matri ſacra plorandus ſpado.
Sed credo magni limen amplectar Iouis:
Qui ſi citetur legibus veſtris: reus
Laqueis minacis implicatus Iuliæ
Luet ſeueram victus et ſcantiniam
Te cognitore dignus ire in carcerem.
Quid aureorum conditorem temporum
Cenſes colendum? quem fugacem non negas
Latuiſſe furtim: dum reformidat malum.
Quem ſi beate viuere audit Iuppiter:
Plectat neceſſe eſt occulendi conſcios.
Quid inter aras diſſidentum numinum
Putas agendum? Martis indignabitur
Offenſa virtus ſi colatur Lemnius.
Iunonis iram ſentiet quiſqꝫ: vt deum
Signo aut ſacello conſecrarit Herculem.

Conductus.ſ.ab admeto pherẹo rege:cui phebus paſtoricium famulatū exhibuit.Vergi
lius.iii.geor.paſtor ab amphryſo. Furem paſſus.ſ.mercurium qui furto obduxit illi bo-
ues.de quo Ouidius.ij.meta. Perdidit tela.a mercurio ſubducta.horati⁹.viduus phare
tra riſit apollo. Lucum pineum cybelles.idā ſiluam ſiue dindyma ſiue berecyntum ſiue
cybelum montes phrygiẹ dicit:qui pinis abundant que arbores cybelo ſacrẹ ſunt Martia
lis de nucibus pine
is.poma ſcimus cy
beles,ꝓcul hinc di-
ſcede viator Puer
gallus.i.atys.qui
per furorem ſeipſū
caſtrauit. Ob libi
dinem.quia depre-
henſus fuit a cybe-
le in nympha ſaga
ritide.triſte vulnuſ
quo ſibi abſcidit ge
nitalia. Per dede
cus ſectū.i.ꝓvirilia
abſciſſa qđ dedec⁹ ē
i viris.Spado plo-
rād⁹ matri ſubau-
di deoꝝ.ꝑ multa ſa
cra qꝛ in ſacris ma
tris deoꝝ plorabaꞇ
a gallis ſacerdotib⁹
illi⁹. Iuliẹ minacis
.ſ.legis que punit
moechos.de qua
Iuuenalis.vbi nūc
lex iulia dormis et
Martialis ſaepe.
Minacis.que poe-
nas minatur. Vi-
ctus.conuictus in
iudicio. Luet ⁊ ſca
tiniam.i.nō ſolū iu
liaꝫ.ſꝫ ⁊ ſcatiniā quẹ punit pathicos et praediscones.lex ſcatini a dicta eſt a.C.ſcatinio q̄ ꝯ
dānatus eſt:qđ ſtuprū adoleſcenti Marcelli filio intulerit.Te cognitore.i.etiā te iudice.Au
reorū tēpoꝝ.i.ſaturnū ſub quo fuit aetas aurea. Quē fugacē.qꝛ iouē filiū fugit ab illo pul
ſus regno latuiſſe.ſ.in latio vnde latiū dicta terra latente deo vt ſcribit Ouidi. Cōſcios oc
culēdi.i.occultādi illū Diſſidentiū.qui dij ipſi iter ſe diſcordes ſūt ⁊ tales iducūꞇ ab home-
ro caeteriſqꝫ poetis.Virt⁹ martis.i.fortis mars qꝛ belloꝝ de⁹. Lēnius vulcanō q̄ colit i lem
no inſula.cui⁹ eſt riualis qꝛ marit⁹ veneris.herculē qꝛ iunonis priuign⁹ ex alcmena pellice

natus. Dices licenter .i. qđ poetę habent hanc fingendi licentiā. ad quod roman⁹ reſpondet quod ⁊ ipſe iudex cū poetis id credit. id ſpectat et cōprobat. et colit. Piaclū .i. piaculum qđ cōmittitur legē lo talia. Id plauditᷣ .i. cū plauſu auditur ⁊ recipitᷣ. Cycnus .i. fabula q̄ fingitur ꝙ iupiter in ſpecię cygni adulterauit ledam tyndarei vxorē atq; ita genuit helenam et pollucē. ⁊c. Lydius hiſtrio qui eam fabulā agit. Ouidi⁹ lydius aequatā ter pede pulſat humū. Sūm⁹ pōtifex .q.d. iudex ⁊ cēſor religionis. Nec deluis negando .i. nō purgas ⁊ lauas ſed poti⁹ aſſentiēs videris confiteri. Sacrate. tu o martime ſacerdos. Solueris p̄ cachinnos .i. in nimios riſus. Maritum alcmenę .i. amphitryonē cum .ſ. agitᷣ fabula plauti de hac re. Meretrix ſcaenica aut ipſa venus plāgens adonim. aut meretrix venerē repreſentans. Vulneratum .ſ. ab apro. vt ſcribitᷣ .x. meta. Sanctę cyprydis .i. veneris quam tu ſanctā dicis: quam tamen ſacras in lupanari. Sub ipſis ſignis .i. ſtatuis. Patet veritas. q̄ deſignant crimina deorum. Sigillum ſtatua paruę aquilę que fuit adminiſtra rapt⁹ ganymedis. affixum ioui .i. qđ ioui apponitᷣ. Armiger velox. qui gerit iouis arma .i. fulmina vnde armiger iouis dicitᷣ. Leno qui catamytū ioui raptū ex ida ſilua detulit. Ceres. dū quęrit filiā proſerpinā raptā a plutone. Recicta veſte imo precicta dū q̄rit filiā. Nā recicta eſt ſoluta. vt apud Vergi. iiij. en. vnū exuta pedē vinclis in veſte recicta. Si nemo deoꝝ. q̄ ergo aliq̄s rapuit ideo quęrit. quā mater quęrēs pretendit facē accēſam. Tyrinthiū .i. herculē a tyrithe vrbe cognominatū. rotātē fuſos cū ſeruiuit iole Euryti regis filię. vł potius omphia lydis reginę.

Dices licenter hæc poetas fingere.
Sed ſunt et ipſi talibus myſterijs
Tecum dicati: quodq; deſcribunt: colūt.
Tu cur piaclum tam libenter lectitas?
Cur in theatris te vidente id plauditur?
Cycnus ſtuprator peccat inter pulpita.
Saltat tonantem tauricornem lydius
Spectator horum pontifex ſummus ſedes.
Rideſq;: et ipſe nec negando deluis:
Cum fama tanti polluatur numinis.
Cur tu Sacrate per cachinnos ſolueris:
Cum ſe maritum fingit Alchmenæ deus?
Meretrix adonin vulneratum ſcænica
Libidinoſo plangit affectu palam.
Nec te lupanar cyprydis ſanctæ mouet.
Quid quod ſub ipſis veritas ſignis patet
Formata in ære criminum veſtigijs?
Quid vult ſigillum ſemper adfixum Ioui
Auis miniſtra? nempe velox armiger
Leno exoletum qui tyranno pertulit.
Facem recincta veſte prætendit Ceres:
Cur ſi deorum nemo rapuit virginem?
Quam nocte quærens mater errat peruigil.
Fuſos rotantem cernimus tyrinthium.

Fiſtularũ pręſides.propter pana dicit fiſtularũ inventorē. vergilius. pan primus calamos aera coniungere plures inſtituit. In algis vilibus.i.habitantes in paludibus more ranarũ. Quicquã tale.quale nunc dicimus. Deriſus mouet pulmonē. ex iuuenale perpetuo riſu ſermonē agitare ſolebat democritus. Vanitatis myſticę.i.falſe religionis Deos latinos.picta romulum herſiliam florã. Deos aegyptios. quos hic cōmemorat.

Quis. pro quib⁹ roma ſacrificat. Canopus.a egypti ciuitas. Compręcare ſimiã.i.cercopithecum ſimiã caudatã. Iuuenalis. effigies ſacri iubet aurea cercopitheci. Aſpis aeſculapij.i. ſerpēs ſub cuius effigie colitur aeſculapi⁹ de⁹. Crocodilus.ibis. canis. hęc numina putantur ab aegyptijs. Iuuenalis.crocodrilon aderat ps hęc illa pauet ſaturam ſerpētib⁹ ibim. ꝛ ibidem oppida tota canē venerantur Porris. Iuuenalis.porrũ ꝛ cepe nefas violare ꝛ frangere morſu. Acerbũ cepe.quia mouet lachrymas. Mordax alliũ.quia vim habet mordicandi. Lares fuliginoſi. ideſt fuligine obſcuri quia illis ſacrificatur ex rebus fumum exhalantib⁹. Reſpuũtur.a quibuſdam. Holuſcula conſecrata.ſ. ab aegyptijs.

Cur ſine ęre non fuit ludibrio?
Quid ruſticorum mōſtra deteſter deum?
Faunos.priapos.fiſtularum pręſides.
Nymphas natantes. incolaſq; aquatiles
Sitas ſub alto more ranarum lacu?
Diuinitatis ius in algis vilibus?
Ad hęc colenda me vocas cenſor bone?
Potes ne quicquam tale: ſi ſanum ſapis:
Sanctum putare? nonne pulmonē mouet
Deriſus iſtas intuens ineptias
Quas vinolentę ſomnijs fingunt anus?
Aut ſi quid vſquã eſt vanitatis myſticę:
Nobis colendum eſt: ipſe primum incipe:
Pronuſq; adora quicq̃d in terris ſacri eſt:
Deos latinos ꝛ deos Aegyptios
Quis Roma libat: q̃s canopus ſupplicat.
Venerem precaris? cōprecare ꝛ ſimiam.
Placet ſacratus aſpis Aeſculapij?
Crocodilus.ibis. ꝛ canes cur diſplicent?
Adpone porris religioſas arulas.
Venerare acerbum cepe. mordax allium.
Fuliginoſi ture placantur lares.
Et reſpuuntur conſecrata holuſcula.
Aut vnde maior eſſe maieſtas focis
Quam nata in hortis ſarculatis creditur:
Si numē ignib⁹.ollis numē ꝛ porris ineſt?
Sed pulchra res eſt forma in aere ſculptilis.

Aut vnde maior.quaſi dicat aeque vtraq; numina ſũt cōtēnēda. Quã nata in hortis.Iune,o ſanctas gētes qb⁹ hęc naſcũtur in hortis numina. Forma ſculptilis.

.i. imago dei fabrefacta. Imprecabor quaſi tanti mali autorib⁹ Mironis et polycleti. ſtatuariorũ iter grecos celebriũ. Verorũ coeliũ. i. qui a vobis putant veri. Rigentẽ barbã q̄ ex aere factã. nam quod Horatius dixit ⁊ molles imitabitur aere capillos. ad artis laudẽ pertinet ideo ſubdit. leniter defluentem flectens comã. Pectus hydris. ad aegida rettulit

Quid imprecabor officinis graeciae:
Quae condiderunt gentibus ſtultis deos?
Forceps Myronis. Polycleti malleus
Natura verorum eſt atq; origo coelitum
Ars ſeminandis efficax erroribus:
Barbam rigentem dum iouis circumplicat.
Dum defluentem leniter flectens comam
Limat capillos: et corymbos Liberi:
Et dum Mineruae pectus hydris aſperat.
Iniecit atram territis formidinem:
Ut fulmen aeris ceu tonãtis horreant.
Tremant venenum ſibilantis Gorgonae.
Putent Ephoebum poſt triumphos indicos
Ferire thyrſo poſſe cum ſit ebrius.
Tum quod Dianam molle ſuccinctam vidẽt:
Venantis arcum pertimeſcunt virginis.
Si forte vultum triſtioris Herculis
Liquore criſpo maſſa finxit fuſilis:
Clauam minari: ni colatur: creditur.
Iam quis pauentum corda terror occupat?
Iunonis iram ſi polite expreſſerit:
Velut retortis intuens obtutibus
Auertat ora delicantis hoſtia.
Lapis ſeuera fronte mentitur minas.
Miror quod ipſum nõ ſacratis Mentorem:
Nec templum et aras ipſe Phidias habet
Fabri deorum vel parentes numinum.
Qui ſi caminis inſtitiſſent ſegnius:
Cum condiderunt gentibus ſtultis deos:

in qua erat caput meduſae hydris ex aſperatũ. Fulmẽ aeris. ex aere fabricatũ. Sibilantis gorgonę. i. meduſae quaʒ diximus aegidi minerue inſitã habereq; hydros. Ephebum bacchũ. Triũphos indicos. vnde victor rediit. Thyrſo quo furorẽ incitet cum volet. Molle ſuccinctam. i. muliebriter nomen pro aduerbio. Maſſa fuſilis i. aes fuſile. Liquore criſpo. i. aere liquido criſpos ducens capillos. Clauã an claua? Iã quis terror. q. d. timent qđ minime eſt timẽdũ Expreſſerit polite. a ſuperiorib⁹ intelligẽdũ eſt ars. ſicut ſuperius circũligat limat aſperat iterit finxit vultib⁹ retortis. i. tranſuerſis. Auertat ora. i. faciem. Litãtis. ſacrificantis ĩproprie id qđ precedit q̄ eo qđ ſequi debet: cuʒ ſit litare ſacrificio ĩpetrare. Intẽtet minas. i. videt minari ſtatua lapidea. Ipſũ mentorẽ ſtatuariũ nobiliſſimũ atq; celatorẽ egre-

Non eſſet vllus Juppiter conflatilis:
Non erubeſcis ſtulte pago dedite
Te tanta ſemper perdidiſſe obſonia:
Quæ dijs ineptus obtuliſti talibus.
Quos trulla.peluis.cantharus.ſartagines.
Fracta ⁊ liquata contulerunt.vaſcula:
JGnoſco fatuis hæc tamen vulgaribus:
Quos lana terret diſcolora in ſtipite.
Quos ſæpe falſus circulator decipit:
Quibus omne ſanctū eſt:q̄d pauendū vanulæ
Edentularum cantilenæ ſuaſerint.
Vos eruditos minor et doctos viros:
Perpenſa vitæ quos gubernat regula
Neſcire vel diuina vel mortalia
Quo iure conſtent.quanta maieſtas edat
Quicquid creatum:quæ creauit omnia.
Deus perennis res ineꝛſtimabilis
Non cogitando non videndo clauditur.
Excedit omnem mentis humanæ modū.
Nec comprehendi viſibus noſtris valet.
Extraq; et intus implet:ac ſuperfluit.
Intemporalis ante quam primus dies
Eſſe et fuiſſe ſemper vnus obtinet.
Lux ipſe vera veri et author luminis
Cum lumen eſſet:lumen effudit ſuum.
Ex luce fulgor natus hic eſt filius.

giū.Juue.rar⁊ſiue mētore mēſę.Martialis.mētoris haec man⁹ eſt an polyclete tua Phidias.de quo Junena.phidiacū viuebat ebur. Fabri deoꝝ cauſa cur debeāt ſacrari.Inſtituiſſent ſegni⁹.i.nō fuiſſēt tā igenioſi ⁊ diligētes nō eſſet. Jupiter vllus q̄ coleret.Tāta obſonia.i.liba q̄ obtuliſti dijs manib⁹.Quos trulla.i.q̄ cōflati ſūt ex vaſis aeneis fractis. Liq̄ta cōflata cōtulerūt.i.i vnū cōflata fuerūt materia vn̄ fierēt. Vulgarib⁹ fatuis.i.vulgo iperito. Lana diſcolora i ſtipite.preſtigias circulatoris alicui⁹ ſignificat ex colorꝝ mutatiōe Falſꝰ circulator.i.qui fallit hoies iperitoſ Sanctū eſt.i.venerandum adorandū q;. Edētularꝝ.i.vetularꝝ quę hmōi nęnias cātitāt. Regula ppēſa.i.examinata et recta.i.qui habetis rectā viuendi ratione. Diuina ⁊ mortalia.i.humana. Quo iure conſtēt.que hoies obtēperare debēt deo vero oīūq; reꝝ creatori nō facticijs deiſ Quāta maieſtas.q.d.nō dei fictiles ⁊ cōtemnēdi q̄les voſ colitis. Edat.creet et pariat:qđ nō potuit fieri niſi ab infinita potentia et virtute.Nō claudiꝛ.i.nō cōprehendiꝛ. Viſibus nr̄is.q² deum nemo vidit vnquā.Jo.pri. Extra ⁊ int⁹.i.oēm mūdi machinā iplet ⁊ qđ extra ē hoc ē totū iane⁊ adhuc redūdat.itēporalis q² ei⁹ duratio nō mēſuraꝛ tēpore ſ; aeternitate. Obtinet eſſe ⁊ fuiſſe.q² in deo eſſe et fuiſſe ⁊ futuꝝ eſſe oia ſimꝛ ſunt.vnde aeternitas definiꝛ interminabilis vitę tota ſimul et perfecta poſſeſſio. Lux ipſe vera pꝛ lux lucē filiū genuit vide i ſymbolo deū de deo lumē de lumie cōfitētes canim⁹.Effu

dit. et ſe genuit aeterna gñatiõe. Fulgẽt. ad hebreos ca. pri. qui cũ ſit ſplẽdoꝛ pr̄is ⁊ figura ſubſtantię eiꝰ. Uis vna. i. eadẽ eſt ptãs pr̄is ⁊ filij natura ſimplex. i. quãquã ſit lux ex luce et ſplẽdoꝛ ex lumine nõ tñ eſt duplex lux et duplex natura ſed vna tñ. Una virtus. i. vna poteſtas. Solũ. i. terrã Uim. i. magnitudinẽ maris. Globos ſpheras vel potiꝰ ipſos ſtellaꝝ

Uis vna patris. vis et vna eſt filij
Unuſq; ab vno lumine ſplendoꝛ ſatus
Pleno refulſit claritatis lumine.
Natura ſimplex pollet vnius dei.
Et quicquid vſquã eſt: vna virtus condidit.
Coelum. ſolumq;. vim marini gurgitis.
Globos dierum noctiumq; pręſides.
Uẽtos. procellas. fulgura. imbres. nubila.
Septentriones. heſperos. ęſtus. niues.
Fontes. pruinas. et metalla. et flumina.
Pręrupta. plana. montiũ conuallia.
Feras. volucres. reptiles. natatiles.
Jumenta. pecua. ſubiugales beluas.
Flores. fruteta. germina. herbas. arbores.
Que ſunt odori quęq; vernantes eſui.
Hęc non laboꝛe et arte molitus deus:
Sed iuſſione quam poteſtas protulit
Mandauit eſſe: facta ſũt: quę nõ erant.
Uerbo creauit omniformem machinam.
Uirtus paterna ſemper in verbo fuit.
Cognoſtis ipſum: nũc colendi agnoſcite
Ritum modumq;. quale ſit tẽpli genus.
Quę dedicari ſanxerit donaria.
Quę vota poſcat. quos ſacerdotes velit.
Quod mandet illic nectar immolarier
Aedẽ ſibi ipſe mente in hominis condidit
Uiuam. ſerenam. ſenſualem. flabilem.

globos hoc eſt solẽ et lunã. Preſides dieꝝ. ad illud Geñ. luminare maiꝰ qḋ preeſſet diei et minus qḋ nocti. Septentriões duas arctos dicit. Heſperos i. luciferꝝ q̄ idẽ ꝑ diuerſitate ortꝰ et occaſus heſperus eſt. Montiũ conuallia i. conualles iter mõtes poſitas. Subiugales. q̄ dicunt iumenta a iungẽdo. hoc ẽ qbꝰ aramꝰ ⁊ vehimus onera. Quę ſũt vernãtes. i. florentes odori. i. gr̄a odoris. Et eſui gratia pomoꝝ edendoꝝ. Laboꝛe ⁊ arte. i. arte laborioſa. Molitꝰ edificans. Sed iuſſione. i. verbo. Mãdauit eſſe. ex Pſal. ipſe dixit ⁊ facta ſunt ipſe mãdauit et creata ſunt Cognoſtis ipſ̄. i. dixi vnde illũ. cõgnoſcere debeatis Ritũ colendi. i. quomodo coli debeat. Quale genꝰ tẽpli. qḋ illi extruẽdũ ẽ vt rite colat. Quę donaria. i. munera ⁊ ſacrificia. Nectar. vinũ qḋ offerri debeat. Aedẽ viuã. i. tẽplũ nõ manu factũ iuxta illud apoſtoli. neſcitis q2 mẽbra vr̄a tẽplũ ſũt ſpũs ſancti q̄ i vobis ẽ. ⁊ alibi. vos enĩ eſtis tẽplũ dei. Serenã nõ obſcurã ſ3 rõis luce clarã Sẽſualẽ. i. quę habet vires ſentiendi et intelligendi. Flabilẽ. i. ſpiritalẽ. quid ſi legas ſtabilem.

Incapacem poſſe ſolui. quod exponit nõ deſtructilem. Iuxta illud ad epheſios cap. ij. in quo omnis edificatio conſtructa creſcit in templũ ſanctũ dei. Pulchrã venuſtã. pulchritudine vera hoc eſt honeſtatis. Preeminentẽ. faſtigiatã in tolũ more templi manu edificati. Illitam. depictam varijs coloribus. Sacerdos. ille ipſe cuius anima tẽplũ dei eſt: qui ſeipſum deo per ieiunia ⁊ orationes ⁊ innocentiã deo ſacrificiũ offert. Virgo fides. qꝛ

Solui incapacem poſſe nec deſtructilem.
Pulchrã. venuſtam. præeminentẽ culmine.
Diſcriminatis inlitam coloribus.
Illic ſacerdos ſtat ſacrato in limine.
Foreſqꝫ primas virgo cuſtodit fides.
Innexa crines vinculis regalibus
Poſcit litari victimas Chriſto ⁊ patri:
Quas ſcit placere. candidatas. ſimplices.
Frontis pudorem. cordis innocentiam.
Pacis quietem. caſtitatem corporis.
Dei timorem. regulam ſcientiæ.
Ieiuniorum parcitatem ſobriam.
Spem non iacentem ſemper ⁊ largam manum.
Ex his amoenus hoſtijs ſurgit vapor
Vincens odorem balſami. turis. croci.
Auras madentes perſicorum aromatum.
Sublatus inde coelum aduſqꝫ tollitur.
Et proſperatum dulce delectat deum.
Hanc diſciplinam quiſquis infenſus vetat:
Vetat probatum viuere: ⁊ ſanctum ſequi.
Vetat vigorem mentis alte intendere:
Noſtriqꝫ acumen ignis ad terram vocat.
Nec excitari vim ſinit prudentiæ.
O merſa limo cæcitas gentilium.

religiõis fundamẽtum eſt fides. ⁊ per eam intrandum eſt. Innexa crines. i. corõata. Vinculis regalibus. i. corona regia. Victimas candidatas. quẽadmodum boues ⁊ oues candidę ſolebãt offerri. ⁊ quę ſint ille victimę oſtendit. Frontis. pudorẽ. quia verecũdia eſt color virtutis vt dixit diogenes. Quietem paci. de qua pace angeli canũt ⁊ in terra pax hominib' bona voluntas. Regulaꝫ ſcientię. i. ſcientiã per quã actus noſtros regam'. Parcitatẽ ſobriã idest quę faciat nos ſobrios. Spem nõ iacentẽ. ſed quę erigat nos ad coeleſtia ſperanda. Largã manuꝫ. liberalẽ in mendicos ⁊ pauperes. Amoenus vapor. ſicut ex hoſtijs aſcendebat fumus ad deum. Auras madentes. i. ſparſas. Aromatũ perſicoꝝ. quia ex perſia ⁊ arabia odores ꝓueniũt nobis. Sublat' inde. ſ. ex tẽplo viri boni ⁊ iuſti. Dulce ꝓſperatũ. i. illud ſacrificiũ ꝓſpere cumulatũ ⁊ oblatũ. Delectat deũ. i. eſt deo acceptũ. Hãc diſciplinã. quã ego modo ꝓpoſui. Infenſus. irat' ⁊ ꝓhibẽs. Probatũ viuere. i. ꝓbe ⁊ ſãcte. Vigorẽ mẽtis. i. diuina cõtẽplari. Acumẽ ignis. i. vim intelligẽdi igneã ꝗ ex coelo traxit originẽ. vergi. igneus eſt ollis vigor ⁊ coeleſtis origo. Vim prudẽtię. i. partis intel-

O carnulenta nationum pectora.
O ſpiſſus error.o tenebroſum genus.
Terris amicum.deditum cadaueri
Subiecta ſemper intuens:nunquam ſupra.
Furor ne ſummus vltima ⁊ dementia eſt
Deos putare:qui creantur nuptijs?
Rem ſpiritalem terrulenter quærere.
Elementa mundi conſecrare altaribus.
Id quod creatum eſt conditorem credere.
Deaſceato ſupplicare ſtipiti.
Verris cruore ſcripta ſaxa ſpargere.
Aras offellis obſecrare bubulis.
Homines fuiſſe cum ſcias quos conſecras:
Vrnas deorum morticinas lambere.
Deſiſte iudex ſeculi tantum nefas
Viris iubere:fortibuſq; ⁊ liberis
Nil eſt amore veritatis celſius
Dei perennis nomen aſſerentibus.
Nihil pauori eſt.⁊ mors ipſa ſubiacet.
Dudum coquebat diſſerente martyre
Aſclepiades intus iram ſubdolam:
Stomachatus alto felle dum longum ſilet:
Bilem que tectis concipit præcordijs.
Tandem latentis vim furoris euomit.
Pro Iuppiter quid eſt:quod ex hoc audio?
Stat inter aras ⁊ deorum imagines:
Et quod fateri cogor in medio foro
Tacente memet hic perorat perditus:
Quicquid ſacrorum eſt ore foedans impio?

lectiuę. Merſa limo.i.terreſtribꝰ inuoluta. Carnulēta.i.carni ⁊ nō ſpiritui ſubiecta. Spiſſus error.i.frequens ⁊ creber.aut nubiloſus ⁊ tenebroſus vt ſtatim ſubdit. Amicū terris.i.quod amat terreſtria. Cadaueri.i.corpori ⁊ rebus corporeis. Subiecta.i. terreſtria ⁊ infima nunquā ſuperna ⁊ coeleſtia. Furor ne ſummus. q.d. furor eſt maximus. Terrulenter.i.quaſi terreſtria. q2 diuina aliter querūtur. Deaſceato.i. aſcia ſiue dolabra dolato. Scripta ſaxa. aras alicui deo iſcriptas et marie cereri ſiue bonę deę qbus porco ſacrificabaſ. Obſecrare aras.i. deos quibꝰ ſunt arę dedicate. Lambere venas morticinas deorū.i.qui fuerūt mortales ⁊ repete a ſuperioribus ſemp furor eſt de idolothito māducare. Viris ⁊ fortibꝰ ⁊ liberis. hoc eſt xpianis. Aſſerentibꝰ. cōfitētibꝰ Mors ſubiacet.i. vinciſ contēniſq;. Irā ſubdolā.i.latēter doloſam. Stomachatꝰ alto felle. ideſt iratꝰ ⁊ tū iraȝ alte cōprimēs. Dū ſilet longū.i.dū longū ſilentiū martyri accōmodat. Bilē cholera in q̄ eſt irae ſedes. Vomit.i.in exclamationē prūpit. Et in medio foro.vbi ego pſum. Et perorat.i.nō ſolū oratione vtiſ ſed etiā p oratione in qua mouētur affectꝰ vt pſuadeſ auditoribꝰ quod in oratiōe dictū eſt,

Ore impio.i.ſacrilego. O fas piorū.q.d.heu pietas ⁊ fas.i.qđ ꝑ religionē licet. O ſtatus priſci moris.i.o priſca fides. Noſtra ſaecula.i.hoīes nr̄i ſaeculi.carpūt inuenta regū pōpilioꝝ.i.numę pōpilij qui religionē in vrbē romā prim⁹ induxit.⁊ alioꝝ qui ſimiles pōpilio numę fuerūt. Sophiſtas.qui verſutis argumētationib⁹ tollūt religionē noſtram. Poſt mille cōſules.i.mille annos.qm̄ anni a cōſulib⁹ denoiabant̄.vñ lucan⁹.annū a cōſule nomē habentē Ab vrbe. roma ſub audi condita.nō qđ ſemꝑ a cōſulib⁹ res fuerit adminiſtrata. qm̄ ex mille annis qui fuerūt a cōdita vrbe ad tēpora romani martyr: roma ſub regib⁹ fuit ꝑ ducētos q̄nquaginta annos. Neſtoras.i.heroū tp̄a ex quibus nr̄a religio habuit ortū. Quicquid nouellū.q.d. hoc nouū eſt atq; ex cōſeq̄nti odiū affert ſecū. Pyrrhā conſule.q̄ fuit vxor deucaliōis ſub quo fuit diluuiū. Veſter de⁹.q.d.dormiebat ne. aut q̇d tūc faciebat. Romul⁹ puer mauortius.i. martis filius. Arcē ſepticollem.i. romam q̄ ſeptē mōtes cōplectit̄ capitolinū.exq̄linū auētinū viminalē. palatinū.celiū maiorem celiū minorē. vñ roma ſacra ſeptimōtialia fiebāt. Cōdita auſpicato.i.optimis auſpicijs ſub romulo cōdita q̇ duodecim vultures in eius fundatiōe vidit. Joui ſtatori.i.q̇ in pugna cōſerta cu⁹ ſabinis turpē fugā militū romuli ſtitit.i.ſtare fecit.vñ iupiter ſtator dict⁹. Delubra placāda.i.dij q̇ in delubris colūtur. Fauſtus procinctus.i.foelix exercit⁹ ſiue belli expeditio. Secūdet gloriā.i.fortunet ꝓncipis nr̄i victoriā. Frenet orbē.i.regat. vergi. gētes frenare ſuꝑbas. Pro ꝓncipali vita.i.pro ꝓncipis icolumitate. Hoſtē publicū.i.leſę maieſtati reū.

O fas piorum. moris o priſci ſtatus
Inuenta regum pro ſalute publica
Pompiliorum noſtra carpunt ſęcula.
Quis hos ſophiſtas error inuexit nouus:
Qui non colendos eſſe diuos diſputent:
Nunc dogma nobis Chriſtianum naſcitur
Poſt euolutos mille demum conſules
Ab vrbe Roma: ne reteram neſtoras:
Quicquid nouellum ſurgit: olim non fuit.
Vis ſummā rerum noſſe: pyrrham conſule.
Vbi iſte veſter tunc erat ſummus deus.
Diuum fauore cum puer mauortius
Fundaret arcem ſepticollem Romulus:
Quod Roma pollet auſpicato condita
Joui ſtatori debet ⁊ diis cęteris.
Hoc ſanctū ab ęuo eſt: hoc ab auis traditū.
Placanda nobis pro triumphis principis
Delubra: fauſtus vt ſecundet gloriam
Procinctus: vt que ſubiugatis hoſtibus
Ductor quietum frenet orbem legibus.
Accingere ergo quiſquis es nequiſſime
Pro principali rite nobiſcum deos
Orare vita: vel quod hoſtem publicum
Pati neceſſe eſt: ſolue poenam ſanguine.

## Romanus

Spreuiſſe tēpla.i.religionē violaſſe eſt cōtēpſiſſe iuſſa principis qui religionē ſuam obſeruari pręcipit. Ut fideles.i.ſub chriſti fide. Renaſcantur lymphis.i.baptizentur. Capiant paraclitū.ſpm̄ ſanctū qui in baptizatos deſcendit. Idoloꝝ caliginē.contrariaꝫ luci quę deus eſt vt ſupra dixit. Illud lumen. ipſum deuꝫ quo ſperamus nos fruituros. Nō obtutibus ſucculentis .i.ocul' ⁊ viſu quę in humore conſiſtunt Feneſtras corporales. ideſt oculos. Craſſum.i. nō ſpirituale ſed carneū. Res caduca.i.oculus qui corrumpendus eſt nō poteſt videre niſi qđ corrūpēdum eſt vel immutandum. Liquor animę. idē puritas ſiue claritas. Natura feruens. ideſt animus igneus vt ſępe dictum eſt. Hoc lumen.ſ. diuinum. Fieri meus ideſt chriſtianus ordine cuius ego ſum Iubenti ſcelus.ſ. impietatem. Statis.ideſt ceſſatis ab vltione. Uindices ideſt punitrices. Sulcis. ſulcando ⁊ rumpendo viſcera. Rimamini. ideſt per rimas excluditis. Uiri penſilis. ideſt in aculeo pendentis. Mucrone hiulco.ab effectu quod hiare facit vulnera. Tractim.per tractus.hoc eſt trahēdo vngulas ⁊ pectim. Longa vulnera.ideſt in longum porrecta.

Spreuiſſe templa:reſpuiſſe eſt principem.
Tunc ille:nunqꝫ pro ſalute ⁊ maximis
 Fortiſſimiſqꝫ principis cohortibus
 Aliter precabor:quem fidele vt militent:
 Chriſtiqꝫ lymphis vt renaſcantur patri:
 Capiant ⁊ ipſum coelitus paraclitum:
 Ut idolorum reſpuant caliginem:
 Cernant vt illud lumen ęternę ſpei
 Non ſucculentis influens obtutibus:
 Nec corporales per feneſtras emicans:
 Puris ſed intus.quod relucet mentibus.
 Pupilla carnis craſſa craſſum perſpicit.
 Et res caduca:quod reſoluendum eſt:videt.
 Liquidis videndis aptus eſt animę liquor.
 Natura feruens ſola feruentiſſimę
 Diuinitatis vim coruſcantem capit.
 Hoc opto lumen Imperator nouerit
 Tuus meuſqꝫ ſi velit fieri meus.
 Nam ſi reſiſtat Chriſtiano nomini:
 Meus ille talis Imperator non erit.
 Scelus iubenti crede nunquam ſeruiam.
Statis miniſtri clamitans iudex ait.
 Statis?manuſqꝫ continetis vindices?
 Non rupta ſulcis diſſecatis viſcera?
 Animam nec intus abditam rimamini:
 Erumpit vnde vox profana in principem?
Scindunt vtrumqꝫ milites teterrimi
 Mucrone hiulco penſilis latus viri.
 Sulcant per artus longa tractim vulnera.

Obliqua rectis.ita vt vulnera ex tranſuerſo in vulnera incurſent. Albet pectus.quia oſſa alba ſunt. Nitendo.i.dum nitunẽ infligendo vulnera Quicquid lancincemur.i.in quo laceramur. Non dolet. Martialis vulnus qđ fieri non dolet inquit. Heu gemenda.verba ſũt Romani de ijs qui concurrebant ad ſpectaculuꝫ.qui potius miſerandi erant:ꝙ is qui pendebat Noſtrę ſortis.i.noſtrorũ tormentorum timent exemplum. De cataſta.vinculis ſiue compedibus Splẽdor vt ſupra dixit ex epiſtola ad hebreos qui cuꝫ ſit ſplendor patris et figura ſubſtantię eius. Particeps noſter.i.homo cuiuſmodi nos ſumus Perpetẽ.non hanc breui duraturam.ſ.corporis ſed animę. Nõ occidit.i.quę immortalis eſt. Diſpares caſus.qđ ſtatiꝫ declarat quomodo diſpares. Mercis qualitas.i.ꝙ merx ſit precioſior curandum eſt. Quęnam.ſ.merx. Perpetis ſubſtantię.i.animę ĩmortalis.nam corpus cõtinuo. Caſura.i.ꝙ alioqui ſunt corrũpenda ſuapte natura. Inſtat.i.occidit modus que fuit cõſumenda. Nec diſtat.i.non refert. Fidiculę.tormenti genus per chordas ſiue quod eo fides extorqueatur ſiue ab ipſis fidibus dictum.

Obliqua rectis:recta tranſuerſis ſecant.
Etiam retectis pectus albet oſſibus:
Nitendo anhelant:diffluunt ſudoribus:
Cum ſit quietus heros in quem ſæuiunt.
Hæc inter addit ſponte Romanus loqui.
Si quæris o præfecte verum noſcere:
Hoc omne quicquid lancinamur:non dolet.
Dolet:quod error pectori inſidet tuo.
Populos quod iſtos tecum trahis perditos.
Currunt frequentes vndiqꝫ ad ſpectaculum
Gentile vulgus.heu gemenda corpora.
Crudumqꝫ noſtræ ſortis exemplum tremũt.
Audite cuncti.clamo longe.ac prædico.
Emitto vocem de cataſta celſior.
Chriſtus paternæ gloriæ ſplendor.deus
Rerum creator:noſter idem particeps
Spondet ſalutem perpetem credentibus
Animæ ſalutem:ſola quæ non occidit:
Sed iuge durans diſpares caſus ſubdit.
Aut luce fulget.aut tenebris mergitur.
Chriſtum ſecuta patris intrat gloriam.
Diſiuncta Chriſto mancipatur tartaro.
Curanda mercis qualitas:quæ nam mihi
Contingat olim perpetis ſubſtantiæ.
Nam mẽbra paruipendo quo pacto cadant
Caſura certe lege naturæ ſuæ.
Inſtat ruina.quod reſoluendum eſt ruat.
Nec diſtat ignis ⁊ fidiculæ ſeruiant:
An corpus ægrũ langor aſper torqueat:

Armet morbos.qui longe magis excruciant aliquando q̃ tormenta. Pleureſis.pro pleuritis.i.dolor lateris. Atro felle.ideſt melancholia.que fellatrum interpretatur. Ignis obductus.ideſt febris cutem inflammans ab omni corporis parte. Papulas.cutis exularationes cum rubore.vergilius.iij.geor.ardentes papulę atq; immundus olentis ſudor membra ſequebatur. Cauteribus.ideſt ferramẽtis chirurgicis quibus inurãt cor-

Cum ſępe morbos maior armet ſeuitia.
Non vngularum tanta vis latus fodit
Mucronę:quanto dira pulſat pleureſis.
Nec ſic inuſta laminis ardet cutis:
Ut febris atro felle venas exedit:
Uel ſummam pellis ignis obductus coquit:
Papulaſq; feruor ęſtuoſus excitat.
Credas cremari ſtridulis cauteribus.
Miſerum putatis quod retortis pendeo
Extentus vlnis quod reuelluntur pedes.
Compago neruis quod ſonat crepitantibus.
Sic eiulantes oſſa clamant diuidi:
Nodoſa torquet quos podagra ⁊ arthreſis.
Horretis omnes haſce carnificum manus.
Num mitiores ſunt manus medentium:
Laniena quando ſęuit hippocritita?
Uiuum ſecatur viſcus:⁊ recens cruor
Scalpellum tinguit:dum putredo abraditur?
Putate ferrum triſte chirurgos meis
Inferre coſtis:quod ſecat ſalubriter:
Non eſt amarum:quo reformatur ſalus.
Uidentur iſti carpere artus tabidos:
Sed dant medelam rebus intus viuidis.
Quis neſcit autem quanta corruptela ſit
Contaminatę carnis ac ſolubilis?

pora. Reuelluntur ideſt luxantur diſlocanturq;. Neruis crepitantibus. perinde ac ſi rumpantur. Oſſa diuidi.ideſt rumpi ⁊ frãgi illoruꝫ opinione qui podagra ⁊ arthreſi. hanc vulgus indoctum arteticaꝫ vocant.ideſt morbũ articularem. Medentiuꝫ.i.chirurgorum. Laniena carnificina. Hippocratita.quia hippocrates vinceri iubet illos qui ſecãdi ſũt. Uiuum viſcus.i.caro. vergilius primo eneid.et viſcera nudant.vnde viſceratio dicta cum carnes diſtribuebãtur viritim. Scalpellum tingit.i.madę facit ferramentum illud quo ſcalpitur caro. Putredo. pars putrida. Ouidius p̃mo meta.ſed immedicabile vulnus enſe reſcindendũ eſt ne pars ſyncera trahatur. Putate.ideſt perinde eſt me a carnificibus laminari ac ſi chirurgi deberent inurere ⁊ ſecare partes corporis mei lęſas. Secat ſalubriter.ideſt ſalutis gratia comparandę. Non eſt.eſſe non debet. Artus tabidos.membra putrida. Rebus viuidis.ideſt animę. Quanta corruptela.quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ ad galatas capi.v.

Sordet.peſtes animę notat que ex parte carnis oriuntur. Sordet.ad auaritiã referri poteſt.q̄m ſordes pro auaricia ſępe legimus.Horatius.ſepulchrũ ſiue ſordibus extrue. Tumeſcit.hoc ad ſuperbiã. Liquitur.deſluit in delicias. Foetet.ſi legas gaudet quattuor animi perturbationes tangit. Liuores.inuidiam. Regeſtum.congeſtum ⁊ coadunatum. Carni.voluptatib⁹ corporeis

Illuſa veſtis.id ē picta et auro intertexta. Vergilius .ij. geor. illuſaſq; auro veſtes.i. in quibus artifex quaſi ludēs aliquid varietate colorum depinxit. Bombix.veſtes ꝑ bombycinę. Aruinam fouet.i.pinguitudinē creat carnis nã illud pingue dicitur aruina. Tantis malis.quaſi dicat his morbis carnis. Fomitē.materiaʒ peccãdi hoc eſt corpus.Situ.ſqualore ⁊ illuuie ac ſordibus carnis reſciſſis. Libera ab oi dolore.i.quę afferũt animę dolorē.hoc ē vitia. Tyrãnus.q̄ nõ poteſt ſaeuire niſi in partes corpis. animũ vero nõ pōt cruciare. Hoc ſolum.ſ.corp⁹. Omnibus.q2 pauloposꝉ oĩbus eſt moriēdũ. Tabeſcit.in tabē deſluit ⁊ reſoluitur.

Sordet.tumeſcit.liquitur.foetet.⁊ dolet.
Inſlatur ira.ſoluitur libidine.
Plerunq; felle intincta liuores trahit.
Aurum regeſtum nonne carni adquiritur?
Inluſa veſtis.gemma.bombix.purpura
In carnis vſum mille quærunt dolis.
Luxus vorandi carnis aruinam fouet.
Carnis voluptas omne per nefas ruit.
Medere quæſo carnifex tantis malis.
Concide.carpe fomitem peccaminum.
Fac vt reſecto debilis carnis ſitu
Dolore ab omni mens ſuperſit libera:
Ne geſtet vltra quod tyrannus amputet.
Nec terrearis turba circunſtantium.
Hoc perdo ſolum:quod peribit omnibus.
Regi.clienti.pauperiq; ⁊ diuiti.
Sic vernularum.ſic ſenatorum caro
Tabeſcit:imo cum ſepulchro recondita eſt.
Iactura vilis mordet ⁊ damnum leue:
Si quo carendum eſt:perdere extimeſcimus.
Cur quod neceſſe eſt non voluntas occupat?
Natura cur non vertit in rem gloriæ?
Legale damnum deputemus præmijs.
Sed præmiorum forma quæ ſit fortibus
Videamus.illa nempe quæ nunquam perit:
Coelo refuſus ſubuolabit ſpiritus.
Dei parentis perfruetur lumine

Carēdũ eſt.ſ.vita.quã alioqui ſum⁹ amiſſuri. Volũtas occupat.i.p̄cipit ĩ ſuã laudē qđ poſtea neceſſitate ſubituri ſum⁹. Natura.i.mors naturalis.nõ vertit pro vertiꝫ. In rem gl̃ie.i.vñ laudē aſſeq̃mur. Legale dãnũ.i.poenã a lege inductã. Pręmijs.i.cõuertam⁹. in volũtatē vñ p̄miã recipiam⁹. Forma p̄mioꝝ.i.ſpecies. Spũs refuſus.i.q̄ ex coelo hã

bnit originē codē refundet. Regente chriſto.i.ſub xp̄o rege. Coelum ceu liber. Eſaie. cōplicabūtur ſicut liber coeli. & omnis militia eor defluet ſicut deflnit foliū de vinea. & ſaluator noſter dicit coelū & terrā tranſituros in aliā formā. Globus ſolis. oīa interitū & in aliā formā mutāda ſcriptura ſacra ſepe memorat. ſed impr̄mis ſolē & lunā. Sphęrā monſtrualē.i.lunā cuius curſus mōſtruo tēpore cōficitur. Pręſens vtile.i.quod in pręſenciarum vtile videtur.

Regente Chriſto ſtans in arce regia.
Quandoq3 coelum ceu liber plicabitur.
Cadet rotati ſolis in terram globus.
Spęram ruina menſtrualem deſtruet.
Deus ſuperſtes ſolus. & iuſti ſimul
Cum ſempiternis permanebunt angelis.
Contemne pręſens vtile o prudens homo:
Quod terminādū: quod relinquendū eſt tibi.
Omitte corpus rem ſepulchri & funeris.
Tende ad futuram gloriā. perge ad deum.
Agnoſce qui ſis. vince mundū & ſeculum.
Vix dum elocutus martyr hanc peregerat
Orationem: cum furens interſerit
Aſclepiades. vertat ictum carnifex
In os loquentis: inq3 maxillas manus:
Sulcoſq3 acutos & fidiculas tranſferat.
Verboſitatis ipſe rumpatur locus.
Scaturientes perdat vt loquacitas
Sermonis auras perforatis follibus:
Quibus ſonandi nulla lex ponit modum.
Ipſa & loquentis verba torqueri volo.
Implet iubentis dicta lictor improbus.
Chararat ambas vngulis ſcribentibus
Genas: cruentis & ſecat faciem notis.
Hirſuta barbis ſoluitur carptim cutis.
Et mentem aduſq3 vultus omnis ſcinditur.
Martyr fluentem fatur inter ſanguinem.

Agnoſce qui ſis. q3 tu nō es is qui digito monſtrari poteſt. ſed quiſq3 animus ſuus eſt vt Ariſtoteles in ethicis & Cicero.in.vi.de rep. ſcribunt. Interſerit. interloquitur. In os loquētis. vt confundat inſtrumenta loquendi. Fidiculas ſpeciē p genere poſuit. nā quid fidiculę poterant ori nocere. Locus verboſitatis.i.os quo verba effundit. Scaturientes auras.i. verba ex ore emanātia. Follibus.i.buccis que cū loquimur in modū folliū inflantur ad emittendam vocem. Modū. finem. Horatius. eſt mod' in rebus ſūt certi deniq3 fines. Verba.i.inſtrumenta quib' verba formātur. Chararat.i.ſculpat & ſignat. ſed caratto eſt verbuz grecū & in futuro chararo. Vngulis ſcribētib'.i.arātib' ſiue ſulcantib' faciē. Notas. litteras vt pſtaret in tranſlatione. Hirſuta barbis. aut quia barbā more gentis nutriebat. aut ex longo carcere. Carptim.i. diuiſim carpit laceratq3 vſq3 ad mentū. ipſam barbę ſedem ſiue oſſa menti. Vult' pro facie.

Grates tibi o præfecte magnas debeo:
Quod multa pandens ora iā xp̄m loquor.
Arctabat ampli nominis præconium
Meatus vnus. impar ad laudes dei
Rimas parentes inuenit vox edita:
Multiſq; fuſa rictibus reddit ſonos
Hunc inde plures. et profatur vndiq;
Chriſti patriſq; ſempiternam gloriam.
Tot ecce laudant ora: quot ſunt vulnera.
Tali repreſſus cognitor conſtantia
Ceſſare poenam præcipit. tunc ſit ait.
Per ſolis ignes iuro: qui noſtros dies
Reciprocatis adminiſtrat circulis:
Cuius recurſu lux et annus ducitur:
Ignes parandos iam tibi triſtis rogi:
Qui fine digno corpus iſtud deuoret:
Quod perſeuerant tam reſiſtit nequiter
Sacris vetuſtis: nec dolorum ſpiculis
Victum fatiſcit: fitq; poenis fortius.
Quis hunc rigorem pectori iniecit ſtupor?
Mens obſtinata eſt. corpus omne obcalluit.
Tantus nouelli dogmatis regnat furor.
Hic nempe veſter Chriſtus haud olim fuit:
Quem tu faceris ipſe ſuffixum Cruci.
Hæc illa crux eſt omnium noſtrum ſalus:
Romanus inquit. hominis hæc redemptio eſt.
Scio incapacem te ſacramenti impie
Non poſſe cæcis ſenſibus myſterium
Haurire noſtrum. nil diurnum nox capit.
Tamen in tenebris proferam claram facem.
Sanus videbit. lippus oclos obteget.

Grates debeo. pro habeo. Multa ora cum ante hac vno tantū ore loquerer. Meatus vnus. i. vnum os p̄ quod iurabat vox vna. Rictibus. i. oris aperti onibus. Vndiq;. i. ab omni parte faciei. Cognitor. i. iudex. Per ſolis ignes lucem et ſplendorē. Noſtros dies. i. etatē noſtrā quā diebus metimur. et quicquid aliud agimus. Reciprocatis. tam in motu diurno q̄ i annuo in ſe redeūdo vt dicit Vergilius. atq; in ſe ſua per veſtigia voluitur annus. Deuoret cōſumat. Spiculis. armamentis quibus dolor infertur. Fatiſcit finditur ceditq;. Stupor. qui nihil ſentit ex iflictis vulneribus. Obcalluit. calles obdurit. Haurire. i. accipere. Diurnum. i lucidum. quia lux et tenebre nō poſſunt ſimul eſſe. Claram facem. i. lucem claram. i. manifeſtam veritatem. Sanus videbit. i. qui credit ſtatim intelliget iuxta illud niſi credideritis non intelligetis. Lippus. qui lucem non admittit ex oculorum defectu. Oclos. oculos ſyncopa nota in huius nominibus ſaeclum pro ſeculum. periclum pro periculum.

Inſanabilis.qui iã habet organa vidẽdi leſa. Regẽ perennẽ.haec ſũt verba lucis:quã tenebre nõ poterãt cõprehendere. Manẽtez inſe.q: ĩtra ſe pater generat filiũ. caetera aut extra ſe creauit. Nõ minorẽ tẽpore.q: aeternaliter illũ intra ſe genuit. Fons retro.i. pricipiũ quo dies et tẽpora inceperũt. Ex patre.manãs ab illo per aeternã generationẽ. Hoc pater qd filius.quantũ ad eſſentiã quę ſignificaẽ per gen⁹ neutrũ.nã in genere maſculino falſum eſſet dicere hic eſt pater qui ẽ fili⁹. Immortalitas.diuinitas.Caducum i.hominẽ mortalez Noſtrũ.i.nos mortales. Homo ẽ peremptus. i. qua homo erat. Reſurrexit deus. i. qua de⁹ erat.vt pri. Petri. pri.et apoſtol⁹ paulus multis in locis ſcribit.ꝛ qd pr̃ ſuſcitauit illũ et qd de⁹ ſuſcitauit illum a mortuis. Congreſſa deo. i. cum deo. vergilius atq ĩpar congreſſus achilli. Geſtanti mẽbra. .ſ. humana. Duz noſtra tentat. i. tenet. Ceſſit imortalib⁹.quid ſi legas immortalitas.vt ſit ſẽſus qd ĩmortalitas. ceſſit morti.q: dicimus ex cõicatione naturaruz qd deus paſſus eſt. Stulta mũdi.ex pria Cori.

Remouete lumen dicet inſanabilis.
Iniurioſa eſt nil videnti claritas.
Audi profane quod grauatus oderis.
Regem perennem rex perennis protulit
In ſe manentem:nec minorem tempore:
Quia tempus illum non tenet.nã fons retro
Exordiorum eſt et dierum et temporum.
Ex patre Chriſtus.hoc pater:quod filius.
Hic ſe videndũ praeſtitit mortalibus.
Mortale corpus ſumpſit immortalitas.
Ut dum caducum portat aeternus deus:
Tranſire noſtrum poſſet ad coeleſtia.
Homo eſt peremptus: et reſurrexit deus.
Congreſſa mors eſt membra geſtanti deo.
Dum noſtra tentat. ceſſit immortalibus.
Stultum putatis hoc ſophiſtae ſeculi:
Sed ſtulta mundi ſummus eligit pater:
Ut ſtultus eſſet ſeculi prudens dei.
Antiquitatem Romuli ꝛ mauortiam
Lupam renarras primum:ꝛ omen vulturum.
Si res nouellas reſpues:nil tam recens.
Uix mille factis implet hanc aetatulam
Curſus dierum conditore ab augure.

pri.qd ſtultũ eſt dei ſapientius eſt hoibus.et ibidẽ q̃ ſtulta ſũt mũdi elegit de⁹.ꝛ cap.iij.ſapientia hui⁹ mundi ſtulticia eſt apud deum. Antiquitatẽ romuli confutat qd aſclepiades dixerat de antiquitate religionis romanę. Lupã mauortiã.i. martis tutelę conſecratam q̃ romulũ educauit. Omen vulturũ.cũ auſpicia vrbis condendę captans vidit duodeci vultures Nil tã recens.q̃.ſ.romuli deificatio. Uix mille tot fere anni fuerũt ab vrbe cõdita ad galeriũ ſub quo raman⁹ paſſ⁹ eſt. Faſtis.i faſtis.hoc eſt annalib⁹ q̃ faſti dicunẽ vnde eſt Ouidi⁹ de faſtis. Ab augure.romulo qui auguria captauit cũ vrbẽ eſſet cõditurus.

Sercenta regna. puta aſſyrioꝝ ſicyonioꝝ. aegyptioꝝ. que omnia fuerũt ante iouē patrē martis progenitoris romuli. Capellã gnoſiam. i. amalthcã que iouē educauit. Illa nõ ſũt quia iam perierũt. et haec que nunc ſunt aliquãdo peribunt. Expreſſa ſignis et expedita litteris. puta quod adam fuit ex fructu arboris deceptus. ⁊ per arboris crucē reſtitut⁹ iuxta illud quod eccleſia canit: et qui in ligno vincebat in ligno quoq; vinceretur. Litteris. ſ. ſacris que hoc multis ĩ locis ſignificarũt vt qđ moſes exaltauit aeneũ ſerpentē in deſerto. Conſono ore. quia idē predixerũt quãquã diuerſis eſſent locis et tēporibus. Crux adumbra. i. per figurã vmbratilē ſignificata. nã figura vmbra rei eſt: quam deſignat ſignificata ē autem haec crux ſaepe apud prophetas vt quod dominus regnauit in ligno. Combiberũt i. imbuta fuerũt crucis ſignificatõe que quidem noſtris tēporibus eſt completa. Retectis vocibus. i. apertis ⁊ manifeſtatis cũ antea fuiſſent recte. Antiquitas cõprobata. i. antiquoꝝ prophetarum dicta aetate noſtra experimento vera. Refulſit coram. i. publice eſt manifeſtata. Ore conſpicabili. i. verbis nõ obſcuris vt prius ſed perſpicuis. nam quod antea nõ intelligebatur: nunc perſpicue oculis cernimus. Veritas fluctuaret. vacillaret et infirma eſſet: niſi ea que ſunt predicta viderent oculis manifeſta. Cõminu⁹. i. prope et ante oculos. Nõ perire corp⁹. niſi ad tēpus. q2 poſtea reſurrecturi ſum⁹ quēadmodũ ⁊ xp̃s reſurrexit primitie dormientiũ qđ apl's multis ĩ locis teſtat. Crux illa nřa eſt. i. pro nobis xp̃s paſſus eſt.

Sercenta poſſum regna pridem condita
Proferre toto in orbe ſi ſit ocium:
Multo ante clara: quam capellam gnoſiam
Suxiſſe fertur Juppiter Martis pater.
Sed illa non ſunt. haec et olim non erunt.
Crux iſta Chriſti quam nouellam dicitis:
Naſcente mundo factus vt primũ eſt homo:
Expreſſa ſignis expedita eſt litteris.
Aduentus eius mille per miracula
Praenunciatus ore vatum conſono.
Reges. prophetae. iudiceſq;. et principes.
Virtute. bellis. cultibus. ſacris. ſtilo
Non deſtiterunt pingere formam crucis.
Crux praenotata: crux adumbrata eſt prius.
Crucem vetuſta combiberunt ſecula.
Tandem retectis vocibus propheticis
Aetate noſtra comprobata antiquitas
Coram refulſit ore conſpicabili:
Ne fluctuaret veritas dubia fide:
Si non pateret teſte viſu comminus.
Hinc nos. ⁊ ipſum non perire credimus
Corpus ſepulchro: quod vorãdum traditur:
Quia Chriſtus in ſe mortuum corpus cruci
Secum excitatum vexit ad ſolium patris:
Viamq; cunctis ad reſurgendum dedit.

Nos patibulum aſcendimus.ſ.cum chriſto cuiꝰ membra nos ſumus ipſe autē caput. Pe remptus nobis.i.cauſa noſtra. Nobis reuerſus.i.reſurgens vt et nos in die iudicij reſur gamus. Qui moriens homo.i.qua parte moritur eſt homo. Nam qua deus eſt imortalis permanet. Natura duplex.ſ.deꝰ et homo.ſed moritur qua eſt homo domat mortē qua eſt deꝰ iuxta illud prophete ero mors tua o mors morſus tuus inferne. Redit reſurgit. Iuxta illud qđ perire neſciat.i. in imortalitatē. Dixiſſe pauca. colligit ſupiora vt tranſitum faciat ad ſequentia. De myſticis.de myſterijs que ſupra retulit. De proceſſu ſpei .i. ſpes noſtra quo tendat. Margaritas ſpargere. iuxta illud ſaluatoris. Mat.cap.vij.quod ſanctum nō eſt canibus dandum neq̨ porcis margaritae. Profunda ratione quia nō es capax ſētentiarū que ſūt ꝓfundiores. Interroget ſenſus eſt. adducat puer ſimplex et qui neq̨ artē ſyllogizandi neq̨ artē orandi nouerit: ſed in puris naturalibꝰ vt ita dicā ſit poſitꝰ.⁊ hic ſit iudex inter nos. Cōſulamꝰ ꝓxima.i. nō altiora ſed q̄ ſūt nobis ꝓpinqua Sentētia ſimplex.i.nō fucata aut arte aliq̄ imbuta. Fuci impitus.fucū appellat.i.factū medicamētum quo vtunt mulieres:dialecticā ⁊ rethoricā et phyſicā. Septuennē.i.ſeptē annoꝝ. Fauoris liber.i.qui neutre parti faueat.i.ſit vacuꝰ amore.odio.inuidia:que ſolēt adprimere hoi verū iudiciū. Periclitemur.i.periculū hoc eſt experiētiā faciamꝰ. Nouus vigor.i.ille puer nulla arte ībutꝰ ſꝫ rex oiꝫ rudis. Ille.ſ.prefectꝰ. Hāc vocē.ſ.vt puer rudis eſſet iudex libēs ꝓ libēter vt recēs.ꝓ recēter. Lacte depulſū.i.ablactatū.vergiliꝰ i buc.depulſis arbutꝰ hedis

Crux illa noſtra eſt. nos patibulum aſcendimus.
Nobis peremptus Chriſtus et nobis deus.
Chriſtus reuerſus ipſe qui moriens homo eſt:
Natura duplex moritur:et mortem domat:
Reditq̨ in illud:quod perire neſciat.
Dixiſſe pauca ſit ſatis de myſticis
Noſtræ ſalutis:deq̨ proceſſu ſpei.
Iam iam ſilebo.margaritas ſpargere
Chriſti vetamur inter immundos ſues:
Lutulenta ſanctum ne terant animalia.
Sed quia profunda non licet luctarier
Ratione tecum:conſulamus proxima.
Interrogetur ipſa naturalium
Simplex ſine arte ſenſuum ſententia.
Fuci imperitus fac vt adſit arbiter.
Da ſeptuennem circiter puerum aut minus:
Qui ſit fauoris liber:et non oderit
Quenquam:nec vllum mētis in vitium cadat.
Periclitemur quid recens infantia
Dicat ſequendum.quid nouus ſapiat vigor.
Hanc ille ſancti martyris vocem libens
Amplexus:vnum de caterua infantium
Paruum:nec olim lacte depulſum capi:
Captumq̨ adeſſe præcipit.quid vis roga

Inquit:ſequamur? quod probarit puſio.
¶ Romanus ardens experiri innoxiam
Lactantis oris indolem filiole ait:
Dic quid videtur eſſe verum ꝛ congruens:
Vnum ne Chriſtū colere ꝛ in Chriſto patrem:
An comprecari mille formarum deoꝝ?
Arriſit infans: nec moratus rettulit.
Eſt quicquid illud quod ferunt homines deum
Vnum eſſe oportet: quod vni eſt vnicum.
Cū Chriſtus hoc ſit: Chriſtus eſt verus deus.
Genera deorum multa nec pueri putant.
Stupuit tyrannus ſub pudore fluctuans.
Nec vim decebat innocenti ætatulæ
Inferre leges. nec loquenti talia
Furor ſinebat efferatus parcere.
Quis autor inquit vocis eſt huius tibi?
Reſpondit ille mater. ꝛ matri deus.
Illa ex parente ſpiritu docta imbibit:
Quo me inter ipſa paſceret cunabula.
Ego vt gemellis vberum de fontibus
Lac paruus hauſi: Chriſtum ꝛ hauſi credere.
Ergo ipſa mater adſit exclamat. cedo
Aſclepiades: diſciplinæ ꝛ exitum
Triſtem ſuæ magiſtra ſpectet impia.
Male eruditi torqueatur funere
Infantis orba: quemqꝫ corrupit: fleat.
Adſit miniſtros vilis vt muliercula

Puſio. ideſt hic puerulus. Quod probarit. ideſt vtrius noſtrum ſententiam approbarit. Ardens. cupiens. Lactantis oris. ideſt pueri lactentis. Quid videtur eſſe verum ꝛ congruens. ideſt vtrum verius ꝛ congruentius. Eſt quicquid illud. ordo eſt, quicquid illud eſt. Quod eſt vnicum vni. ex platonis ſententia qđ deus vnum deum genuit. et quod dicunt poetę Iouem ex concuſſione capitis mineruā genuiſſe. ſed vnū pater generauit intra ſe qui et ipſe deus eſt. Nec pueri. Iuuenalis nec pueri credūt niſi qui nondū aere lauantur. Sub pudore. ideſt prenimio pudore. Fluctuans. ideſt neſciꝰ quid faceret. Leges. quarū ipſe prefectus erat executor. Autor huius. id ē quis te docuit iſta. Mater. ſubaudi eſt autor. Et deus matri. etiam eſt autor. Imbibit. ideſt hauſit ꝛ accepit ſubaudi illud. Quo paſceret. ideſt nutriret me. Fontibus gemellis. vberibus lacte manantibus: qui ſunt pares ꝛ aequales. Hauſi credere. ideſt accepi vt crederem. Magiſtra impia. aut in filium docens vnde periret. aut in deos male de illis ſentiens. Triſtem exitum. ideſt filij triſtem mortem aſpiciat. Male eruditi. ideſt in malum ꝛ perniciem illius docti. Quem corrupit. malis artibus erudiendo. Adſit vilis muliercula. hęc eſt vera lectio non abſit.

# Romanus.

Fatiget noſtros. miniſtros, delaſſando illos filius dū m torquebit inſane. Nam que fi lius patietur acrius ſentiet mater : ꝙ idem ipſe filius. vnde ſubdit. Quantulus dolor. quaſi dicat minimus dolor vexabit artus infantis: quia breui morietur: ipſa autem mater viuet in luctu filio orbata. hinc illud Quintiliani torquebis filium et fatebitur mater. Oculi parentis ſpectantis tormenta filij. Ungulę ferramenta quibus dilaniabātur martyrū corpora. vnde hymnographus. ceſſit his lacerans fortiter vngula: nec carpſit penetralia. Tollant ſublime .i. ſublimiter hoc ē in altum. Manu pulſent nates. quo modo infantes verberantur. quod iubet fieri vt paulatī creſcant tormenta cum doloribus. Plus lactis. ex Iuuenale de hedo. qui plus habet lactis quam ſanguinis. Quę cautes. ideſt quas homo ſaxeus et durus crudeliſq̄. Quis rigor ęris et ferri. i. aereꝰ et ferreꝰ Salix impacta. i. virga ſalignea illiſa corpori. Uimina. i. virgę ſanguine humide. Quē plaga fleratt. i. quē ſanguinem virgę expreſſerant: eo modo quo lachrymę ex oculis eliciuntur. ſed forte aliud verbum loco flerat reponendum eſt. Liuoribus roſcidis. i. manantibus in modum roris virgarum ictibus facientibus liuores. Genas minaces. ideſt oculos que genis integunt. ſed quomō minaces ſi illachrymabantur nimirum quia duplici laborabant affectu crudelitate ſcilicet et commiſeratione. vnde ſubdit per ora frementia barbarorum. nam et fremebant et flebant. Coronam plebium. ideſt plebeiorum qui ſtabant in circuitu ſpectantes. Non ſtetiſſe. ſub. ferunt ex ſuperioribus. Frons renitet. i. eſt leta et ſerena lucretius nec domus argento fulgens auroq̄ renitens.

Noſtros fatiget. quantulus autem dolor
Uexabat artus mortis auxilio breuis.
Oculi parentis punientur acrius:
Quam ſi cruentę membra carpant vngulę.
Uix hęc profatus puſionem pręcipit
Sublime tollant: et manu pulſent nates:
Mox et remota veſte virgis verberent:
Tenerumq̄ ictibus tergum ſecent.
Plus vnde lactis. quam cruoris defluat.
Quę cautes illud perpeti ſpectaculum?
Quis ferre poſſit aeris. aut ferri rigor?
Impacta quoties corpus attigerat ſalix.
Tenui rubebant ſanguine vda vimina.
Quem plaga flerat roſcidis liuoribus.
Ferunt minaces verberantium genas
Inlacrimaſſe ſponte dimanantibus
Guttis per ora barbarum frementia.
Scribas et ipſos et coronam plebium.
Proceresq̄ ſiccis non ſtetiſſe viſibus.
At ſola mater hiſce lamentis caret.
Soli ſereno frons renitet gaudio.

Pietas contumax.i.matris perſeuerantia.nam contumacia in malam accipitur partem. Senſum indulgentie.quia vt ait Quintilianus indulgentia eſt mollis liberorum educatio.ſed hec mater colubebat tenerum illum amorem et obfirmabat ſe ad patientiam. Ardor animi eſtuantis quia triſticia et dolor exiccant oſſa. itaque in tormentis poſiti ſitiunt. neque hoc affectu ſaluator noſter caruit dicens in cruce Joannis ca.xix. Sitio quamquam illud ſiuo aliud ſignificabat. Torua mater.i.iraſa in filium quod videbatur cedere atque vinci tormentis. Eminus.a longe. ſicut ſupra comminus prope. Hanc ſtirpem.i.talem filium mihi futurum vt vinceretur. Leto.i.mortis timore. Poſtulas? interrogatiue legendum. Fons viuus.ex Joanne.ca.iiii. aqua quam ego dabo fiet in eo fons aque ſalientis in vitam aeternam et Pſalmo.xxxv. apud te eſt fons vite. Fluentum.ideſt flumen. Vergilius xanthique fluenta deferunt. Flagrantiam ideſt ardorem.gelli9 libro.xi. vigor ille materne flagrantie paulatim reſtinguitur. Hic hic.exemplis ad animi robur puerum hortatur mater.et primo ſanctorum innocentium. Calix bibendus.alludit ad illud ex euangelio Mat h.cap.xx.poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum. Paruuli.et per appoſitionem aetas oblita lactis.&c. et eſt ordo aetas refecta poculis amaris ſanguinis:mox deinde refecta poculis dulcib9 ſum pſit. Matris et potentia.ſic Vergilius.primo enei.ad cupidinem filium loquitur. Nate

Stat impiorum corde pietas fortior:
Amore Chriſti contumax doloribus.
Firmatque ſenſum mollis indulgentie.
Sitire ſeſe paruus exclamauerat.
Anime eſtuantis ardor in cruciatibus
Hoc exigebat:lymphe vt hauſtum poſceret.
Quem torua mater eminus triſti intuens
Vultu ſeueris vocibus ſic increpat.
Puto imbecillo nate turbaris metu.
Et te doloris horror afflictum domat.
Non hanc meorum viſcerum ſtirpem fore
Deo ſpopondi.non in hanc ſpem glorie
Te procreaui:cedere vt leto ſcias.
Aquam bibendam poſtulas?cum ſit tibi
Fons ille viuus preſto:qui ſemper fluit.
Et cuncta ſolus irrigat viuentia
Intus foriſque:ſpiritum et corpus ſimul
Aeternitatem largiens potantibus?
Venies ad illud mox fluentum (ſi modo
Animo ac medullis ſolus ardor eſtuet
Videre Chriſtum) quod ſemel potum affatim
Sic ſedat omnem pectoris flagrantiam:
Vita vt beata iam ſitire neſciat.
Hic hic bibendus nate nunc tibi eſt calix:
Mille in Bethlem quem biberunt paruuli.

mee vires mea magna potentia ſolus. ſimile eſt illud Geñ. cap. xlix. Ruben primogenitus meus tu fortitudo mea. Pater. deus omnipotens iuxta illud Cani hominus ſapientia il‑lius. Vagitibus. i. infantibus: vt de inocentibus dixit. Scis ſaepe. alterum. exemplum

Oblita lactis et papillarum immemor
Aetas amaris mox deinde dulcibus
Refecta poclis mella ſumpſit ſanguinis.
Exemplum ad iſtud nitere o fortis puer
Generoſa proles matris et potentia.
Omnes capaces eſſe virtutum pater
Mandauit annos. neminem excepit diem.
Ipſis triumphos annuens vagitibus.
Scis ſaepe dixi cum docenti adluderes.
Et garrulorum ſigna verborum dares
Iſaac fuiſſe paruulum patri vnicum.
Qui cum im molandus aram et enſem cerneret
Vltro ſacranti colla praebuerit ſeni.
Narraui et illud nobile ac memorabile
Certamen: vna matre quod ſeptem editi
Geſſere pueri ſed tamen factis viri
Hortante eadem matre in ancipiti exitu
Poenae et coronae ſanguini vt ne parcerent.
Videbat ipſos apparatus funerum
Praeſens ſuorum: nec mouebatur parens.
Laetata quoties aut oliuo ſtridula
Sartago fixum torruiſſet puberem
Dira: aut cremaſſet laminarum impreſſio
Comam: cutemque verticis reuulſerat
A fronte tortor nuda teſta: vt tegmine
Ceruicem adusque dehoneſtaret caput.

adducit de iſaac im molando. ex Geñ. cap. xxij. Docenti. ſ. mihi. Adluderes . i. quaſi per ludum verba mea reddel‑res. Vergili⁹. vij. eñ nec plura alludens quod ſermus expo‑nit ad reſponſum verba cõponit vn‑de ſubdit. et garru‑lorum ſigna verbo‑rum dares. naz pue‑ri nõ exacte ꝓferũt que audiunt a vocẽ‑te. Sacranti. i. ſacri‑ficare volẽti abraã patri ſeni. Narra‑ui. tertium effert ex‑emplum de ſeptez Machabeis. ex ſecũ‑do Machabeorum volumine cap. vij. vbi latiſſime poni‑tur hiſtoria. In an‑cipiti exitu. qr forte illi defeciſſent ſi ma‑ter illos non fuiſſet exhortata. Ne par‑cerent ſanguini. im‑mo ſanguinẽ effun‑derent. Funerum ſuorum aut funerũ que ſui filij ſuſtine‑bant. aut qꝰ illoꝝ mortes erant ſua mors. Sartago ſtridula. i. ſtridens cũ in ea frigitur aliquid et hoc mortis genere obijt ex machabeis primus. Laminarũ impreſſio. i. lamina candens capiti impreſſa. ſed hoc non legitur in machabeorũ libro ſz qꝰ ſequitur videlz quod ſe cundo ex machabeis tortor de detraxit capitis cutẽ relicto cranco cute nudo. et eſt ordo. tor‑tor reuulſerat cutẽ verticis a fronte nuda teſta. i. tegmine nudata. vſque ad ceruicẽ ita vt de‑honeſtaret. i. deformaret caput tegmine ſubaudi detracto.

Clamabat illa. patere. gemmis veſtiet
Apicem corona regio ex diademate.
Linguam tyrannus amputari iuſſerat
Uni ex ephoebis: mater aiebat. ſatis
Jam parta nobis gloria eſt. pars optima
Deo immolatur. ecce noſtri corporis
Digna eſt fidelis lingua: quæ ſit hoſtia
Interpres animi. enuntiatrix ſenſuum.
Cordis miniſtra. præco operti pectoris.
Prima offeratur in ſacramentum necis.
Et ſit redemptrix prima membrorū omnium.
Ducem dicatam mox ſequentur cætera.
His Machabeos incitans ſtimulis parens
Hoſtem ſubegit ſubiugatum ſepties:
Quot foeta natis: tot triumphis inclyta.
Me partus vt feracem gloriæ
Mea vita præſtet: in tua eſt ſitum manu.
Per huius alui fida conceptacula:
Per hoſpitalem menſe biſquino larem:
Si dulce noſtri pectoris nectar tibi:
Si molle gremium: grata ſi crepundia:
Perſiſte: ⁊ horum numerū authorē adſere.

Regio diademate. i. corona quę regū eſt inſigne. Linguam tyrannus. hoc antiochus iuſſit fieri ex machabeis tertio. Pars optima. ſ. lingua. cuius laudes ex officio proſequitur. Fidelis interpres animi. nā vt Horati⁹ in poetica arte ſcribit natura. effert animi mot⁹ interprete lingua. Cordis miniſtra. i. eorū quę corde concipiūtur. Præco. quaſi preco ſit nomē cōmune duorū generū dixit lingua preco. Redemptrix. ſ. animę. Ducem dicatam. i. deo cōſecratam. Ducē. i. preuiam ⁊ oīum primā Machabeos. ſic gracce appellarunt quos vocāt hebraei aſimonaim. interpretatur aūt machabęus pugnator. nam mache eſt pugna. et macheniꝫ pugno. Septies. naꝫ toties de antiocho triumphauit mater illa cū filijs victoribus. Feracē glorię. i. fertilem ⁊ foecundam Per huius alui. adiuratio eſt. Cōceptacula. i. vterū ſiue loculos vbi concipiuntur infantes Larem hoſpitalē idest vterum in quo diuerſatus es ꝑ mēſes decem. ſ. inchoatos de quibus autores ſępe faciunt mētionem. Vergilius. matri longa decem tulerūt faſtidia mēſes. Si dulce nectar. i. lac. Vergilius. iiij. eneid. ſi bene quid de te merui fuit aut tibi quicquam dulce meū. Molle gremiū. in quo te ſępe ſuſtinui. Grata ſi crepūdia. i. amuleta ⁊ ludicra que ſolent infantibus appendi. nonnunquā incunabula ⁊ panni quibus inuoluuntur. dicuntur autē crepundia a crepitu: vnde etiam crepitacula. de quibus Martialis in diſticho cuius lemma eſt crepitaculum. Si tibi plorator de collo vernula pendet hęc quatiant tenerum garrula ſiſtra manum. Perſiſte. ideſt eſto conſtans ⁊ perſeuerans. Adſere. ideſt adſertor eſto ⁊ profitere. Authorem horum munerum. i. tantorum beneficiorū quanta nobis contulit. ſ. animum corpus vitam: vnde ſubdit.

# Romanus.

Qua nam arte. ordo ⁊ ſenſus eſt. ego neſcio qua arte. i. quomodo. Coeperis viuere nobis intus. i. cum te geſtarē intra viſcera quomodo ex inanimi factus ſis animatus. Nihilumq; illud. nō nihilū quia eſt aliquid ſemen virile ⁊ menſtruū muliebre vnde eſt hominis corpus. nam anima a deo infunditur. Animator. i. deus ſcit. ego neſcio. Si igitur q̄d viuis. quod ſpiras hoc totum dei eſt. Impendere. ſubaudi decet. vt Vergilius p̄mo eneid.

Qua nam arte nobis viuere intus coeperis:
Nihilumq; ⁊ illud vnde corpus: neſcio:
Nouit animator ſolus ⁊ factor tui:
Impendere ipſi: cuius ortus munere es:
Bene in datorem quod dedit: refuderis.
Talia canente matre iam lætus puer
Virgas ſtrepentes ⁊ dolorem verberum
Ridebat. hic tum cognitor pronuntiat.
Claudatur infans carcere: ⁊ tanti mali
Romanus author torqueatur acrius.
Illum recentes per cicatricum vias
Denuo exarabant: quaq; acutum traxerant
Paulo ante ferrum: mox recrudeſcentibus
Plagis apertas perſequebantur notas.
Quos iam ſuperbus victor ignauos vocat.
O non virile robus: o molles manus:
Vnam labantis diſſipare tandiu
Vos non poteſſe fabricam corpuſculi?
Vix iam cohæret: nec tamen penitus cadit
Vincens lacertos dexterarum inertium.
Citius cadauer dentibus carpunt canes:
Longeq; morſus vulturum efficacior
Ad deuorandas carnis oſſas mortuæ.
Languetis imbelli fame: ac fathiſcitis.

me ne incoepto deſiſtere victam. Cuius munere. i. beneficio. Ortus es. i. viuis. Quod dedit. i. vitam. Refuderis. i. reddideris. Strepentes. ſonantes cum cedebatur puer. Cognitor. i. iudex qui de cauſa cognoſcebat. Per recentes vias cicatricum. ideſt per cicatrices adhuc recētes. Exarabant. i. vngul ſulcos ex carnificando ducebant. Ferrum acutum. ideſt vngulas. Recrudeſcentibus plagis. ideſt recentatis ⁊ renouatis. Notas apertas. i. vulnerū ſigna que adhuc non coierant. Quos. ſ. tortores. Victor ſuperbus. quia victoria facit homines ſuperbos ⁊ arrogātes. et ſunt verba romāi ad tortores. Poteſſe. pro poſſe. Lucretius. pro ſi forte aliquis credit grauiora poteſſe corpora. Vix cohæret. ſ. corpuſculum. Vergilius in buco. vix oſſibus haerent. Dexterarum inertium. i. languentium ⁊ debilium ad infligenda verbera ⁊ plagas. Citius. ſubaudi q̄ vos corpus hoc meū laceratis. Languetis imbelli fame. i. cupitis me excarnificare ⁊ deſunt vobis vires. Et fatiſcitis. i. deficitis ⁊ feſſi eſtis. vnde defeſſus a defatiſcor deducitur participiū priſciano autore.

Gula ferina. qualis eſt ferarũ. Socors edacitas. i. ignaua rabies edendi. Morarum poenitet. i. vis cito perire. Fies fauilla. i. cremaberis et redigeris in cinerem. Abiens a foro. vbi iudicatus eſt ad ignem. Reſpectãs pone. i. retro. ſed retro ſuperfluit q2 reſpecto per ſe ſignificat retro aſpicio. Appello. i. prouoco. nã illõ proprie eſt prouocare: quod recẽtiores appellare dicunt. Eſſe nil. i. fruſtra. Cõplices. i. ſimul ſocij et ſectatores. Vir hominis. quia infans homo eſt ſꝫ imperfectus. Locum cedis. in quo infans iugulari et romanus cremari debebat. Primitiuũ foetum. i. infantem mater ferebat iugulandũ eo modo quo abel obtulit deo de primogenitis gregis ſui. gen. cap. iiij. Ferculo abelis. eſt ferculum quod fertur et in quo aliquid fertur. Puriorẽ ceteris. ait nãq3 ſcriptura. abel obtulit de p̃mogenitis gregis ſui et de adipib9 eorum. Immorata. immo ſtatim dedit non flens ſed leta. Patrone ex filio. quia cum ſis mihi nũc filius illic eris mihi patronus. et ẽ caſus vocatiui patrone. et eſt iungendum dulciſſime patrone. Carminis dauidici. qui eſt in ordine pſalmorum centeſimus quintuſdecimus. precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius.

Gula eſt ferina. ſed ſocors edacitas.
Exarſit iſtis turbida ira iudicis:
Seq3 in ſupremam concitat ſententiam.
Si te morarum poenitet: finem citum
Subeas licebit. ignibus vorabere
Damnatus: et fauilla iam tenuis fies.
Abiens at ille: cum foro abriperent virum
Truces miniſtri: pone reſpectans ait.
Appello ab iſta perfide ad Chriſtum meum
Crudelitate: non metu mortis tremens:
Sed vt probetur eſſe nil: quod iudicas.
Quid differo inquit ille vtroſq3 perdere:
Puerum ac magiſtrum cõplices ſecte impie?
Gladius recidat vile vir hominis caput
Infantis: iſtum flamma vindex concremet.
Sit his ſub vno fine diſpar exitus.
Peruentum ad ipſum cedis implende locum.
Natum gerebat mater amplexu et ſinu:
Ut primitiuum crederes foetum geri
Deo offerendum ſancti Abelis ferculo:
Lectum ex ouili puriorem ceteris.
Puerum popoſcit carnifex. mater dedit.
Nec immorata eſt fletibus: tantum oſculum
Impreſſit vnum. vale ait dulciſſime:
Et cum beatus regna Chriſti intraueris:
Memento matris iam patrone ex filio:
Dixit. deinde dum ferit ceruiculam
Percuſſor enſe: docta mulier pſallere
Hymnum canebat carminis dauidici.

# Romanus.

Mors ſancti.huius filij mei. Tuus ille ſeruus.ex pſalmo centeſimo vigeſimo ſecundo. ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum ſicut oculi ancillę in manibus dominę ſuę ita oculi noſtri ad dominũ deum noſtrum. Talia retexens.i.canẽs.ſic hymnographus que vox quę poterit lingua retexere.alias retexere eſt quod textum eſt nõ textum facere. Explicabat pallium.quo exciperet ſanguinẽ pueri. Tendebat manus. cũ explicato pallio. Globũ.ideſt ſanguinis vndam conglobatam. Uſtor. qui ſtruebat pyrã. Pinu arida.quo facilius ignem comprehenderet. Foeni ſtruem.ideſt cumulum fomitis. Quo paſtu.i.quo fomite. Ferocius. pro fortius. Et iã ordo eſt. ꝛ iã romanus actus.ideſt impulſus. Eminus. a longe. furca brachijs retortis.ideſt habenti brachia retorta ingerebatur. ꝛc. Hęc eius orſa.i. poſtea ꝙ hęc locutꝰ eſt. Fragor nubis hoc eſt tonitrus.nã fragor proprie de rebus dicitur fractis. ſed quia dicit ruentis poteſt intelligi de fulmine.ſed non ſignificat niſi imbrẽ de coelo cadentem.

Pretioſa ſancti mors ſub aſpectu dei.
Tuus ille ſeruus.proles ancillæ tuæ.
Talia retexens explicabat pallium:
Manuſq; tendebat ſub ictu et ſanguine:
Uenarum.vt vndam profluam manantium
Et palpitantis oris exciperet globum.
Excepit:et caro adplicauit pectori.
At parte campi ex altera immanem pyram
Texebat vſtor fumidus pinu arida
Sarmenta mixtim ſubdita:et foeni ſtruem
Spargens liquata rore feruentis picis:
Quo flamma paſtu creſceret ferocius.
Et iam retortis brachijs furca eminus
Romanus actus ingerebatur rogo.
Scio inquit ille non futurum:vt concremer:
Nec paſſionis hoc genus dictum eſt mihi:
Sed reſtat ingens:quod fiat miraculum.
Hæc eius orſa ſequitur immenſus fragor
Nubis ruentis.nimbus vndatim nigro
Præceps aquarum flumine ignes obruit.
Alunt oliuo ſemicombuſtas faces:
Sed vincit imber iam madentem fomitem.
Trepidare teter carnifex rebus nouis
Turbatus:et qua poſſet arte inſiſtere:
Uerſare torres cum fauillis humidis:
Prunas maniplis confouere ſtupeis:

Obruit ignes.ideſt extinguit. Alunt.ſcilicet tortores. Fomitem.ideſt materiã ignis combuſtibilem. Trepidare.pro trepidabat. Nouis rebus.ideſt miraculis. Inſiſtere inſiſtebat. Uerſare.ideſt verſabat. Torres.ideſt titiones. Confouere.ideſt confouebat ꝛ proprie nam fouere de foco proprie dicitur.

Semen ignis.i.ſcintillas. Querere.pro querebat. Magus nam magice imputat hec miracula non diuine potentie Carmine theſſalorum. vbi artes magice vigebant vt eſt apud lucianum et apuleium. Lucanus de necromantica phormonoe dixit. theſſalis incubuit membris. Vertere poenam in ludibrium.i.dum punitur eludere nos. Fortaſſe ceruix. per ironiã hoc dicitur Flecti.p cadi. Coibit plaga.i consolidabitur in cicatricem. Vertex.i.caput pars pro toto. Eminebit. extabit. Partem quampiam.i.aliam. Morte ſimpla.i. ſimplici et vnica. Multiplex criminoſus.i. multipliciter nocẽs. Vel iterum repete ne ex ſuperiori Tot modis. q.d. tot mortibus. Lerna.pro lernea hydra. nota eſt fabula. Imminutis corporis damnis. lege iminutus.i. truncatus damnis corporis. Ipſe hercules erit preſto.i. preſens.q.d. nõ aderit Hydrina vulnera .i. que hydre intulit nam tandẽ compreſſis faucib' hydrã exiccauit ⁊ quaſi vſtulauit. Viſcerum confinia.i.iuncturas. Vel diſparare.i. luxare conuellere et diſtrahere. Vincula nexa neruis.ideſt oſſa neruis colligata. Date hunc.ſ.romano. Oſſibus reuulſis.i.luxatis.nam qui ſcit de dolare et reſtituere oſſa luxata poterit faciliũs illa diſſipare. Nodis.i.colligationibus quod faciunt luxatorũ medici et chirurgi.

Et ſemen ignis inter vndas quærere.
Quod cum tumenti nuntiatum eſt iudici:
Commouit iram fellis implacabilis.
Quouſqʒ tandem ſummus hic nobis magus
Inludit inquit theſſalorum carmine
Poenam peritus vertere in ludibrium.
Fortaſſe ceruix ſi ſecandam iuſſero:
Flecti ſub enſem non patebit vulneri.
Vel amputatum plaga collum diuidens
Rurſus coibit: ac reglutinabitur:
Humeriſqʒ vertex eminebit additus.
Tentemus igitur ante partem quampiam
Truncate ferro corporis ſuperſtitis:
Ne morte ſimpla criminoſus multiplex
Cadat: vel vna perfidus cæde oppetat.
Quot membra geſtat: tot modis pereat volo.
Libet experiri lerna ſicut traditur
Utrum renatis pululeſcat artubus:
Ac ſe imminutis corporis damnis nouum
Inſtauret. ipſe preſto erit tunc hercules
Hydrina ſuetus vſtum ire vulnera.
Iam nunc ſecandi doctus adſit artifex:
Qui cuncta norit viſcerum confinia:
Vel nexa neruis diſparare vincula.
Date hunc reuulſis qui medetur oſſibus:
Aut facta nodis ſarciens compaginat.

# Romanus.

Omni corpore.i.toto.q.ſ.in deos inuecta eſt. Vetus fas.ideſt antiquã religionẽ. nam fas dicta eſt que prius dicebatur themis. Retectam.ideſt apertam. vergilius radijſqꝫ retexerit orbem. Palatum tractat.explorans quomodo poſſit totam linguam abſcindere.

Linguam priorem detrahat radicitus:
Que corpore omni ſola viuit nequior.
Illa procaci peſſima in noſtros deos
Inuecta motu fas profanauit vetus:
Audax ⁊ ipſi non pepercit principi.
Ariſto quidam medicus accitus venit.
Proferre linguam precipit.profert ſtatim
Martyr.retectam pandit.ima ⁊ faucium
Ille ⁊ palatum tractat.⁊ digito exitum
Vocis pererrans vulneri explorat locum.
Linguam deinde longe ab ore protrahens
Scalpellum inuſqꝫ guttur inſertans agit.
Illo ſecante fila ſenſim ſingula
Nunquã momordit martyr:aut os dentibus
Compreſſit arctis:nec cruorem ſorbuit.
Immotus ⁊ patente rictu conſtitit:
Dum ſanguis extra defluit ſcaturiens
Perfuſa pulcher menta ruffo ſtemmate
Fert:⁊ cruenti pectoris ſpectat decus.
Fruiturqꝫ ⁊ oſtro veſtis vt iam regie.
Prefectus ergo ratus elinguem virum
Cogi ad ſacrandum poſſe cum verbis carens
Nil in deorum oblacteraret dedecus
Iubet reduci iam tacentem ⁊ debilem
Multo loquentis turbine olim territus.
Reponit aras ad tribunal denuo
Et tus ⁊ ignem viuidum in carbonibus.
Taurina ⁊ exta vel ſuilla abdomina.

Exitum vocis.i. epiglotida qua vox ex arteria erumpit. Scalpellum. ferramentũ illud quo vena pertũditur in ſanguinis diminutione. ſcalprũ quoqꝫ reperitur pro nouacula. Marcian⁹ ſcalpro dicebat circuncidi vitia infantibus poſſe. Fila ſingula. ex quibus cõpacta eſt lingua. Patente ritu.i.ex ore aperto. Ruffo ſtẽmate.i.coronã quã ex ruffo ſanguine eſt aſſecutus. ſtẽma namqꝫ a ſtepho quod eſt corono deducitur. Oſtro veſtis regie.nã oſtruz hoc eſt purpura veſtibus tantũ accõmodabatur principum. q.d. tam honorific⁹ erat hic ſanguis in veſte romani quã purpura in veſtibus regum. Oblacteraret. blaterare inquit feſtus eſt ſtulte ⁊ percupide loqui. nouı⁹ quoqꝫ multa.de hoc verbo. Multo turbine.ideſt magno impetu ⁊ vehementia:qua obruebatur antea. Abdomina ſuilla.ideſt porcina, ⁊ eſt abdomen pingue illud quod inteſtinis obducitur.

Inſufflat.cum nō loqueretur in contēptū inſufflauit illos. Nunquid.i.aliquid. Intimo pulmone.vnde eſt vocis origo interior. Torta.i.repercuſſa. Sub teſtudine oris.i. ſub coelo hoc eſt oris concauitate. Ex palato repercuſſo.idem eſt quod ex teſtudine oris. De pectine dentiū.nā vox articulata complures litteras format inter linguā ⁊ dentes.vt .t.d.th.f.v.conſonās. Pectine dentiū.i.de dentibus vel a dentib⁹ pectinatim coeuntib⁹.

Ingreſſus ille vt hos paratus perſpicit:
Inſufflat ipſos ceu videret dæmonas.
Irridet hoc Aſclepiades lætior.
Addit deinde.nunquid inclementius
Sicut ſolebas es paratus dicere?
Effare quod vis:ac per ora ediſſere.
Permitto vocem libere vt exerceas.
Romanus alto corde ſuſpirans diu
Gemitu querelam traxit:⁊ ſic orſus eſt.
Chriſtum loquenti lingua nunquam defuit.
Nec verba quæras quo regantur organo:
Cum predicatur ipſe verborum dator:
Qui fecit vt vis vocis expreſſa intimo
Pulmone ⁊ oris torta ſub teſtudine
Nunc ex palato det repercuſſo ſonos:
Nunc temperetur dentium de pectine:
Sitq; his agendis lingua plectrum mobile.
Si mandet idem.faucium ſic fiſtulas
Spirare flatu concinentes conſono:
Vt verba in ipſis explicent meatibus:
Vel exitu oris cymbalis profarier
Nunc preſſa parce labra nunc hiantia.
Dubitas ne verti poſſe naturæ ſtatum:
Cui facta forma eſt:qualis eſſet primitus?
Hanc nempe factor vertere vt libet poteſt.

Lingua plectrū mobile. q: lingua ē quaſi plectrū quod ferit certa loca ad formandū verba. ⁊ puto pro nunc vtrobiq; legēdū eſſe nec vt ſit ſenſus. qui deus fecit in me vt vox expreſſa ex intimo pulmone:repercuſſa ad coelum nec det ſonos ex palato repercuſſo. nec temperet de pectine dentium.neq; ſit. His agendis.i. formandis lingua. ⁊ cetera quod duobus exemplis probat ſe eo modo loqui quo ſi de⁹ vellet loqueretur fiſtula vel cymbalum:que habent ſonos ⁊ non voces articulatas. In ipſis meatibus. id eſt fiſtulis quaſi arterijs. Labra preſſa. vt in prolatione. b.p. ph. in litteris nunc hiantia. vt in alijs litteris,quaſi dicat. ita poſſent loqui cymbala ⁊ fiſtule perinde ac ſi haberent inſtrumenta quibus formantur litterę ⁊ voces articulate. Statum naturę verti.id eſt mutari ab illo.ſcilicet. Cui,id eſt a quo. Forma. id eſt oris figura.

Leges texere ac retexere. ideſt ponere ac tollere. Sic vergilius. vi. eneidos. leges fixit atq; refixit. Poſtulet. deſideret. quia poteſt facere vt ſine lingua quis loquatur. Preſſit pede. quo pacto abſente ſaluatore diſcipuli obruebantur vndis ad quos per fluctus venit. ex Mattheo. cap. xiiij.

Poſitaſq; leges texere. ac retexere:
Linguam loquela ne miniſtram poſtulet.
Vis ſcire noſtri numinis potentiam?
Fluctus liquentis æquoris preſſit pede.
Natura fluxa ac tenuis in ſolidum coit.
Quæ diſpar illis legibus: quis condita eſt:
Solet natatus ferre: fert veſtigia.
Habet vſitatum munus hoc diuinitas:
Quæ vera nobis colitur in Chriſto ꝛ patre.
Mutis loquelam: percitum claudis gradum:
Surdis fruendam reddere audientiam.
Donare cæcis lucis inſuetæ diem.
Hæc ſi quis amens fabuloſa exiſtimat:
Vel ipſe tute ſi parum fidelia
Rebare pridem: vera cognoſcas licet.
Habes loquentem: cuius amputaueras
Linguam. probatis cede iam miraculis
Horror ſtupentem perſecutorem ſubit.
Timorq; ꝛ ira pectus in caliginem
Vertere. neſcit vigilet: an ne ſomniet.
Miratur hærens quod ſit oſtenti genus.
Formido frangit. armat indignatio.
Nec vim domare mentis effrenæ poteſt.
Nec quo furoris tela vertat: inuenit.
Poſtremo medicum ſæuus inſontem iubet
Reum citari. nundinatum hunc arguit

Fluxa ꝛ tenuis. qualis eſt aquę. Coit. condenſatur: vt ſuſtinere poſſit ne cedat põderi. Diſpar. contraria. Quis. pro quibus puta q; ſit natabit nunc autẽ ſub chriſto ſuſtinet veſtigia Hoc munus. ideſt officium quod facit miracula vt hoc qđ dixit ꝛ que ſequuntur. gradum percitum. i. velocẽ. alias percitus. i. cõmotus Audiẽtiam. actũ audiẽdi. Cede miraculis. ideſt vincere ꝛ dare locum. Vertere pro vertebat. in caliginẽ. id ẽ ignorantiam verti qꝛ ira impedit animũ ne poſſit cernere verum. Haerens dubitans. Iuuenalis. hęremus dicat ipſa Formido ꝛ indignatio. affectus contrarij in eodem homine. vim. ideſt violentiam ꝛ impetuz

Quo. ideſt in quẽ ſaeuiat: cum non poſſit in romanum. Citari. in ius vocari. Nundinatum. ideſt ad diem certum vocatum. nam nundinari eſt in vrbem litis cauſa ad certum diem venire. aliquando etiam alijs de rebus. Pactus cum romano precium faciens.

Colluderet.i.colluſionem faceret. Irritum.i.vanum nihilqꝫ efficiens. Retunſis.i.obtuſis et hebetibus. Sauciata parte et non totam linguam. Uſqꝫquaqꝫ omni ex parte alias ſemper alias vbiqꝫ ſigt. Manere.ꝛc. ſubaudi iudex dicebat non poſſe et non poſſe iterū verba exprimi in oris cōcauitate ſine lingua quę moderatur verba. Eſto.concedam' quod erūpat vox aut ſpiritus non tamen articulatus. Uacuo. ſpecu. i. ex ore vacuo aut thorace Echo.i.per repercuſſionē vō̄ generatur echo. Oratio. que conſtat vocib' articulatis. Ueris veritate et experimento. Calumniam falſam criminationem. Hauſtus patentes. i. partes per quas haurim' cibum potumqꝫ. Regat ſpiramina idest formet voces in verba quod eſt linguę officium. Puncto leui. ideſt punctura modica. Plectro. i. lingua. Cicero.ij. de natura deorum plectri ſimilem linguam noſtra ſolent dicere. Fatus. i. loquela a faris vel fare. Magiſtra vocis. i. lingua vt dicit verborum moderatorē. In vitium cadit. ideſt viciatur et lęditur. Fiat periculum.i.experimentum. Terentius.fac periculum in litteris. fac impaleſtra Lingua eruta. i.euulſa. Uox fragoſa.i.horrida et aſpera.ſed ſi elinguis fiat nullam habebit omnino.

Clamor inconditus. ideſt inarticulatus. Nil ſtridulum. ideſt non modo non emittet vocem ſed neqꝫ ſtridorem quidem.

Mercede certa pactus vt conluderet:
Aut ferrum in ore nil agens et irritum
Uerſaſſe fruſtra.ſeu retunſis tactibus
Aut arte quadam vulnus illatum breue:
Quod ſauciata parte linguam læderet:
Neruos nec omnes vſquequaqꝫ abſcinderet.
Manere ſaluam vocis armoniam probe
Non poſſe inani concauo verba exprimi:
Quæ concrepare lingua moderatrix facit.
Eſto vt reſultet ſpiritus vacuo ſpecu
Echo:ſed extat inde non oratio.
Ueris refutat medicus hanc calumniam.
Scrutare vel tu nunc latebras faucium:
Intraqꝫ dentes curioſum pollicem
Circunfer:hauſtus vel patentes inſpice:
Lateat ne quicquam:quod regat ſpiramina.
Quanquam forallem forte ſi puncto leui:
Tenui ve linguam contigiſſem vulnere.
Titubante plectro fatus eſſet debilis.
Nam cum magiſtra vocis in vitium cadit:
Uſus et neceſſe eſt et loquendi intercidat.
Fiat periclum ſi placet:cuiuſmodi
Edat querelam quadrupes lingua eruta
Elinguis:et quē porca grunitum ſtrepat:
Cui vox fragoſa.clamor eſt inconditus:
Probabo mutam nil ſonare ſtridulum.

# Romanus

Salutem principis. ſic iurare conſueuerſit ſubditi. per vitam et per genium principis. Suggilet verba. forte ſuggerat. i. ſubminiſtret: qꝛ ſuggilare aliud eſt. Latronē chriſtianorū. i. perſecutorem et carnificem. Non bubulus. i. a bone ꝓfuſus. Agnoſcis illū. ſ. bubulum ſanguinē: et quod non eſt hic bubulus ſed meus. Pagane. i. non initiate ad chriſtianorū ſacra ſed profane. et eſt tranſlatio ſumpta ex eo quod omnis homo aut miles eſt aut paganus. Veſtri bouis. i. quem vos ſacrificare conſueuiſtis. Litata cęde. i. in ſacrificio effuſo bouis ſāguine. Scrobe acta ſub terram. videtur ſignificare terentina ſacra quę fiebāt romę i campo martio in loco qui dicebatur terētos i quo erat ara diti patri ſacra pedib⁹ viginti ſub terraꝫ defoſſa ſacrificabatur autē bos nigra. Infulatus. i. infula indutum habens caput quod erat ſacerdotum inſigne vt nūc eſt epiſcoporū mitra. Tempora. i. ipſe feſtus et quaſi die feſto ornatus.

Teſtor ſalutem principis me ſimplici
Functum ſecantis arte iudex optime:
Seruiſſe iuſſis abſqꝫ fraude publicis.
Sciat hic: quis illi verba ſuggillet deus.
Ego vnde mutus ſit diſertus: neſcio.
His ſe Ariſto purgat. at contra impium
Nil hæc latronem Chriſtianorum mouent.
Magis magiſqꝫ fertur in veſaniam.
Quærit num alienus ſanguis ille aſperſerit
Virum: ſuo ne fluxerit de vulnere.
Reſpondit his Romanus. eccū præſto ſum.
Meus iſte ſanguis verus eſt: non bubulus.
Agnoſcis illum: quem loquor miſerrime
Pagane veſtri ſanguinem ſacrum bouis:
Cuius litata cæde permadeſcitis
Summus ſacerdos nēpe ſub terram ſcrobe
Acta in profundum conſecrandus mergitur
Mire infulatus: feſta vittis tempora
Nectens: corona tum repexus aurea:
Cinctu gabino ſericam fultus rogam.
Tabulis ſuperne ſtrata texunt pulpita
Rimoſa rari pægmatis compagibus.

Repexus. aut nimium pexus. vt perſius. pexus togaqꝫ recenti. aut quod ſacerdoti caput repecteretur vt turbarentur capilli. Ouidius. iij. de arte illa depexa modo eſt.
Cinctu gabino. i. precinctus et expeditus Vergili⁹ libro. vij. ipſe quirinali lituo cinctuqꝫ gabino et Lucan⁹ in pri. ritu ſuccincta gabino. Fultus togam. i. habens togam ſericeam
Superne. i. a parte ſuperiori ſcrobis. Pulpita ſtrata. i. ſtragulis operta. Rimoſa. vt per rimas defluat ſanguis in ſcrobē. Rari paegmatis. i. pulpiti in modum paegmatis ſuggeſti. rarum autem dixit pro rimoſum. eſt autem paegma machina ex tabulis compacta que rotis impoſita poterat deferri per vrbem. Iuuenalis et paegma et pueros inde ad velaria raptos.

Aream.i.pulpiti illius planiciē quā dixit rimoſaz. Minutis hiatibus.i.foraminib⁹ per que defluat ſanguis Huc taurus.ſacrificandus.ſ.qui ad arā ferebaẗ ornatus lintheo candido ⁊ cornib⁹ auratis.⁊ ſerti ex florib⁹ Fulgor bractealis.i.ex bracteis auri. quibus eſt inauratus. Uenabulo.vł cultro vel alio ferramēto cū venabulū ſit venationi aptū. In texta.i. tabulata tabulis cōtexta.i modū pōtis ſublicij Flumē vapoꝝ.i. ſāguinis euaporātis Tabidū rorē.i. ſanguinē iā corruptū ʒ q̄ extra venas i modū roris ſparſū. Defoſſ⁹.ſ.i ſcrobe quā dixit putrefactus.i. maculatus et tabidus. Qui nos ſupinat.i.organa oīꝫq̄n q; ſēſuū erigit vt ſāguinē excipiat. Genas oculorū palpebras aut malas. Cadauer.ſ.bouis. Sāguie egeſto.i.exhauſto.ab illa cōpage.i.ſcrobe cui ſuprapoſitū erat pulpitū ex tabulis cōpactū. Amictus ebrios.i. ſanguine madefactos. Recentis piaculi.i.ſacrificij facti in piaculū.i. purgatiouē aiaꝝ. Eminus a longe nō audēt os accedere ꝓpter venerationē ſacerdotis

Scindunt ſubinde vel terebrant aream:
Crebroque lignum perforant acumine:
Pateat minutis vt frequens hiatibus.
Huc taurus ingens fronte torua ⁊ hiſpida
Sertis reuinctus aut per armos floreis:
Aut impeditis cornibus deducitur.
Nec non ⁊ auro frons coruſcat hoſtiæ:
Setasque fulgor brattealis inficit.
Hic vt ſtatura eſt immolanda belua:
Pectus ſacrato diuidunt venabulo.
Eructat amplum vulnus vndā ſanguinis
Feruentis.inq; texta pontis ſubditi
Fundit vaporum flumen:⁊ late æſtuat.
Tum per frequentes mille rimarum vias
Illapſus imber tabidum rorem pluit:
Defoſſus intus quem ſacerdos excipit
Guttas ad omnes turpe ſubiectans caput.
Et veſte et omni putrefactus corpore
Qui nos ſupinat obuias offert genas.
Supponit aures.labra.nares obicit.
Oculos et ipſos perluit liquoribus.
Nec iam palato parcit:et linguam rigat:
Donec cruorem totus atrum conbibat.
Poſtquam cadauer ſanguine egeſto rigens
Compage ab illa flamines retraxerint:
Procedit inde pontifex viſu horridus.
Oſtentat vdum verticem,barbam grauem.
Uittas madentes.atq; amictus ebrios.
Hunc inquinatum talibus contagijs.
Tabo recentis ſordidum piaculi
Omnes ſalutant atq; adorant eminus:
Uilis quod illum ſanguis et bos mortuus

Lauerint.i.expiauerint. Hecatomben.i.centũ boum hoſtiam.de qua ſaepe homerus.⁊ Iuuenalis qui promittat hecatomb em.vnde ſubdit centena ferro. ⁊c. Augures. id eſt hi ſi ſacrificuli. Macellum puluinariũ.i.ſacrificia templorũ redundantia cruore quaſi in macello. puluinaria aũt ſternebantur in honorẽ deorum Cicero in quarto thuſ. deorũ inquit puluinarib⁹ ⁊ epulis magiſtratuum. Vos metipſi de ſacerdotibus bellonę dicit: qui non alieno ſed ſanguine ſuo deę ſacrificabant et vtraqꝫ manu gladijs ſtrictis armati per vrbem efferebantur.et ita vaticinabantur fanatici.i.furibundi. Matrem deã. lego deum pro deorum.i. cibelen. ex apuleij ſententia qui tres deas bellonã cibelen iſidem in idem numẽ eſſe putat ⁊ Iuuenalis eoſdẽ ſacerdotes illis attribuit. cum dicit bellonę matriſqꝫ deum chorus intrat. ⁊c. Rotare.ſubaudi caput Parta.i. parata. Coelum.i.diuinitatem. Hic.ſ.gallus ſacerdos matris deorum. Metenda. i. ſecanda. Horatius. pri. ſer. caudãqꝫ ſolacem

Foedis latentem ſub cauernis lauerint.
Addamus illam vis hecatonben tuam:
Centena ferro cum cadunt animalia:
Variaqꝫ abundans caede reſtagnat cruor:
Vix vt cruentis augures natatibus
Poſſint meare per profundũ ſanguinem?
Sed quid macellum pingue puluinarium?
Quid maximorum lancinatores gregum
Euiſcerata carne crudos criminor?
Sunt ſacra: quando voſmetipſi exciditis.
Votiuus et cum membra detruncat dolor:
Cultrum in lacertos exerit fanaticus:
Sectiſqꝫ matrem bracchijs placat deam.
Furere ac rotare ius putatur miſtycum.
Parta ad ſecandum dextra fertur impia.
Coelum meretur vulnerum crudelitas.
Aſt hic metenda dedicat genitalia.
Numen reciſo mitigans ab inguine
Offert pudendum ſemiuir donum deae.
Illam reuulſa maſculini germinis
Vena effluenti paſcit auctam ſanguine.
Vterqꝫ ſexus ſanctitati diſplicet.
Medium retentat inter alternum genus
Mas eſſe ceſſat ille: nec fit foemina.
Foelix deorum mater imberbes ſibi

demeteret ferro. Numen.i.deam cibelen. Nam putabant id eſſe ſacrificij quoddam genus Iuuenalis.mollia qui ſamia ſecuit genitalia teſta. Semiuir. quoniã genitalia amiſit. Donũ pudendum.i.mentulam virilem Vena maſculini generis.i.genitale virile qꝺ venis conſtat.Horatius.nam ſimul acvenas inflauit tetra libido. Sanctitati.i.deę ſanctę nam gallus neqꝫ vir eſt neqꝫ foemina vnde et ſemiuir appellaꝛ. Imberbes aut qꝛ caſtratis decidũt barbę vnde Iuuenalis et deſperatio barbę aut qꝛ ephebi ad hoc mun⁹ eligebanꝛ.

Leuibus.acutis et politis. Sacrandus.ſacerdos ille gallus. Sphragitidas. ideſt medicamenta ex terra ſphragitide hoc eſt ſigillata:que valet ad cicatricanda vulnera.Celſus libro.v.paſtillus ad glutinandū vulnus ſphragis nuncupatur.nam ſphragizo eſt ſigillo ſiue cōcludo. Membra.ideſt genitalia abſciſſa. Igniuerint.i. acus ille fuerint ignite. ſʒ vſitatus eſt igneo vel igneſco. Stigmarit. pro ſtigmati ſauerit .i. ſtigmati notauerit. Obducit cutem.ideſt operit partē illam cauterio notatā. Tormenta inuri. ideſt per inuſtionē infligi. Finis.mors que eſt malorum finis.
Iam non licebit. ſcilʒ poſt mortem.
Cedas. ideſt vincaris. Et deſinas. ſcilicet torquere. Sector.ideſt carnifex qui ſecat membra. Sed peremptoris.ordo eſt.Sed manus perēptoris ſtrangulatrix faucium ſuccedet illis ſcilicet faucibus.quia vox inquieta oris garruli aliter neſcit ſilere ꝙ ſi fregero tubam. ideſt intercluſero vocis meatus per ſtrāgulationē.

Parat miniſtros leuibus nouaculis.
Quid cum ſacrandus accipit ſphragitidas:
Acus minutas ingerunt fornacibus.
His membra pergunt vrere.vt igniuerint
Quancunqʒ partem corporis feruens nota
Stigmarit:hanc ſibi conſecratam prædicant.
Functum deinde cum relinquit ſpiritus:
Et ad ſepulchrum pompa fertur funeris:
Partes per ipſas imprimuntur bracteæ.
Inſignis auri lamina inducit cutem.
Tegitur metallo:quod peruſtū eſt ignibus.
Has ferre poenas cogitur gentilitas.
Hac dij coercent lege cultores ſuos.
Sic dæmon ipſe ludit hos:quos ceperit.
Docet execrandas ferre contumelias.
Tormenta inuri mandat infelicibus.
At noſter iſte ſanguis ex veſtra fluit
Crudelitate.vos tyrannide de impia
Exulceratis innocentum corpora.
Si vos ſinatis:incruente viuimus.
At ſi cruente puniamur:vincimus.
Sed iam ſilebo.finis inſtat debitus.
Finis malorum.paſſionis gloria.
Iam non licebit improbe.vt licuit modo.
Torquere noſtra vel ſecare viſcera.
Cedas neceſſe eſt victus:et iam deſinas.
Ceſſabit equidem tortor et ſector dehinc.
Iudex minatur:ſed peremptoris manus
Succedet illis ſtrangulatrix faucium.
Aliter ſilere neſcit oris garruli
Vox inquieta.quam tubam ſi fregero.
Dixit.forasqʒ protrahi iuſſit virum

Carceris noxialis.i.in quo noxij ſunt clauſi. Lictor nefandus. ſic appellatur conſulis aut pretoris miniſter. Vinculis.ſ.corporis in quibus violenter detinetur ex platonis ſententia.ad quod alludit apoſtolus cum dicit cupio diſſolui et eſſe cum chriſto.et alibi. miſer Ego quis me liberabit a corpore mortis hui⁹. Principi.quēadmodū diximus galerio ceſari. qui hūc aſclepiadē pfecerat ātiochie Ordinē voluminū .i. volumina librorū explicatū. Tragoedie. Nam haec materia quodaz modo tragica fuit. In faſces.ſ.librorū vel potius in annales qui a conſulib⁹ nomē acciplebant quorū faſces erant inſignia cum ſecuribus. Cōſicit oblitterat .q: ſ acti ſub galerio nō reperitur hui⁹.martyris paſſio. Inſcripta chriſto. in libro vite de quo in Apocalipſi.et in euangelio Luce cap.x.noīa veſtra ſcripta ſunt ī coelis. Apex.qui litteris hebraicis preſertim īponi conſueuit Obſoleſcet.i. oblitterabitur.vnde obſoleta dicuntur deſueta longo vſu. Angelus adſtans.ex euāgelio angeli inquit eorum ſemper vidēt faciē patris pingēs deſcribens. Sanguinis dimēſio.i.quantitas. Sulcus.qua ductuz eſt ferrum.

Trudi in tenebras noxialis carceris.
Elidit illic fune collum martyris
Lictor nefandus.ſic peracta eſt paſſio.
Anima abſoluta vinculis coelum petit.
Geſta intimaſſe cuncta fertur principi
Praefectus addens ordinem voluminum:
Seriemqꝫ tantae digerens tragoediae
Laetatus omne crimen in faſces refert
Suum tyrannus chartulis viuacibus.
Illas ſed aetas conficit diutina.
Fuligo fuſcat.puluis obducit ſitu.
Carpit ſenectus:aut ruinis obruit.
Inſcripta Chriſto pagina immortalis eſt:
Nec obſoleſcet nullus in coelis apex.
Excepit adſtans angelus coram deo:
Et quae locutus martyr:et quae pertulit:
Nec verba ſolum diſſerentis condidit:
Sed ipſa pingens vulnera expreſſit ſtilo
Laterum.genarum.pectoriſqꝫ. et faucium.
Omnis notata eſt ſanguinis dimenſio.
Vt quanqꝫ plagam ſulcus exarauerit.
Altam.patentem.proximam.longā.breuem.
Quae vis doloris.qui ve ſegmenti modus.
Guttam cruoris ille nullam perdidit.
Hic in regeſtis eſt liber coeleſtibus
Monimenta ſeruans laudis indelebilis:
Relegendus olim ſempiterno iudici
Libramine aequo:qui malorum pondera

Proximam.i.in cutis ſūmitate vt ſit contrariū ei quod dixit altā hoc eſt profūdā. Segmēti.i.ſecationis .nā a ſeco dr̄ ſegmentū. In regeſtis.i.in voluminibus in quib⁹ cōtinētur acta

et res geſtę. Nā corrupte dr̃ volumē illud Gregorij regiſtrū, p regeſtis. Et premiorū. i. bonoꝝ id quod ſequit̃, p eo qđ precedit. Inter hedorū greges. i. inter peccatores qui ſiſtendi ſunt ad ſiniſtrā iudicis ex euangelio Mat. cap. xxv. Dignoſcerer eminus. i. a longe me conſpiceret Roman' Hoc. ſ. romano. Transfer hunc hedū. ſ. a ſiniſtra i dextrā. 7 ſis agn' ꝛc.

Et premiorum comparabit copias.
Vellem ſiniſter inter hedorum greges
Ut ſum futurus eminus dignoſcerer:
Atqꝫ hoc precante: diceret rex optimus:
Romanus orat. tranſfer hunc hedum mihi.
Sit dexter agnus induatur vellere.

Finit Romanus.

## Au. Pru. Cl. V. C. Peri ſtephanon.

Emiterij et chaledonij martyrum.

Hos duos martyres calaguritanos fuiſſe ſatis conſtat ex hymno cuius initiū eſt biſnouem noſter vbi legit̃ Calaguris ambos quos veneramur. Naꝫ qđ in quadā hiſtoria illorū legitur fuiſſe legionarios. i. ex legione ciuitate ex errore ortum eſt: qm̃ fuerunt milites ex quadā ipa toria legione vocati ſunt autem emiterius et caledoni' ſiue vt in recentiorib' libris legimus emiterius et celedoni' ſiue chelidonius Scripta ſunt coelo ode monocolos qualis eſt illa da puer plectrum. prima pars huius carminis cōtinet laudes martyrum et loci in quo eorum corpora ſunt ſepulta qui mira multorum populorum veneratione frequentatur propter miracula que ibi fiunt. deinde ponit ipſorum vitam et martyriuꝫ. tum poſtea redit ad miracula. Coelo. iuxta illud Luce. ca. x. noia veſtra ſcripta ſunt in coel' duorum martyrum quorū non ponit noia ſicut neqꝫ poſuit in hymno duodeuiginti martyrū caeſarauguſtanorū. Notis ſanguinis. i. litteris ex ſanguine martyrū ſcriptis Terra ibera. aut hiſpana que a graecis dr̃ iberia. aut ꝓpꝛie ibera vbi ē calaguris vnde ſunt hi duo martyres. vt nr̃a geſtabit calaguris ambos quos veneramur.

### Hymnus in honorem ſanctorū Martyrum Emiterij et Chaledonij Calagurritanorū.

Scripta ſunt coelo duorū martyrū vocabula:
Aureiſqꝫ Chriſtus illic annotauit litteris
Sanguinis notis eadē ſcripta terris tradidit.
Pollet hoc felix per orbem terra ibera ſtēmate.

Stemmate.i.corona vt in romano diximus vel nobilitate poſuit. Hic locus.ſ.calagu-ris celtiberorum vrbs. Pudicus.caſtus et mundus. Hoſpes. qui reciperet.alias qui re-cipitur. Calentes vndas cede.i.ſanguine duorum martyrum effuſo. Confrequentant. concelebrant. Incolę calagurritani. Colon⁹ exteri orbis. i.peregrinus. Fama proditrix.i manifeſtatrix.nam prodere eſt procul dare in hac ſignificatione. Ambiant.i.ambitioſe obſeruent. ſumptum verbum ab ijs qui ſuffragatores aſſectantur ad obtinendos magiſtratus. Puras preces. i. honeſtas nam tales eſſe debent ſi volum⁹ aliquid a deo ĩpetrare vt etiam perſius et Iuuenalis dicit Terſis fletibus. nam venerat flens ⁊ redit lętus lachrymis abſterſis et exiccatis. Suffragantum ideſt martyrum qui ſunt nobis apud deum ſuffragatores. Non ſinant. ordo eſt. Audiunt. ſcilicet preces ſupplicum. et ſtatim ferunt p̃ces ad deum. vt nõ ſinant inane. i. vanum. Murmur. ideſt preces ſubaudi quas vllus fuderit voce non alta ſed ſuppreſſa iuxta illud perſij murmur humileſq; ſuſurros tollere de templis. Ab ipſo fonte.a deo quia vt Iacob⁹ in canonica ſcribit cap.pri. omne datum optimum et omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum.quę dona.ſcilicet a deo profecta. Irrigant cauſas.ideſt fouent et recreant et ſanant morbos vnde cauſarij dicuntur valitudinarij vt digeſtorum libro de re militari. cauſaria miſſio eſt quę propter valitudinem laboribus militię ſoluit. Suis teſtibus. ideſt martyribus. Nam martyr interpretatur teſtis. Diſpendio ſanguinis.ideſt iactura et damno mortis. Lux longior.i.vita immortalis.rependit recompenſat.

Hic locus dignus tenendis oſſibus viſus deo:
Qui beatorum pudicus eſſet hoſpes corporũ.
Hic calentes hauſit vndas cęde tinctus duplici.
Illitas cruore ſancto nunc arenas incolę
Confrequentãt obſecrãtes voce. votis. munere.
Exteri nec nõ et orbis huc colonus aduenit.
Fama nã terras in omnes prę cucurrit ꝓditrix
Hic patronos eſſe mũdi:quos p̃cantes ambiant.
Nemo puras hic rogãdo fruſtra cõgeſſit preces.
Lętus hinc terſis reuertit ſupplicator fletibus:
Omne quod iuſtũ popoſcit impetratũ ſentiens.
Tanta pro noſtris periclis cura ſuffragantũ eſt:
Nõ ſinãt inane vt vllus voce murmur fuderit.
Audiunt:ſtatimq; ad aurẽ regis ęterni ferunt.
Inde larga fonte ab ipſo dona terris influunt:
Supplicũ cauſas petitis quę medelis irrigant.
Nil ſuis bonus rigauit chriſtus vnquã teſtibus.
Teſtibus quos nec catenę:dira nec mors terruit
Vnicum deum fateri ſanguinis diſpendio:
Sanguinis ſed tale damnũ lux rependit longior.

Membra. ordo eſt. donare ferro hoſtili membra texta ⁊ compacta. Venis languidis. i. ęgrotantibus quę alias erant conſumenda morbis. Nobilis porta. per quam intratur ad coeli aulam. Fonte rubro. i. in ſanguinis baptiſmate quod eſt vnum de tribus que dant teſtimonium in terris. De ſede cordis. quia ex corde exeūt cogitationes. Mat. cap̄. xv. Nec rudē. incipit vitam martyrū narrare. nam antea q̄ militarent chriſto: militauerant cęſari. Ad perenne cingulum. nam antea erant ornati baltheo. i. cingulo militari. quod erat inſigne militię. nūc vero ſunt ornati baltheo ſiue cingulo aeternitatis: quod eſt īſigne militum chriſti. Virtus ſueta bello. i. fortitudo exercitata bello ſaeculari. Militat armis ſacrarijs. idest ſacratis hoc eſt chriſto. Signum crucis. pro ſignis et vexillis caeſaris. Pallijs. ideſt velis ſiue vexillis ⁊ ſignis Ventoſis. i. quę vento agitātur. vel potius vētoſis. i. vanis ⁊ ſuperbis.

Hoc gen⁹ mortis decoꝝ eſt: hoc ꝓbis dignū viris:
Membra morbis exedenda texta venis lāguidis
Hoſtico donare ferro: morte ⁊ hoſtem vincere.
Pulchra res ictum ſub enſe perſecutoris pati.
Nobilis per vulnus amplū porta iuſtis pandit.
Lota mens in fonte rubro ſede cordis exilit.
Nec rudem crudi laboris ante viam duxerant
Milites: quos ad perenne cīgulū chriſtus vocat.
Sueta virtus bello ⁊ armis militat ſacrarijs.
Cæſaris vexilla linquunt. eligunt ſignum crucis.
Proqꝫ ventoſis draconum quos gerebāt pallijs:
Præferunt inſigne lignū quod draconē ſubdidit.
Vile cenſent expeditis ferre dextris ſpicula.
Machinis murum ferire. caſtra foſſis cingere.
Impias manus cruentis inquinare ſtragibus.
Forte tunc atrox ſecundos iſraelis poſteros
Ductor aulæ mundialis ire ad aram iuſſerat:
Idolis litare nigris: eſſe Chriſti defugas.

Draconum. que erant inſignia vexillorum cum aquilis. vnde ſigniferi ⁊ anteſignarij tum aquiliferi tum draconarij dicebātur. vegetius auctor eſt libro primo. quid inquit ipſi draconarij atqꝫ ſigniferi. qui ſiniſtra manu haſtas gubernant. Claudianus in epithalamio ſtent bellatrices aquilę ſaeuiqꝫ dracones. Idem de tertio conſulatu honorij involucres tollunt aquilas. hi picta draconum colla leuant. Inſigne lignum. ſ. crucis. Quod. per chriſti paſſionem. Draconem. ideſt diabolū. qui ſub ſpecie ſerpentis euam decepit. Vile cenſerit. ideſt turpe negotium. exercere officia militaria que ſubdit. Forte. ordo eſt. Ductor atrox. ideſt crudelis princeps. Aulę mundialis. ideſt imperij romani quod erat ſęculare vt more religionis noſtrę loquamur. Iuſſerat poſteros iſraelis. ideſt chriſtianos qui in locum filiorum iſrael ſubſtituti ſunt ex gentilibus. ideoqꝫ dixit ſecundos quia primis ſucceſſerunt. Litare. ideſt ſacrificare improprie. nam litare eſt ſacrificio impetrare. Et iubebat etiam. Eſſe defugas chriſti. ideſt perfugas ſiue transfugas: ſunt autē qui ſe ad hoſtes in bello transferunt.

Peſtis ſuccincta ferro.ideſt perſecutor armatus. Fidem liberam.que facit homines liberos vera libertate. ſicut econtrario qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Illa fortis.ſ. fides chriſtianorum. Ungulas biſulcas.ideſt bidentatas. Duris bacis.baca quod genus ſit vinculi non legi. forte legendum eſt boiis.eſt autem boia genus vinculi tam lignea quam ferrea. plautus in aſinaria.neruos.catenas carceris numelas.pedicas.boias.vſus eſt eodem vocabulo in ꝓlogo pſychomachie dicens. attrita bacis colla liber erigit. Barbaras manus.crudeles. Ueritas.ideſt chriſtiana religio. Uirtus cęſa.ideſt fidelis cęſus. Solum triſte percuſſit.ſcilꝫ cadēs in terram:quod triſte ſpectaculum prębebat. Et ingeſta.ſcilicet virtus illa. Focis. quia multi ex martyribus vſtulati ſunt. Hic duorum.i.in perſecutione illa. Hi duorū.ergo hi duo martyres fratres erant Ad bipennē publicam. quia conſulum ⁊ pretorum inſignia erant virgarum ⁊ ſecurium faſces. Poſt vim verberum.ideſt poſt virgarum verbera. Crepantur. ideſt ſonantium cum plagas inferunt.

Liberam ſuccinta ferro peſtis vrgebat fidem.
Illa virgas.⁊ ſecures.⁊ biſulcas vngulas
Ultro fortis expetebat Chriſti amore interrita.
Carcer inligata duris colla bacis impedit.
Barbaras forum per omne tortor exercet man⁹.
Ueritas crimen putatur.vox fidelis plectitur.
Tunc ⁊ enſe cæſa virtus triſte percuſſit ſolum.
Et rogis ingeſta moeſtis ore flammas ſorbuit.
Dulce tunc iuſtis cremari.dulce ferrum perpeti.
Hic duorum cara fratrum conualeſcunt pectora
Fida:quos per omne tempus iunxerat ſodalitas.
Stant parati ferre quicquid ſors tuliſſet vltima:
Seu foret præbenda ceruix ad bipennē publicā:
Uerberū poſt vim crepantū:poſt cataſtas igneas:
Siue pardis offerendum pectus:aut leonibus.
Nos ne Chriſto procreati mãmonæ dicabimur?
Et dei formam gerentes ſeruiemus ſeculo?
Abſit vt coeleſtis ignis ſe tenebris miſceat.
Sit ſatis qđ capta primo vita ſub chirographo

Poſt cataſtas igneas.cum ſit cataſta carcer vbi venales ſerui ſunt expoſiti venditioni. dicta a cataſtao quod eſt expono.in vita martyrū ponitur pro quodā genere tormenti ſiue vinculi.⁊ forte pro igneas legendum eſt ligneas. Pardis.ſunt mares in genere pantherarum pardi ſicut foemine dicuntur varię. Nos ne.verba ſunt martyrum. Chriſto.id ē cultui chriſtiano geniti. Mamone.ideſt diabolo.rebuſq; mundanis. eſt autem mamona lingua ſyriſca ſiue aramęa:pecunia aut diuitię:quarū dominus videtur eſſe diabolus. videturq; poeta alludere ad illud Matthei capi.vi.non poteſtis deo ſeruire ⁊ mamone.
Coeleſtis ignis.ij.cor.vi.que participatio lucis ad tenebras. Uita capta.forte legendū coepta. Sub primo chirographo.i.ſub militari ſacramento quo eramus addicti prius imperatori.

Functa rebus cęſaris. ideſt officio debito caeſari. Rependi. ideſt reddi ⁊ reſtitui. Iuxta illud. Mathei. xxij. Reddite que ſunt cęſaris cęſari ⁊ que dei deo. Magiſtri ſigniferi et draconarū. Tribuni. ſcilʒ militum qui erant prefecti legionum. Abſiſtite. ideſt diſcedite. Aureos torques. ideſt inſignia militaria que dātur pro vulneribus in pręlio acceptis pro munere. Stipendia. que dantur militibus. quia nemo militat ſuis ſtipēdijs. Candidatis. ideſt veſte cādida indutis. vnde ⁊ eccleſia canit. Te martyrū candidatus laudat exercitus. Rigor ⁊ chalybs flexus. ideſt rigidum ferrum ⁊ durum flexum in catenas ⁊ vincula. Inuoluit. ideſt impedit. Grauibus circulis. ideſt catenarum anulis. O vetuſtatis. dicit poeta quod multa ſunt martyres perpeſſi quę ſcripta fuerunt de miraculis quę in eorum morte ſūt facta: ſed oblitterata ſunt a ſatellitibus ⁊ miniſtris ne proderentur in ipſorū confuſionē. Obliuio obſoleta. ideſt q̄ facit res obſoleſcere ⁊ in deſuetudinem tendere. Inuidentur nobis. ideſt illi inuiderūt nobis tātam gloriaʒ ideo cōcremauerūt ſcripta. Tenacibus libellis. ſcilicet memorię rerum geſtarum. Spargerent ideſt diuulgarent. Iugibus. ideſt non conſtat quo mortis genere ſint affecti: mortui ſint in catenis: ⁊ nutrierunt longum capillum ⁊ barbam. reſtituimus autem ordinem verſuū qui erant confuſi. ⁊ turbabant ſenſum. Subtrahunt. ideſt quanquā cętera obſoleuerint hoc vnum miraculum quod ſtatim ſubiungit non potuit obliterari.

Debitum perſoluit omne functa rebus cæſaris.
Tēpus eſt deo rependi: quicquid eſt propriū dei.
Ite ſignorum magiſtri. ⁊ vos tribuni abſiſtite.
Aureos auferte torques: ſauciorum præmia.
Clara nos hinc angelorum iam vocant ſtipēdia.
Chriſtus illic candidatis præſidet cohortibus.
Et throno regnās ab alto damnat īfames deos.
Voſqʒ qui ridēda vobis monſtra diuos fingitis.
Hæc loquēte ſobruuntur mille pœnis martyres.
Nexibus manus vtraſqʒ flexus inuoluit rigor.
Et chalybs adtrita colla grauib⁹ ambit circulis.
O vetuſtatis ſilentis obſoleta obliuio.
Inuidētur iſta nobis: fama ⁊ ipſa extinguitur.
Chartulas blaſphemus olim nā ſatelles abſtulit:
Ne tenacibus libellis erudita ſecula
Ordinem. tempus. modumqʒ paſſionis proditū
Dulcibus linguis per aures poſterorū ſpargerēt.
Quo viros dolore tortor. qua ve pœna ornauerit.
Iugibus longū cathenis an capillum pauerint.
Hoc tamen ſolum vetuſta ſubtrahunt ſilentia:
Illa laus occulta non eſt. nec ſeneſcit tempore.
Miſſa quod ſurſum per auras euolarūt munera.
Quæ viam patere cœli præmicando oſtenderēt.

Herens. ideſt dubitans an gladio perciteret præpeditus ſtupore. Sed peregit ictum. ideſt percuſſit truncanitq; marty res. quod eſt contrarium ei. quod ſupra dixerat. ſed illic fortaſſe loquebatur de tormentis citra mortem. hic vero de mortis genere. Vaſconum. qr calaguris in vaſconibus celtiberis eſt ſita. Crudelis error. quia per errorem hoc fecerūt: quia vt dicit apoſtolus. ſi dominū gloriæ cognouiſſent nunq̄ illum crucifixiſſent. Spiritus hoſtiaruȝ. ideſt horum martyrum animas qui ſe deo obtulerunt hoſtias immolatas. Cerne id ē ſi nō credis hoc crede ſaltem miraculis. Deuorant præcordia. ideſt torquent homines. Miſcent ſenſibus. illos perturbando. Homo plenus hoſte ſuo. ideſt a demone poſſeſſus. Siſtitur. ponitur ante martyrum ſepulchra. Cruda lumina. id ē oculos toruos. Expiandus. homo. ſcilicet demoniac⁹ purgandus ⁊ liberand⁹ a demonis poteſtate. Nō ſuorum criminum, quia illud crimen non eſt hominis ſed demonis. Eiulatus. ſcilicet demonum cum torquētur virtute martyrum vt inde exeāt cum non videatur tortor. Creſcit. id ē extenditur ſuſpenſus. Latronem. demonem. Illæſam rapinam. tranſlatio eſt ſumpta ex lupis: qui relinquunt rapinam incruentam ⁊ abeunt faucibus ſiccis. Vergilius ſecundo eneidos. Lupi ceu raptores. catuliq; relicti faucibus expectant ſiccis. Vngue ab imo. ideſt pedum.

Illius fidem figurans nubæ fertur anulus.
Hic ſui dat pignus oris (vt ferunt) orarium.
Quæ ſuperno rapta flatu lucis intrant intimum.
Per poli liquentis axem fulgur auri abſcōditur.
Ac diu viſum ſequacem textilis candor fugit.
Subuehuntur vſq; in aſtra. nec videntur āplius.
Vidit hoc conuentus adſtans. ipſe vidit carnifex.
Et manum repreſſit hærēs. ac ſtupore obpalluit:
Sed tamen peregit ictum: ne periret gloria.
Jam ne credis bruta quondā vaſconū gētilitas:
Quam ſacrū crudelis error immolarit ſāguinē?
Credis in deum relatos hoſtiarum ſpiritus?
Cerne quā palā feroces hic domātur dæmones:
Qui lupino capta rictu deuorant præcordia.
Strangulāt mētes ⁊ ipſas: ſeq; miſcēt ſenſibus.
Tūc ſuo iam plenus hoſte ſiſtitur furēs homo
Spumeas efflās ſaliuas. cruda torquēs lumina.
Expiandus quæſtione non ſuorū criminum.
Audias: nec tortor adſtat: eiulatus flebiles.
Scinditur per flagra corpus: nec flagellū cernit.
Creſcit et ſuſpenſus ipſe vinculis latentibus.
His modis ſpurcū latronē martyꝝ virt⁹ quatit.
Hæc coercet. torquet. vrit. hæc catenas incutit.
Prædo vexatus relictis ſe medullis exuit.
Linquit illæſam rapinam. faucibus ſiccis fugit:

Confitens quia non poteſt diſſimulare. Corpora alba .i. pallida qualia ſunt aegrotantium perſius. atq; albo ventre lauatur. Horror algid⁹ .i. febrem præcedens horripilium.

Decoloros artus. q; correptis frigore color mutat̃. Tumor .i. pigue illud nõ ſolidũ ſ; ianc quo aegrotãtes tumẽt. Noſtro oppido .i. calagurri. ſ; quõ nr̃o ſi prudẽti⁹ cęſaraugũtan⁹ ẽ an nr̃o .i. hiſpano. an celtibero. an q̃d calagurris a cęſarauguſta nõ multũ diſtat.

Sospitant. a morbis liberant. Hymniſtę .i. hymnũ cantantes. pro ſalute filiorum et maritorũ ſed hymniſtas dixit matres ſicut in pſychomachia ſodomita libido.

Ungue ab imo vſq; ad capillum ſalua reddit oĩa.
Confitens ardere ſeſe: nam gehenne eſt incola.
Quid loquar purgata longis alba morbis corpa:
Algidus cum decoloros horror artus cõcutit:
Hic tumor vultũ relinquit. hic color verus redit
Hoc bonũ Saluator ipſe: quo fruamur: præſtitit:
Martyrũ cum mẽbra noſtro conſecrauit oppido:
Soſpitant quæ nunc colonos quos liber⁹ alluit.
State nũc hymniſte matres p receptis paruulis.
Coniugum ſalute læta vox maritarum ſtrepat.
Sit dies hæc feſta nobis: ſit ſacratum gaudiu;:

Finit periſtephanon.

Hymn⁹ in honorẽ paſſiõis Laurentij beatiſſimi martyris.

Antiqua fanorum parens
Iam Roma chriſto dedita
Laurentio victrix duce
Ritum triumphas barbarum.
Reges ſuperbos viceras.
Populoſq; frenis preſſeras.
Nunc monſtruoſis idolis
Imponis imperi iugum
Hæc ſola deerat gloria
Urbis togatæ inſignibus:
Feritate capta gentium
Domaret vt ſpurcũ Iouem.
Non turbulentis viribus
Coſſi Camilli aut Cæſaris:
Sed martyris Laurentij

Antiqua fanor; parẽs. carmen eſt q̃le illud. ales dici nũci⁹. In prĩa carminis p̃te prudẽti⁹ gratulat̃ romę q̃d laurentio duce expulerit deos gentiliũ. deĩn a xyſto martyriũ ſibi prędictũ narrat. et quõ ſpe theſauror; eccl̃ię p̃fectũ vrbis deluſit: ⁊ tãdẽ igni ipoſit⁹ aĩa; exhalauit. tũ demũ iter; gratulat̃ vrbi ⁊ celebritatẽ cũ oſſa martyris cõmemorat. Parẽs fanorũ .i. tẽplor; diis dicator; fabricatrix. Iam xp̃o dicata. lego dedita vt ſtet x̃ſ⁹. ſẽſus tñ idẽ. Ritũ barbar; .i. religionẽ deor; falſã. Reges ſupbos. ſẽſus eſt q̃d pri⁹ ſub falſa religione vicit orbẽ terrar;. nũc ſub laurentio vicit deos falſos. Inſignib⁹ victoriis de orbe tote partis. Urbis togatę. ex ver. romanos rer; dños gẽtẽq; togatã. Capta feritate .i. poſt barbaros domitos ⁊ captos. Uiribus coſſi. Corneli⁹ coſſ⁹ tribun⁹ militũ bello cũ verẽtibus habito tolũniũ eor; regẽ occidit ſpoliaq; opima de eo ioui feretrio detulit ſcd̃s poſt romulũ. Camilli M. furi⁹ camillus qui capitoliũ a gallis ſenonib⁹ obſeſſũ liberauit de quo Uerg. referentẽ ſigna camillũ et cęſaris qui ſingularẽ; obtinuit dictaturam.

# Romanus.

Non in cruento prælio.
Armata pugnabat fides
Proprij cruoris prodiga.
Nam morte mortem diruit:
Ac ſemet impendit ſibi.
Fore hoc ſacerdos dixerat
Iam Xyſtus adfixus cruci:
Laurentium flentem videns
Crucis ſub ipſo ſtipite.
Deſiſte diſceſſu meo
Fletum dolenter fundere.
Præcedo frater: tu quoq;
Poſt hoc ſequeris triduum.
Extrema vox epiſcopi
Prænuntiatrix gloriæ
Nihil fefellit. nam dies
Prædicta palmam præſtitit.
Qua voce: quantis laudibus
Celebrabo mortis ordinem:
Quo paſſionem carmine
Digne retexens concinam:
Hic primus e ſeptem viris:
Qui ſtant ad aram proximi:
Leuita ſublimis gradu
Et cæteris præſtantior.
Clauſtris ſacrorum præerat
Coeleſtis arcum domus
Fidis gubernans clauibus:
Votaſq; diſpenſans opes.
Verſat famem pecuniæ
Præfectus vrbis regiæ
Miniſter inſani ducis.
Exactor hauriet ſanguinis.
Qua vi latentes eruat

Non incruento. quia fuſo ſanguine pe-perit ſibi victoriã. Prodiga cruoris. ſic Horatius. animęq; in agnę ꝓdigũ pau-lum ſuperante poeno. Semel impẽdit ſibi. i. vitam pręſentem vt viueret vitam immortalẽ. Xyſtus. epiſcopus q̃ mar-tyrio precceſſit laurentiũ. appellatur q; xy-ſtus nõ vt vulgus ſcribit ſixtus. litteris inuerſis. Sub ſtipite crucis. vbi xiſtus pendebat. Diſceſſu meo. quo a te diuel-lor per mortẽ. Qua voce. poeta dicit ſe imparẽ ad deſcribendã tam grandẽ ma-teriam. Retexẽs. pangẽs & componẽs carmen. Primus e ſeptem viris. ex cõ-ſuetudinę primitiuę & incipientis eccle-ſię. in qua fuerunt electi ſeptem viri leui-tę qui altari miniſtrarent: quorum prin-ceps fuit ſtephanus vt legitur actuum capi. vj. Caeteris. aut leuitis collegis aut caeteris in rebus puta martyrio. Clauſtris ſacrorũ. erat enim aedituus & aerarij ſacri cuſtos. Arcanum dom9 celeſtis. ideſt theſaurum ſecretum eccle-ſię. Votas opes. & hoc more primitiuę eccleſię: ex communi victitantes. omnia namq; vendebant: & ponebant ante pe-des diſcipulorũ. Pręfectus vrbis. erat ab imperatore vrbi prępoſitus cuiuſmo-di poteſtatem habent qui hodie dicuntur viceroges. Inſani ducis. ideſt impera-toris qui talem prępoſuit. Exactor hau-riet ſãguinis. lege exactor hauſti ſangui-nis. ideſt qui acerbe exigebat vectigalia vſq; ad effuſionem ſanguinis. Iuuena-lis. Oſſa vides regum vacuis exhauſta medullis. Qua vi. repete a ſuperiorib9. et verſat qua vi. &c.

Cumulos.auri ⁊ argẽti. Montes mo
netę.vt vulgó dicimus montones. So
letis inquit. hec verba ſunt prefecti blan
dientis laurentio dum pecunias extor
queat.⁊ eſt ſenſus. non ſumus adeo cru
deles vt vos chriſtiani dicitis. Sed cen
ſura feruẽs. ideſt cenſor iratus. Abeſt
ideſt non ſęuit. Quod debeas obire.
ideſt exequi vt obeo munus legationis.
ideſt exequor. Veſtris orgijs.ideſt ſa
cris.nam orgia ſunt omnia ſacra ſed bac
chi pręcipue. Foederis.ideſt religionis
Sanguinem ſacrum.non quod chriſti
ani ſanguineꝫ hoſtiarum funderent:ſed
ꝙ hic ignarus religionis putat illos ita
facere. Auroqꝫ.ideſt cãdelabris aureis
Fratribus.ideſt eiuſdem religionis ſo
cijs.ſicut diximus factum fuiſſe in eccle
ſię initio. Millia.ſub.multa. Addicta
ideſt vendita.vt ſaepe in libris digeſtorũ
vnde eſt ⁊ titulus de in diem addictione
vel venditione. Foedis auctionibus.
quia ex eis liberi relinquuntur exhere
des. Sanctis parentibus.ideſt quos
appellatis ſanctos. Haec.ſcilicet quę
ex diſtractione illa bonorum redigũtur.
Creditur.a nobis chriſtianis cum ſit
potius impietas,

Nummos operta exiſtimans
Talenta ſub ſacrarijs:
Cumuloſqꝫ congeſtos tegi.
Laurentium ſiſti iubet.
Exquirit arcam ditibus
Maſſis refertam:et fulgidæ
Montes monetæ conditos.
Soletis inquit conqueri
Sæuire nos iuſto amplius:
Cum Chriſtiana corpora
Plus quã cruẽte ſcindimus.
Abeſt atrocioribus.
Cenſura feruens motibus.
Blande et quiete efflagito:
Quod ſponte obire debeas.
Hunc eſſe veſtris orgijs
Moreꝫ et artem proditũ eſt:
Hanc diſciplinam foederis
Libent vt auro antiſtites.
Argenteis ſcyphis ferunt.
Fumare ſacrum ſanguinem:
Auroqꝫ nocturnis ſacris
Adſtare fixos cereos.
Tum ſumma eſt cura fratribus:
Vt ſermo teſtatur loquax:
Offerre fundis venditis
Seſtertiorum millia.
Addicta auorum prædia
Foedis ſub auctionibus
Succeſſor exhæres gemit
Sanctis egens parentibus.
Hæc occuluntur abditis
Eccleſiarum in angulis:
Et ſumma pietas creditur

Nudare dulces liberos.
Deprome theſauros: malis
Suadendo quos præſtigijs
Exaggeratos obtines:
Nigrante quos claudis ſpecu.
Hos poſcit vſus publicus.
Hoc fiſcus. hoc ærarium:
Ut dedita ſtipendijs
Ducem iuuet pecunia:
Sic dogma veſtrum eſt audio:
Suum quibuſq; reddito:
En Cæſar agnoſcit ſuum
Nomiſma nummis inditũ.
Quod Cæſaris ſcis: Cæſari
Da: nempe iuſtum poſtulo.
(Ni fallor) haud vllam tuus
Signat deus pecuniam.
Nec cum veniret. aureos
Secum Philippos detulit.
Præcepta ſed verbis dedit
Inanis a marſupio.
Implete dictorum fidem:
Quæ vos per orbẽ vẽditis.
Nummos libenter reddite.
Eſtote verbis diuites.
Nil aſperum Laurentius
Refert ad iſta aut turbidũ:
Sed vt paratus obſequi
Obtemperanter annuit.
Eſt diues inquit non nego:
Habetq; noſtra eccleſia
Opumq; & auri plurimũ.
Nec quiſquã in orbe ditior.
Is ipſe tantum non habet

Malis preſtigijs. ideſt artibus quib⁹ miſeros deludis faciens illis apparere quod non eſt: que ars planetarũ & circulatorum & preſtigiatorum eſt. Specu nigrante. ideſt obſcuro & tenebroſo. Uſus publicus. quia reſp. habet his opus. Fiſcus & aerarium. haec diſtant inter ſe: quoniam fiſcus eſt ipſius principis aerarium reip. pecunie deſtinate. Pecunia dedita. i. decreta & attributa ſtipendijs militum. Dogma veſtrum. ad illud ſaluatoris refert: cum dixit. reddite que ſũt ceſaris ceſari & que dei deo. Suum nomiſma. ideſt nummũ in quo eſt impreſſa imago ſua. dixerat namq; ſaluator. cuius eſt imago hec & circunſcriptio. dicunt ei caeſaris. Tuus deus. ideſt dei tui imago in nullis nomiſmatis eſt impreſſa.

Cum veniret. ad euangelium predicandum. Philippos. monetã quam philippus macedonum rex & alexandri pater percuti iuſſit. Horatius. rettulit acceptos regale nomiſma philippos. Inanis a marſupio. ideſt vacuus. hoc enim multis in locis ſaluator diſcipulis interminatur. Fidem dictorum. ideſt facite quod dicitis. Uẽditis. ideſt diuulgatis quaſi dicat. venditis falſa pro veris niſi faciatis quod predicatis. Diuites verbis. i. non pecunia eo modo quo ſtoici dicunt ſapientes diuites eſſe. Obtemperanter. obedienter.

Argenteorum aenigmatum. lege emblematum.i.vaſorum emblematis inſignatorū. Poſſidens arcem.ſ.imperij. Nūmus ſcribitur .i. cuius imago imprimitur.& titulus circunſcribitur. Iuuenalis ſcripto radiat germanicus auro. Locupletis numinis. i. dei mei qui locuples ē Chriſti.ſubaudi arca. Paululum induciaruʒ.i.in certā diem dilationē.quaſi geſturus poſtea bellum cum prefecto inducias vocat. Digeſtim digerendo nummorum genera. Spem deuorat.i.concipit.plautus in aſinaria.mea dicta deuorate.i.auide accipite. et Martialis deuorat draucos. Laudatus.ſ. aprefecto quod tam benigne ſit pollicitus illos theſauros. Sponſor ſui. et ſponſor lucri.ſ. quod redditurus ipſe cum omni ſuppellectile Eccleſiaſtica. Agmina infirma.ſ. pauperum valitudinariorum. Cauatos vtriſq; obtutibus.i.vacuos vtriſq; oculis hoc eſt cecos quos ipſe ducebat. Nutantem gradum.i.paſſum vacillātem. Claudus.tria clauditatis genera exponit. aut fracto. aut amputato aut breuiori crure.

Argenteorum aenigmatum
Auguſtus arcem poſſidens:
Cui nūmus omnis ſcribitur.
Sed nec recuſo prodere
Locupletis arcam numinis.
Vulgabo cuncta: et proferam
Praeciosa quae Chriſti tenet.
Vnum ſed orans flagito
Induciarum paululum:
Quo fungar efficacius
Promiſſionis munere.
Dum tota digeſtim mihi
Chriſti ſuppellex ſcribitur.
Nam calculanda primitus:
Tū ſubnotanda eſt ſummula.
Laetus tumeſcit gaudio
Praefectus: ac ſpem deuorat:
Aurum velut iam conditum
Domi maneret geſtiens.
Pepigere tempus tridui.
Laudatus inde abſoluitur
Laurentius ſponſor ſui
Et ſponſor ingentis lucri.
Tribus per vrbem curſitat
Diebus infirma agmina:
Omneſq; qui poſcunt ſtipem
Cogēs in vnum et congregās.
Illic vtriſq; obtutibus
Orbes cauatos praeferens
Baculo regebat praeuio
Errore nutantem gradum.
Et claudus infracto genu
Vel crure trunco ſemipes
Breuior ve planta ex altera

Greſſum trahebat imparem.
Eſt vulneroſis artubus.
Qui tabe corrupta fluat.

Tabe corrupta.i.pure ex vlcere deflue̅ti.

Eſt cuius arens dextera
Neruos in vlnam contrahat.

In vlnam contrahat.i.in brachiorum. ambitum incuruet.

Tales plateis omnibus
Exquirit aſſuetos ali
Eccleſiæ matris penu:
Quos ipſe primus nouerat.
Recenſet eius ſingulos
Scribens viritim nomina.

Penu.i. alimentis que in penario ſole̅t adſeruari.vt in degeſtis titulo de penu legata. Recenſet.i.recognoſcit.

Viritim per ſingulos viros.

Longo et locatos ordine
Adſtare pro templo iubet.
Præſcriptus et iam fluxerat
Dies.furebat feruidus
Iudex auaro ſpiritu
Promiſſa ſolui efflagitans.
Tum matyr aſſiſtas velim:
Coramq; diſpoſtas opes
Mirere:quas noſter deus
Prædiues in ſanctis habet.

Prediues in ſanctis.ambigue loquitur vt prefectus putaret in ſacrariis.ille autem intelligebat in pauperibus.

Videbis ingens atrium
Fulgere vaſis aureis:
Et per patentes porticus
Structos talentis ordines.

Structos talentis ordines.i.talenta ordinibus diſtributa.

It ille:nec pudet ſequi.
Ventum ad ſacratam ianuā.

Ad ſacratam ianuam.ad templum.

Stabāt cateruæ pauperum
Inculta viſu examina.
Fragor rogantum tollitur.

Fragor rogantum.i.clamor mendicantium.

Præfectus horreſcit ſtupēs
Conuerſus in Laurentium
Oculiſq; turbatis minax.
Contra ille.quid frendens ait

Sordida aut vilia.q.d.hec vaſa precioſa ſunt. Rudera effoſſa nam venę auri et argenti eruderātur a metallarijs. eruderare aūt eſt purgare ⁊ rudera ipſa purgamenta que ex ſcrobibus effodiuntur.

Ex metallis.que vulgus appellat mineralia. Poenalis labor.eorum.ſ. qui dānabantur in metalla effodienda. Amnis turbidus.puta in lydia hermus et pactolus in hiſpania tagus et minius. Iuuenalis omnis arena tagi quodq; in mare voluitur aurū. Terrulentū. cum eſt in balnea nā poſtea igni purgatur. Pudor ꝑ aurum. Ouidius pri.meta. effodiuntur opes irritamenta malorū.et Verg. iij.ene.quid nō mortalia pectora cogis auri ſacra fames. Intercidunt. q2 omnia corrumpuntur auro. Venenum glorię.i aurū:quo vera gloria perit. aut more loquitur chriſtianorum qui gloriam appellant ſanctorū beatitudinem. Lux et humanum genus.i.chriſtus qui eſt lux mūdi. Ioh. ca.viij.homines ab eo redempti vnde ſubdit. Hi ſunt alumni luminis de quo lumine Ioannes perhibuit teſtimonium. Io.pri. Corpus debile. iuxta illō apoſtoli.ij. Cor.xij.cum infirmor fortior ſum. Mentis viciſſim.ordo ⁊ ſenſus eſt

Viciſſim.i.rurſus et ediuerſo. Vis ſenſuum mentis ſauciatur fortibus ſubaudi membris. Sanguis in culpam cadens i.incitans ad culpam cum calidus eſt.

Si eſt effoetus. ideſt debilitatus et exhauſtus. Malis.i.morbis. Contrahat virus elumbe.i.quod eneruat ⁊ debilitat

Minus miniſtrat virium.ideſt non habet tantas vires ad peccandum. Detur optio.i.electio. Fragmenta.i.fracturam.

Minitaris:aut q̄d diſplicet:
Nū ſordida hęc aut vilia:
Num deſpuēda exiſtimas:
Aurum quod ardenter ſitis:
Effoſſa gignunt rudera.
Et de metallis ſqualidis
Poenalis excudit labor.
Torrens vel amnis turbidꝰ
Voluens arenis implicat:
Quod terrulentum ac ſordidū
Flāmis neceſſe eſt decoqui.
Pudor per aurum ſoluitur.
Violatur auro integritas.
Pax occidit.fides perit.
Leges et ipſę intercidunt.
Quid tu venenum glorię
Extollis et magni putas:
Si quęris aurum verius,
Lux eſt et humanū genus.
Hi ſunt alumni luminis:
Quos corpus arctat debile:
Ne per ſalutem viſcerum
Mens inſoleſcat turgida.
Cum mēbra morbus diſſecat:
Animus viget robuſtior.
Mentis viciſſim fortibus
Vis ſauciatur ſenſuum.
Nam ſanguis in culpam calens
Minus miniſtrat virium:
Si feruor effoetus malis
Elumbe virus contrahat.
Si forte detur optio:
Malim dolore aſperrimo
Fragmenta membrorū pati:

Et pulcher intus viuere.
Committe formas peſtium:
Et confer alternas lues:
Carnis ne morbus foedior:
An mentis ⁊ morum vlcera?
Noſtri per artus debiles
Intus decoris integri
Senſum venuſti innoxium
Laboris expertes gerunt.
Veſtros valentes corpore
Interna corrumpit lepra.
Errorqȝ mancũ claudicat:
Et cæca fraus nihil videt.
Quemuis tuorum principum
Qui veſte ⁊ ore prænitent:
Magis probabo debilem:
Quam quis meorum pauper.
Hunc qui ſuperbit ſerico:
Quem currus inflatũ vehit:
Hydrops aquoſus lucido
Tendit veneno intrinſecus.
Aſt hic auarus contrahit
Manus recuruas: ⁊ volam
Plicans adũcis vnguibus
Laxare neruos non valet.
Iſtum libido foetida
Per ſcorta tractum publica
Luto ⁊ cloacis inquinat:
Dum ſpurca mẽdicat ſtupra.
Quid ille feruens ambitu
Sitimqȝ honoris æſtuans
Merſis ne anhelat febribus.
Atqȝ igne venarum furit?
Quiſquis tacendi intẽperans

Intus.i. in parte animę. Committe. ideſt compara. Lues alternas. ideſt alternatim ſubeuntes. Noſtri. ſubaudi pauperes. Debiles per artus. truncatis membris debilitati. Intus.i. in anima: Expertes laboris.i. morbi et doloris.

Venuſti gerunt. ſenſum integre. Decoris. ideſt habent mentem integram et decoram. Veſtros gentiles infideles. Lepra interna.i. animi peſtis. Claudicat mancum.i. ad modum mancorum et trũcatorum. et eſt aduerbium. ſicut intonat horrendum. et ridet ſardonicum. Probabo magis debilem. ſubaudi eſſe. Hydrops aquoſus.i. aqua intercus. Tendit.i. extendit et inflat. Veneno lucido. ſic Horatius dixit turgeſcit vitrea bilis. ⁊ perſius et ſplendida bilis. Mendicat ſtupra. ideſt interpellando pueros et puellas et huiuſmodi procaces a precando ⁊ petulantes a petendo dicuntur. Sitim honoris aeſtuans.i. quodam feruore petens honores. et comparatur ambitioſus febrienti.i. luxurioſus ſpurco. auarus mãco. ſuperbus hydropico. maledicus quoqȝ comparatur hepatico vel potius ſpleuetico. de quo dixit perſius ſed ſum petulanti ſpleneccachinno.

Prodere Menda. vt ad riſuꝫ moueat auditores. Prurit ⁊ ſcalpit ⁊ ſcabies. ad eos pertinet qui non poſſunt animi ſecretum retinere, ſed dicacitate quadam laborant. ſicut qui habet ſcabiem non poteſt vngues continere. Strumas turgidas. ſtrumoſos cōparat inuidis. eſt autem ſtruma vt inquit celſus tumor glandulosus. maxime circa fauces ⁊ alas ⁊ inguina. Morbo regio. ideſt iterico. qui aurigo dicitur ab auri colore. dictus regius ꝙ huiuſmodi morbo laborātes delicate debeant ⁊ regum more curari.

Sicut videntur interim. ideſt nunc in hac vita. Si ſuppetat facultas. ideſt ſi detur tibi ad hoc copia. Recenſendos. ideſt recognoſcēdos. Obſitos pannis. Terentius. pannis et annis obſitus. i. pannoſos qui nunc ſunt purpurati. Palpebra putri. qualis eſt in vinoſis. Cicatrix cruda. ideſt nō conſolidata ſed purulenta ⁊ pure manans.

Silenda prurit prodere:
Vexatur ⁊ ſcalpit iecur.
Scabiemq; cordis ſuſtinet.
Quid inuidorum pectorum
Strumas retexam turgidas?
Quid purulenta ⁊ liuida
Malignitatum vulnera?
Tute ipſe qui Romā regis
Contemptor æterni dei:
Dum dæmonū ſordes colis:
Morbo laboras regio.
Hi quos ſuperbus deſpicis:
Quos execrandos iudicas:
Breui vlceroſos exuent
Artus. ⁊ incolumes erunt.
Cum carne corruptiſſima
Tandem ſoluti ac liberi
Pulcherrimo vitæ ſtatu
In arce lucebunt patris.
Non ſordidati aut debiles:
Sicut videntur interim:
Sed purpurantibus ſtolis
Clari: ⁊ coronis aureis.
Tunc ſi facultas ſuppetat
Coram tuis obtutibus:
Iſtos potentes ſeculi
Velim recenſendos dari.
Pannis videres obſitos
Et mucculentis naribus.
Mentum ſaliuis vuidum.
Lipposq; palpebra putri.
Peccante nihil eſt tetrius:
Nil tam leproſuꝫ: aut putridū.
Cruda eſt cicatrix criminum:

Oletqꝫ vt antrum tartari.
Animabus inuerſa vice
Corrupta forma infligitur:
Quas pulcher aſpectus prius
In corpore oblectauerat.
En ergo nummos aureos.
Quos proxime ſpoponderam.
Quos nec fauillis obruat
Ruina. nec fur ſubtrahat.
Nunc addo gemmas nobiles.
Ne pauperem Chriſtū putes.
Gemmas coruſci numinis:
Ornatur hoc templū quibus.
Cernis ſacratas virgines?
Miraris intactas anus?
Primiqꝫ poſt damnum tori
Ignis ſecundi neſcias?
Hoc eſt monile eccleſiæ.
His illa gemmis comitur.
Dotata ſic Chriſto placet.
Sic ornat altum verticem.
Eccum talenta ſuſcipe:
Ornabis vrbem Romulam.
Ditabis ⁊ rem principis.
Fies ⁊ ipſe ditior.
Ridemur: exclamat furens
Præfectus: ⁊ miris modis
Per tot figuras ludimur:
Et viuit inſanum caput?
Impune tantas furcifer
Strophas cauillo mimico
Te nexuiſſe exiſtimas:
Dum ſcurra ſaltas fabulam?
Concinna viſa vrbanitas

Antrum tartari. ideſt ſulphur olet.
Verſa vice. ideſt econtrario q2 vt inquit Ariſtoteles li. iij. ethi. pęnę medicinę quedam ſunt que per contraria fieri debent. vt qui dum viuerent erant ornatus ſtu- dioſe in morte ſint deformati. contrarium ei quod Vergilius. vi. eñ. ſcribit: quiſqꝫ ſuos patimur manes. Ruina obruat. ad illud ſpecta quod ſaluator dicit Lu. cap. xij. theſaurizate vobis theſauros.
Gemmas nobiles. virgines dicit et continentes. Intactas anus. poſt primas nuptias. alias intacta eſt virgo. Vergili9 pri. eñ. cui pater intactaꝫ dederat primiſqꝫ iugarat ominibus. Ignis ſecundi. id eſt ſecundarum nuptiarum. Verticem ideſt caput. haec eſt illa noua Jeruſalem deſcendens de coelo quaſi ſponſa ornata viro ſuo. de qua in Apoca. cap. xxi. Rem principis. i. patrimoniuꝫ. Hora. rem quocunqꝫ modo rem ſi poſſis recte. Et viuit? q. d. et non occiditur. Furcifer. ignominię cauſa ſic appellabantur ſerui. Strophas. i. tergiuerſationes. vtitur Martialis ſaepe et ex noſtris Hieronimus. Cauillo mimico. i. cauillatione quali vtunt poetę comici et mimographi. Saltas fabulā nā erant poemata quę ſaltabant. vt ſillenus vergilianus. quem ipſe vergili9 ſaltaſſe dicitur. Cōcinna viſa. i. adeo ne uiſus tibi ſum idoneus vt mihi illuderes.

Acroama ſiue acroma. interpretatur au
ditio ab acromę aud o. nepos in vita atti
ci nemo in conuiuio eius aliud acroma
audiuit Suetonius in auguſto acroama
ta et hiſtriones et triuiales ex circo ludos
ſunt ergo acroamata fabulę quę ad dele-
ctationē narrari ſolent. Adeo. ſenſus ē
adeo ne nos cenſores debemus eſſe faci-
les: vt hęc et talia patiamur. Faſcibus. i.
conſulib⁹ et pretoribus quorum inſignia
ſunt faſces. Securim. que faſcibus vir-
garum adiungebatur. Retundit leni-
tas. i. clementia hebetat vt non ſaeuiat in
huiuſmodi deluſores. Libenter oppe-
tam. ideſt moriar. Mors votiua. i. quę a
vobis optatur. Volenti. ſ. tibi optāti mor
tem. Compendioſus. i. breuis. Rapti
velociter ſed dabo vt lente pereas Inex
tricabilis. i. qui nō extricabit reſoluet ani
mam a corpore. nam extricare eſt explica
care et diſſoluere. Tepentes. ne. ſ. vapore
ignis ſtrāguletur. Abdita cordis. ꝛ ſic
pereat. Seneſcens. i. prope modum ex
tinctus. Temperet tormēta. i. non acuat
Semuſtulatus. i. ſemuſti. Lucanus in
viij. ſemuſta rapit reſolutaqꝫ nondū. My
ſteriarches. i. miſteriorum et ſacrorum
princeps. ſicut miſtarches ſacerdotum.
Exemplum dabit. ſ. caeteris eiuſdem ſe
ctę.

Tractare noſmet ludicris.
Egon cachinnis venditus
Acroma feſtiuum fui:
Adeo ne nulla auſteritas:
Cenſura nulla eſt faſcibus.
Adeon ſecurim publicam
Mollis retundit lenitas:
Dicis libenter oppetam.
Votiua mors eſt martyri.
Eſt iſta vobis nouimus
Perſuaſionis vanitas.
Sed non volenti impertiam
Præſtetur vt mortis citæ
Compendioſus exitus.
Perire raptim non dabo.
Vitam tenebo: ꝛ differam
Ponis morarum iugibus.
Et mors inextricabilis
Longos dolores protrahet.
Prunas tepentes ſternite:
Ne feruor ignitus nimis
Os contumacis occupet:
Et cordis intret abdita.
Vapor ſeneſcens langueat:
Qui fuſus afflatu leui
Tormenta ſenſim temperet
Semuſtulati corporis.
Bene eſt quod ipſe ex omnibus
Myſteriarches incidit.
Hic ſolus exemplum dabit:
Quid mox timere debeant.
Conſcende conſtratum rogum:
Decumbe digno lectulo.
Tunc ſi libebit diſputa:

Nil eſſe Uulcanum meum.
Hæc fante præfecto.truces
Hinc inde tortores parant
Nudare amictu martyrem.
Uincire membra.et tendere.
Illi os decore ſplenduit:
Fulgorq; circunfuſus eſt.
Talem reuertens legifer
De monte vultum detulit:
Iudæa quem plebes aureo
Boue inquinata ⁊ decolor
Expauit: ⁊ faciem retro
Detorſit impatiens dei.
Talemq; ⁊ ille prætulit
Oris coruſci gloriam
Stephanus per imbrem ſaxeū
Coelos apertos intuens.
Illuminatum hoc eminus
Recens piatis fratribus.
Baptiſma quos nuper datum
Chriſti capaces fecerat.
Aſt impiorum cæcitas
Os oblitum noctis ſitu
Nigrante ſub velamine
Obducta clarum non videt.
Aegyptiæ plagæ in modum:
Quæ cum tenebris barbaros
Damnaret hæbreis diem:
Sudo exhibebat lumine.
Quin ipſa odoris qualitas.
Aduſta quam reddit cutis:
Diuerſa vtroſq; permouet
His nidor.illis nectar eſt.
Idemq; ſenſus diſpari

Uulcanum meum.i.quem ego dico eſſe meum numen et quem tu irrides.Et tendere.i.diſtendere funibus. Legifer.i.moſes cum ſecundo legem ex monte detulit vt legitur Exo.xxxiiij. Aureo boue. vitulo quem ſibi conflauerat vt eſt in Exodo. cap.xxxij. Decolor degenerans. Expauit. videntes inquit aaron et filij iſrael cornutam moyſi faciem timuerunt prope accedere. Ille ſtephanus. protomartyr de quo Actuū.cap.vi. viderunt faciē eius tanq̄ faciem angeli.et cap.vij. cum autem ſtephanus eſſet plen⁹ ſpiritu ſancto intendens in celum vidit gloriam dei ⁊c.per imbrem ſaxeum. i. cum lapidaret

Illuminatum hoc eminus. forte aliter legendum eſt.eſt tamen ſenſus quod baptizati cernebant ſtephanum habentē faciem angeli.aut legendum quod baptizati a laurentio illuminati cernebant illum fulgore circumfuſum eminus.i.a lōge. Recens piatis.per baptiſma.in initio naſcentis eccleſię cum per baptiſma fiebant ſpiritus ſancti capaces. Caecitas impiorum.qui torquebant Laurentium. Oblitum.i.obſcuratū.noctis ſitu.i. quaſi vmbra et tenebris: in quibus eſt rerū ſitus.i.ſquallor. Obducta operta.ſub nigro velamine.i.ſub vmbra. Aegyptiae plage.de qua in Exodo.cap.x.tribus diebus in tenebris nemo vidit fratrē ſuum vbicūq; habitabāt filij iſrael lux erat. ſic in Laurētij martyrio baptizati fideles videbant illū fulgentē. tortores aūt nihil tale videbāt ſ; quaſi nube obductū. Barbaros egyptios vt ī pſalmo in exitu iſrael de egypto dom⁹ iacob de populo barbaro Sudor lumine.i.ſereno Uerg. viij.eñ.p ſudū rutilare videt dictū ſudū.i.ſine humido. Qualitas diuerſa odoris. quia a chriſtianis indicatur nectar odoratum a tortoribus nidor qui ex concoctis cibis euaporat. Idem ſenſus.ſ.odoratus.

Aura varia. quia in aere fundatur odor. Horrore vindice. i. vltrice. in tortores. aut oblectamine in chriſtianos. Chriſtus ignis. de quo Malachie cap. iij. ipſe enim quaſi ignis conflans. et ſedebit cōflans et emundans argentum et purgabit filios leui. Complet lumine et vrit. qui tamē ſunt contrarij effectus ex eadem cauſa ꝑfecti. E cataſta. vt ſupra ex tormento fac periculum. i. experire. Crudum ceu aſſum. quod vtrumqꝫ erat in laurētio. Ludibundus. ideſt per ludum iocumqꝫ hęc dicebat. Vrbem romulam. a romulo cōditam. Horatius in carmine ſęculari. romulę genti date rem prolemqꝫ. Numen vnicū. quia pater et filius et ſpiritus ſanctus vnus deus ſunt. O ſplendor ⁊ virtus patris. hebreorum cap. primo. qui cū ſit ſplendor glorie et figura ſubſtantię eiꝰ et in hymno ſplendor paternę glorię. Virtus patris. i. fortitudo. vnde Eſaias cap. liij. et brachium domini cui reuelatum eſt. Autor horum moenium. quorum romulus dicitur eſſe conditor. quia ideo feciſti vt roma eſſet caput orbis vt omnes gentes obedirent vnis legibus. nam qd̄ vergiliꝰ primo ęn. ſcribit. his ego nec metas rerum nec tempora pono ad imperium eccleſię potiꝰ ꝙ ad ſęculare pertinet. Quirinali togę. quia romulus poſt conſecrationem quirinus eſt cognominatus et romana gens togata a vergilio dicitur. vt romanos rerum dominos gentemqꝫ togatam. Obſeruantum. i. religionē Ingenia. quę apud diuerſas nationes varia ſunt ⁊ ad diuerſa ſtudia inclinata.

Variatur aura: aut adficit
Horrore nares vindice:
Aut mulcet oblectamine.
Sic ignis æternus deus
(Nā chriſtꝰ ignis verus ē)
Is ipſe complet lumine
Iuſtos. ⁊ vrit noxios.
Poſtquam vapor diutinus
Decoxit exuſtum latus:
Vltro e cataſta iudicem
Compellat affatu breui.
Conuerte partem corporis
Satis crematam iugiter:
Et fac periclum: quid tuus
Vulcanus ardens egerit.
Præfectus inuerti iubet.
Tūc ille. coctū eſt. deuora.
Et experimentum cape:
Sit crudū an aſſum ſuauiꝰ.
Hæc ludibundus dixerat.
Coelum deinde ſuſpicit.
Et congemiſcēs obſecrat
Miſeratus vrbē romulā.
O Chriſte numen vnicum.
O ſplendor. o virtus patris.
O factor orbis ⁊ poli
Atqꝫ author horū moenium.
Qui ſceptra romæ i vertice
Rerum locaſti ſanciens
Mundum quirinali togæ
Seruire ⁊ armis cedere:
Vt diſcrepantum gentium
Mores ⁊ obſeruantiam
Linguasqꝫ ⁊ ingenia ⁊ ſacra

Unis domares legibus.
En omne ſub regnum remi
Mortale conceſſit genus.
Idem loquuntur diſſoni
Ritus: ad ipſum ſentiunt.
Hoc deſtinatum quo magis
Jus Chriſtiani nominis
Quodcũq; terrarum iacet:
Uno illigaret vinculo.
Da Chriſte Romanis tuis:
Sit Chriſtiani vt ciuitas:
Per quã dediſti: vt cæteris
Mens vna ſacrorum foret.
Confoederantur omnia
Hic idẽ mẽbra in ſymbolũ.
Manſueſcit orbis ſubditus:
Manſueſcat & ſũmũ caput.
Aduertat abiũctas plagas
Coire in vnam gratiam.
Fiat fidelis Romulus:
Et ipſe iam credat Numa.
Confundit error troicus
Adhuc catonum curiam
Ueneratus occultis focis
Phrygum penates exules.
Janum bifrontem: & ſterculũ
Colit ſenatus. horreo
Tot mõſtra patrũ dicere:
Et feſta Saturni ſenis.
Abſterge xp̄e hoc dedecus.
Emitte Gabriel tuum:
Agnoſcat vt verum deũ
Errans Juli cæcitas.

Regnum remi. pro romuli. nã et ille particeps regni fuit. Diſſoni ritus. i. diuerſi mores. et homines diuerſorum ſtudiorum. Idem loquuntur et ſentiunt. quia idem credunt et confitentur. ſ. fidem chriſtianam. vel potius ad linguam latinam referendum et ad leges romanorũ. Hoc deſtinatum. a deo: vt quemadmodũ omnes tenentur vno imperio teneantur etiã vna religione. Mens vna ſacrorum. q̃a cum imperio propagata eſt religio chriſtiana. In ſymbolum. i. in conuenientiam nam ſymbolum eſt in quo plura conueniunt. Manſueſcit orbis. non totus ſed eccleſia orientalis et græca vnde incoepit religio noſtra. Caput. roma. vergilius q̃ alias inter caput extulit vrbes. Aduertat. roma videat. Abiunctas plagas. i. diſiunctas regiones. In vnam gratiaz. ideſt amorem religionis conuenire. Romulus & numa. per quos intelligit romanorum principes. Error troicus. ideſt romani qui a troianis acceperunt religionem hoc eſt veſtam et penates et palladium. Curiam catonum. i. nobilium romanorum quales fuerunt catones. Occultis foſcis. ignem veſtalem qui in abditis ſeruabatur. vergilius. ij. æne. æternum q; adytis effert penetralibus ignem. Penates exules. vergilius victoſq; penates. Janum bifrontẽm. Ouidius primo faſtorum Janus bifrons anni tacite labẽtis origo ſolus de ſuperis qui tua terga vides. Sterculum. Macrobius in primo ſatur. cyrenenſes mellis et fructuum repertorem ſaturnum exiſtimant hũc romani ſterculium vocant. Gabriel. recte non eſt auſus declinare ſub hac terminatione. Cæcitas iuli. ideſt eorum qui ab aſcanio iulo æneæ filio deſcendunt a quo iulius cæſar ducẽbat originem. Vergilius Julius a magno demiſſus nomen iulo.

Vocatoꝛ gentium.ſ.paulus qui preceptoris pꝛedicatoꝛ gentium dicitur. Recludit.i.apperit. Aeternitatis. ideſt coelorum et vitę aeternę. Stupꝛo ſoꝛoꝛis. Iunonis quę iouis dicitur et ſoꝛoꝛ et cõiunx.

Exturbat.eijcit. Ouidius.xv.meta. Exturbare animas poſuit pꝛo eijcere. Factum.neronis.qui petrum et paulũ martyrio coꝛonauit. Quod tu armaueras. ideſt molitus eras quod ceſſit in perniciẽ tuam. Futurum pꝛincipem. conſtantinum intelligit cuius edicto vt inquit hieronymus gentilium tẽpla ſubuerſa ſũt.

Obdens peſſulos.i.ianuarum repagula. Marmoꝛa temploꝛum.ſ. Idola.i. ſanctoꝛum imagines.quia idola deoꝛum noxia erant. Vincula carnalia.quibus anima in coꝛpoꝛe tenetur. Erupit. pꝛo rupit pꝛo ſimplici compoſitum.

Et iam tenemus obſides
Fidiſſimos huius ſpei.
Hic nempe iam regnant duo
Apoſtoloꝛum pꝛincipes.
Alter vocatoꝛ gentium.
Alter cathedram poſſidens
Pꝛimam recludit creditas
Aeternitatis ianuas.
Diſcede adulter Iuppiter
Stupꝛo ſoꝛoꝛis oblite.
Relinque romam liberam:
Plebemq́ȝ iã Chriſti fuge.
Te paulus hinc exterminat.
Te ſanguis exturbat Petri.
Tibi id quod ipſe armaueras:
Factum Neronis officit.
Video futurum pꝛincipẽ
Quandoque: qui ſeruos dei
Tetris ſacroꝛum ſoꝛdibus
Seruire romam non ſinat.
Qui templa claudat vectibus:
Valuas eburnas obſtruat.
Nefaſta damnet limina
Obdens ahenos peſſulos.
Tũc pura ab omni ſanguine
Tandem nitebunt marmoꝛa.
Stabunt ⁊ vere innoxia.
Quæ nunc habentur idola.
Hic finis oꝛandi fuit
Et finis idem vincula
Carnalia erupit, volens
Vocem ſecutus ſpiritus.
Vexere coꝛpus ſubditis

vincula carnalia, erupit volens

corpus

## Periſtephanon.

Ceruicibus quidā patres:
Quos mira libertas viri
Ambire Chriſtum ſuaſerat.
Repens medullas indoles
Afflarat:⁊ coegerat
Amore ſublimis dei
Odiſſe nugas priſtinas.
Refrixit ex illo die
Cultus deorum turpium.
Plebs in ſacellis rarior.
Chriſti ad tribunal curritur.
Sic dimicans Laurentius
Non enſe præcinxit latus:
Hoſtile ſed ferrum retro
Torquens in authorem tulit.
Dum dæmon inuictum dei
Teſtem laceſſit prælio:
Perfoſſus ipſe concidit:
Et ſtratus æternum iacet.
Mors illa ſancti martyris.
Mors vera templorum fuit.
Tunc veſta palladꝯ lares
Impune ſenſit deſeri.
Quicquid quiritum ſueuerat
Ornare res vanas Numæ:
Chriſti frequentans atria
Hymnis reſultat martyrem.
Ipſa et ſenatus lumina
Quōdā luperci aut flamines
Apoſtolorum et martyrum
Exoſculantur limina.
Uidemus illuſtres domos
Sexu ex vtroqꝫ nobiles
Offerre votis pignora

Libertas viri. ideſt laurentij. nā patres illi cum vidiſſent martyrem tanta libertate apud vrbis prefectum fuiſſe vſum coeperunt et ipſi chriſtum querere. Indoles. probitas illa martyris. Repens medulas. illorum patrum inflamarat.

Nugas priſtinas. ideſt vanitates gentilicas. In ſacellis. deorum gentilium.

Rarior. cum antea eſſet frequentior.

Curritur. pleriqꝫ omnes currunt. Retro torquens. pro retorquens. nam moriens hoſtem ſuperauit. ſic enim in dies creſcebat eccleſia. Stratus aeternum. aeternaliter nomen pro aduerbio. Uergilius ſexto eneid. ſedet aeternumqꝫ ſedebit. Ueſta. ideſt ignis veſtalis. Ouidiꝰ. nec aliud veſtam quam viuam intellige flammam. Lares palladios. i. templuꝫ vbi erat palladium. Impune. quia ſi negligentia virginum veſtalium ignis extingueretur. capitale erat illis. ſed tunc impune ille ignis extinctus eſt. Res vanas nume. qui religionem romanis tradidit et ſacra. Reſultat martyrem. i. reſultando concinit. Luperci. ſacerdotis panos dei paſtoꝝ. Et flamines ſacerdotes collegiorum. Lumina ſenatus. i. ex ſenatoribus illuſtriſſimi. Ex vtroqꝫ ſexu. ex patre et matre fulgentes ſanguine.

Pignora clariſſimorum liberum. pro liberorum. ideſt ipſos liberos. qui ſunt pignora parentibus.

Pontifex vittatus: qui fuit apud gen=
tiles in summa veneratione. Claudia
vestalis. per quam intelligit quemlibet
virginem sacerdoteꝫ ex collegio vestę. hęc
est illa claudia que cum accusaretur pol⸗
lutę castitatis purgans inocentiam suaꝫ
angulo traxit nauē que neqꝫ velo neqꝫ re
mis promoueri poterat Terqꝫ quaterqꝫ
et septies. ex Vergilio pri. en. o terqꝫ qua⸗
terqꝫ beati. sed septies conflatur ex terna
rio et quaternario. qui numerus ex certa
quadam ratione perfectus est. Te o lau
renti. Cōminus. idest prope et in eadeꝫ
vrbe. Aduolui propter. i. prope. Vergi.
in buc. propter aquę riuū viridi procum
bit in vlua. Nos vasco iberus. sensus est
ille dicitur foelix cui licet romę visitare
cineres beati laurentij. sed nos hispanos
Iberus vasco. i. fluuius qui vascones
abluit. Diuidit. i. separat nos. non ꝙ
iberus appelletur vasco cum preterfluit
caesaraugustam vrbem: sed quod ortus
in vasconibus fluit per illos ⁊ deinde per
celtiberos. Binis alpibus. quod ipse
declarat trans alpes cotianas ⁊ trans py
reneum dictę sunt autem coctię alpes a co
ctio gallorum rege qui cum augusto ami
citiā fecit coctianę dicuntur a cornelio ta
cito. Ninguidos. i. niuosos. nā ninguis
pro nix dicebant antiqui. et inde ningui⸗
dus. a. um. Sidoni⁹. iani numqꝫ ningui
dos menses. Vix fama. i. nescitur Vrba
num solum. i. vrbis que per excellentiam
sic dicitur. Coelum intuemur. vbi est cer
tior sedes martyrum. Sic. s. intuentes coe
lum. Allectus vrbi Ierusalem coelesti.
de qua in Apocalipsi. ca. xxi. Inenarra⸗
bili. i. cuius opulentia narrari non potest
Coronam ciuicaꝫ. quę dabatur illi qui
ciuem in prelio seruasset.

Clarissimorum liberum.
Vittatus olim pontifex
Adscitur in signum crucis:
Aedemqꝫ Laurenti tuam
Vestalis intrat claudia.
O ter quaterqꝫ ⁊ septies.
Beatus vrbis incola
Qui te actuorum comminus.
Sedem celebrat ossium.
Cui propter aduolui licet:
Qui fletibus spargit locum.
Qui pectus in terram premit.
Qui vota fundit murmure.
Nos vasco iberus diuidit
Binis remotos alpibus
Trans cotianorum iuga.
Trās ⁊ pirenas ninguidos.
Vix fama nota est: abditis
Quam plena sāctis Roma sit:
Quam diues vrbanum solum
Sacris sepulcris floreat.
Sed qui caremus his bonis:
Nec sanguinis vestigia
Videre coram possumus.
Coelum intuemur eminus.
Sic sancte Laurenti tuam
Nos passionem quærimus.
Est aula nam duplex tibi.
Hic corporis. mentis polo.
Illic inenarrabili
Allectus vrbi municeps
Aeternæ in arce curiæ
Gestas coronam ciuicam.
Video: videre illustribus

Gemmis coruſcātem virū:
Quem Roma coeleſtis ſibi
Legit perennem conſulem
Quæ ſit poteſtas credita:
Et muneris quantum datū:
Probant quiritum gaudia:
Quibus rogatus annuis.
Quod quiſq; ſupplex poſtulat:
Fert impetratum proſpere.
Poſcunt.litantur.indicant.
Et triſtis haud vllus redit.
Ceu præſto ſemper aſſies.
Tuoſq; alūnos vrbicos
Lactante complexus ſinu
Paterno amore nutrias.
Hos inter o Chriſti decus
Audi poetam ruſticum
Cordis fatentem crimina:
Et facta prodentem ſua.
Indignus agnoſco et ſcio.
Quem Chriſtus ipſe exaudiat
Sed per patronos martyres
Poteſt medelam conſequi.
Audi benignus ſupplicem
Chriſti reum Prudentium:
Et ſeruientem corpori
Ablue vinclis ſeculi.

Finis.

ſed quia laurentius multos hoc modo reduxit ad chriſtuz merito donatur corona ciuita. Roma coeleſtis. ſicut hieruſalem coeleſtis. Quę ſit poteſtas. quod in vita aliorum martyrum facit & in hac facit vt enarret huius martyris quēadmodum & aliorum poteſtatem. Gaudia quiritum. conſequentium petita.

Litantur. pro litant hoc eſt impetrant quod poſcunt. Aſſies. antiquum pro adſis. Alumnos vrbicos. ideſt tuos ciues. Lactante ſinu. more matrum quę filios lactant. Quē exaudiat. quia peccatores deus non exaudit. Johan. capi. ix. Medelam. ideſt peccatorum veniā.

Reum chriſti. ideſt quem chriſtus poteſt accuſare peccatorem. Cice. pro milone. reus milonis lege plotia fuit clodius.

Seruientem corpori. dum eſt in hoc ſaeculo.

## Ode in laudē Eulaliç martyris.

Ermine nobilis Eulalia
Mortis ꝛ indole nobilior
Emeritam ſacra virgo ſuā:
Cuius ab vbere ꝓgenita eſt.
Oſſibus ornat. amore colit.
Proximus occiduo locus eſt:
Qui tulit hoc decus egregium:
Urbe potens. populis locuples:
Sed mage ſanguine martyrij
Uirgineoq; potens titulo.
Curriculis tribus atque nouem
Tris hyemes quater attigerat:
Cum crepitante pyra trepidos
Terruit aſpera carnifices
Supplicium ſibi dulce rata.
Iam dederat prius indicium
Tendere ſe patris ad ſolium:
Nec ſua membra dicata toro
Ipſa crepundia repulerat
Ludere neſcia puſiola.
Spernere ſuccina. flere roſas.
Fulua monilia reſpuere.
Ore ſeuera. modeſta gradu.
Moribus ꝛ nimium teneris
Caniciem meditata ſenum.
Aſt vbi ſe furiata lues
Excitat in famulos domini:
Christicolaſq; cruenta iubet

Germine nobilis eulaliç. carmen eſt q̄le illud o crucifer bone. principio cōmēdat illā a nobilitate patrie. deinde a nobilitate generis. ꝛ q̄d ab ineunte ętate dedit ſpeciēnen future religionis. deide proſequitur ordine beatę martyris paſſionē. tum demū proſeq̄tur miracula quę in morte illius viſa ſunt et celebritatē omniū ad eius tumulum. Indole mortis. i. virtute id quod precedit pro eo q̄d ſequitur. nam indoles virtutē precedit. Cuius ab vbere. i. fertilitate. Uergilius p̄mo ġn. potens armis atq; vbere glebę. Occiduo. i. occidenti ſoli. nā emerita non multū diſtat a ſacro promōtorio q̄ eſt totius europe locus maxie omniū occidentalis. Curriculis tribus. atq; nouem. i. ſolis duodecim reuolutionib' hoc eſt duodecī annis. Attigerat quater hyemes. i. duodecim annos accipiē do partem annorum pro toto anno. Pyra crepitante. i. lignorum ſtrue incenſa. crepitat autē ignis cū ligna cōburuntur quod aiunt vt inquit ariſtoteles veſtam ridere. et notat quo mortis genere paſſa eſt martyriū. Aſpera. in ſeipſam talia ꝑpetrando. Dulce ſibi. i. rē dulcē. Uerg. dulce ſatis humor. Indiciū. indolē vt ſupra dixit. Ad ſoliū patris. Ad regnū coeleſte. in quo dei ſedes eſt. Dicata toro. ſubaudi fore. i. dederat indiciū ſe nemini nuptuꝫ ire. Crepūdia. diximꝰ fuiſſe crepitacula q̄ puſionibus ꝛ puellis dātur ad cohibendos fletus. ꝛ in quibus ludunt. Puſiola. i. puellula. nā puſio paruus eſt puer. Succina. q̄ gręce dicuntur electra. vulgo ambar gūmi arborum notiſſimū. Flere roſas. i. cum fletu abijcere cum aliç ſoleant flere vt dentur. Fulua monilia. i. aurea a colore. moribus teneris iuxta illud Sap. ij. cani hoīs ſapiētia illius. Furiata lues. i. ꝑſecutio in chriſtianos. Cruēta. i. cruorē minitās niſi ſacrificēt turs et ie-

Tura cremare: iecur pecudis
Mortiferis adolere deis:
Infremuit ſacer Eulaliæ
Spiritus: ingenio que ferox
Turbida frangere bella parat:
Et rude pectus anhela deo
Foemina, prouocat arma virum.
Sed pia cura parentis agit:
Virgo animoſa domi vt lateat
Abdita rure et ab vrbe procul:
Ne fera ſanguinis in precium
Mortis amore puella ruat.
Illa peroſa quietis opem
Degeneri tolerare mora
Nocte fores ſine teſte mouet:
Septaqꝫ clauſtra fugax aperit:
Inde per inuia carpit iter.
Ingreditur pedibus laceris.
Per loca ſenta ſitu ꝛ vepribus
Angelico comitata choro.
Et licet horrida nox ſileat:
Lucis habet tamen illa ducē.
Sic habuit generoſa patrum
Turba columni ferunt radiū:
Scindere qui tenebroſa potens
Nocte viam face perſpicua
Præſtitit intereunte chao.
Non aliter pia virgo viam
Nocte ſecuta diem meruit:
Nec tenebris adoperta fuit:
Regna canopica cum fugeret.
Et ſuper aſtra pararet iter.
Illa gradu cita peruigili
Millia multa prius peragit:

cora deis. Parat frangere. ordo eſt. et rude pectus et ferox ingenio parat frangere. i. ſuperare. Bella turbida. ideſt perturbationē aliјs afferentia. i. parabat ſe martyrio pati credo: ſꝫ hoc volebant parentes prohibere occultan do illam in agro. Fera puella. effera ta amore martyriј. Prouocat arma virum. pro virorum. i. inſtrumenta q̄ ſeuiant in ipſam. Quietis. i. pacis et tranquillitatis. Mora degeneri. q̄a videbatur ſibi degenerare ſi non rue ret in martyrium. Septa clauſtra. i. domus ſepimenta quibus erat clauſa Ingreditur. vadit. per loca ſenta ſitu. i. loca ſpinoſa et inculta. Vergiliј eſt in ſertoꝝ. Sileat. i. ſit noctis ſilentiū. Vergilius per amica ſilentia noctis. Sic habuit. ex exodo cap. xiiј. domin⁹ inquit precedebat filios iſrael ad oſtē dendā viā p diē i columna nubis. et p noctem in columna ignis. Patrum id eſt filioꝝ iſrael. Intereunte chao. id eſt diſſipatis tenebris. Meruit di em. i. diei lucem. Regna canopica. id ē aegyptia nam canopus ciuitas eſt ae gypti que nūc damiata dicitur. ſed per regna canopica intelligit regna mun di huius. que martyr fugiebat vt he brei aegyptia. Gradu peruigili. quia totam noctem vigilauerat.

Plaga eoa.i.regio orientalis. Pan-dat polum.ideſt coelum aperiat ſol oriẽs Vergili⁹ panditur interea domus omni-potentis olympi. Adit tribunal vbi erat iudex In medijs faſcibus.i.lictoribus q faſces præferebant magiſtratibus. Perdere animas.ſ.veſtras precipitando illas ad inferos Scopulis raſilibus.i.viſce-ra veſtra radentibus. Male prodiga ſui quia male impenditis mortem. Chriſticolum.i.chriſticolarum. Iſis. apollo qui ſunt ex magnis ⁊ conſentibus deis.

Maximianus qui particeps impij cuʒ dio cletiano fuit anno ſalutis.circiter trecen-teſimo:quo tempore perſecutio valida in chriſtianos fuit. Cliens lapidum.i.cul-tor idoloruʒ Nam cliens acolendo dicitur

Proſtituat.verbũ turpe ſũptum ab il-lis qui ſe proſtituunt libidini publice. ⁊ in ſacris litteris verbum eſt frequens moe chari de ijs qui idola colunt. Gene-roſa.qualem me profiteor. Quatit.i.per ſequitur. Dux bon⁹. per ironiam eſt le-gendã. Sanguine innocuo. i.martyrũ.

Corporibus pijs.i.religioſis. Inhiãs ſumptum a pullis hirundininis qui cibis inhiant.i.auide cupiunt Seneca in her-cule fur.nullo fine beatas componit apes gazis inhians. Fidem.i.fideles chriſtia nos Coacta.i.compoſita et compacta.

Rem fragilẽ.corpus frangibile cito.

Quã plaga pandat eoa poluʒ.
Mane ſuperba tribunal adit:
Faſcibus adſtat: ⁊ in medijs
Vociferãs rogo quis pudor eſt
Perdere præcipites animas:
Et male prodiga corda ſui
Sternere raſilibus ſcopulis:
Omnipatremq; negare deum?
Quæritis o miſeranda manus
Chriſticolũ genus? en ego ſuʒ.
Dæmoniacis inimica ſacris.
Idola protero ſub pedibus
Pectore ⁊ ore deum fate.
Iſis. Apollo. Venus nihil eſt.
Maximianus ⁊ ipſe nihil.
Illa nihil: quia facta manu:
Hic manuum quia facta colit.
Friuola vtraq; ⁊ vtraq; nihil.
Maximianus opum dominus
Et tamen ipſe cliens lapidum
Proſtituat. voueatq; ſuis
Numinibus caput ipſe ſuuʒ.
Pectora cur generoſa quatit?
Dux bonus arbiter egregius
Sanguine paſcitur innocuo.
Corporibusq; pijs inhians
Viſcera ſobria dilacerat:
Gaudet ⁊ excruciare fidem.
Ergo age tortor adure. ſeca.
Diuide membra coacta luto.
Soluere rem fragilẽ facile eſt.
Non penetrabitur interior
Exagitante dolore animus.
Talibus excitus in furias

Pretor ait. rape precipitem
Lictor: et obrue ſupplicijs.
Sentiat eſſe deos patrios:
Nec leue principis imperium.
Quem cuperem tamē ante necē
Si potis es reuocare tuam
Torua puellula nequitiam.
Reſpice gaudia quāta metas:
Que tibi fert genialis honor.
Te lacrymis labefacta domus
Proſequitur: generiſq; tui
Ingemit anxia nobilitas:
Flore quod occidis in tenero.
Proxima dotibꝰ et thalamo.
Non mouet aurea pompa tori
Non pietas ueneranda ſenum
Quos temeraria debilitas.
Ecce parata miniſteria
Excruciablis exitij.
Aut gladio feriere caput.
Aut laniabere membra feris.
Aut facibus data fumificis
Flebiliterq; vlulanda tuis
In cineres reſoluta flues.
Hec rogo: quis labor eſt fugere?
Si modicum ſalis eminulis.
Turis et exiguum digitis
Tangere virgo benigna velis.
Poena grauis ꝓcul abfuerit.
Martyr ad iſta nihil: ſed enim
Infremit: inq; tyranni oculos
Sputa iacit. ſimulacra dehinc
Diſſipat. impoſitamq; molam
Turibulis pede proſubigit.

Obrue ſupplicijs. i. onera. vel lacera. Sentiat. nunc cum dolore eſt hic ſenſꝰ. Teren. ſentiet qui vir ſim. Nequiciam peccatum ſiue malum. Quanta gaudia metas. i. colliges vnde meſſores dicti. Genialis honor. i. nuptię. vnde lectus genialis in aula eſt apud horatiuz. eſt enim genius generationis deꝰ. Domus. parē tum familia. Nobilitas aut parentum aut omniū nobilium. Pōpa tori. i. thalami iam tibi parati ad nuptias. Senum. patris et matris. Debilitas. i. hoc tuo facto temeraria crucias. Miniſteria pro miniſtris. ſicut ſeruicia pro ſeruis apuleiꝰ tunc me velut quandam victimā publice miniſteria perducunt. Feriere caput laniabere membra ſynechdoche ꝓ verbum paſſiuum. Flues in cineres. i. cremaberis. Vlulanda tuis. more foeminarum que in fletu vlulant. Vergilius et foemineo vlulatu. Fugere hec. i. tanta mala que tibi ſunt parata. Eminulis digitis. i. eminentibus et ſummis et eſt ſenſus. poena grauis aberit a te ſi ſummis digitis velis tangere modicum ſalis et exiguum thuris ad ſacrificandū. ſ. dijs ſalis autem dicit propter molam que ſale ſpargebatur. Vergiliꝰ et ſulſe fruges et circū tempora vittę varro. de re ruſtica ſcribēs de canibus ſpina neq; eminula neq; curua. Impoſitam molam que erat parata ad ſacrificium. Proſubigit. i. proculcat Verg. iij. geor. et pede proſubigit terram

Pectora iuncea.i. pulchre deducta et compoſita Terentius in eunucho reddit curatura iunceas. Numerante notas.i ſigna quę faciebant vngule. Scriberis. alluſit ad notas quę aliquãdo ſignificãt litteras. ideo dicit o domine tu ſcriberis mihi.i. in me. Hos apices. qui litteris imponi conſueuerũt in litteris preſertim hebraeis et graecis. Notant.i. per notas repreſentant. Sanguinis eliciti. ex vulneribus meis expreſſi. Lucanꝰ. in.ix. virus et elicitũ. ſacrum nomen.i. chriſtũ

Fonte recalente.i. recentante ſanguinẽ Vergi.iij.geor. lauit ater corpore ſanguis

Vltima carnificina.i. ignis quod fuit vltimum tormentum. Laceratio. vt antehac. Cratetenus.i. quę non penetrabat niſi vſqꝫ ad coſtas que ſũt quaſi quedaꝫ crates ipſius corporis. Crinis odorꝰ non tunc ſed qui ſolebat odoribꝰ ſuffici Vergiliꝰ. ambroſieqꝫ comę diuinum vertice odorem ſpirauere. Vt in iugulos.i. in partem colli anteriorẽ. Inuolitans humeris.i. in humeros. et eſt ſenſus ꝙ virgo deduxit capillos in facieꝫ et humeros vt abſconderet pudorẽ ſuum cum moreretur. Tegmine.i. capillis. Flãma crepans. Vergilius.pri.geor. atqꝫ leuẽ ſtipulam crepitantibus vrere flãmis. Volat in faciem. quia capilli ſunt igne correpti. Vegetata. nutrita. Exuperat apicẽ.ſ. capitis. Vergi.ij. eñ. fundere lumen apex.

Columba repens. pro repente ſicut recens pro recenter.

Nec mora carnifices gemini
Iuncea pectora dilacerant:
Et latus vngula virgineum
Pulſat vtrinqꝫ: ⁊ ad oſſa ſecat
Eulalia numerante notas.
Scriberis ecce mihi domine:
Quã iuuat hos apices legere:
Qui tua xp̃e trophęa notãt.
Nomẽ ⁊ ipſa ſacrum loquitur
Purpura ſanguinis eliciti.
Haec ſine fletibus ⁊ gemitu
Laeta canebat ⁊ intrepida.
Dirus abeſt dolor ex animo.
Membraqꝫ picta cruore nouo
Fonte cutem recalente lauãt.
Vltima carnificina dehinc
Non laceratio vulnifica
Cratetenus: nec arata cutis:
Flamma ſed vndiqꝫ lãpadibꝰ
In latera ſtomachumqꝫ furit.
Crinis odorus vt in iugulos
Fluxerat inuolitans humeris
Quo pudibunda pudicitia
Virgineuſqꝫ lateret honos
Tegmine vertificis oppoſito.
Flamma crepans volat in faciẽ:
Perqꝫ comas vegetata caput
Occupat: exſuperatqꝫ apicem
Virgo citum cupiens obitum
Appetit: ⁊ bibit ore roguin.
Emicat inde columba repens
Martyris os niue candidior
Viſa relinquere: ⁊ aſtra ſequi.
Spiritus hic erat Eulalię

Lacteolus.celer.innocuus.
Colla fluunt abeunte anima.
Et rogus igneus emoritur.
Pax datur artubꝰ exanimis.
Flatꝰ i aethere plaudit ouās:
Templaqꝫ celſa petit volucer.
Vidit et ipſe ſatelles auem
Foemine ab ore meare palam.
Obſtupefactus et adtonitus
Proſilit:et ſua geſta fugit.
Lictor et ipſe fugit pauidus.
Ecce niuem glacialis hyems
Ingerit:et tegit omne forum.
Membra tegit ſimul Eulaliæ
Axe iacentia ſub gelido
Pallioli vice linteoli.
Cedat amor lachrymantū hoim:
Qui celebrare ſuprema ſolent.
Flebile cedat et officium.
Ipſa elementa iubente deo
Exequias tibi virgo ferunt.
Nunc locus Emerita eſt tumulo
Clara Colonia Vettoniæ:
Quā memorabiliſ Amnisa na
Præterit:et viridante rapax
Gurgite moenia pulchra lauat.
Hic vbi marmore perſpicuo.
Atria luminat alma nitor.
Et peregrinus.et indigena.
Reliquias cineresqꝫ ſacros
Seruat humꝰ venerāda ſinu.
Tecta coruſca ſuper rutilant
De laquearibus aureolis.
Saxaqꝫ caeſa ſolum variant

Lacteolus.candidus. Flatus.i.ſpiritus. Templa celſa.i.coelum. quod proprie templum dicitur.nam hęc nr̄a in terra per tranſlationem dicuntur templa.

Meare pro volare. Sua geſta fugit.i. caede quam virgini fecerat. Lictor.qui preferebat pretoris inſignia. Sub axe gelido.i.ſub coelo.pars pro toto.vt intonuere poli.nam polus et axis partes ſūt coeli. Vice pallioli linteoli.i. ad ſimilitudinem pallij lintei. Cedat amor. ſenſus eſt quod exequię virginis huius magis honorifice ſunt:q̄ eorum qui in funere deflentur. Locus. in quo martyr eſt paſſa. Emerita. colonia romanorū in prouincia lucitania.Vectoniae. nam vectōes.populi ſūt luſitanię.de quibꝰ Luc. li.iiij.vectoneſqꝫ leueſ Amnis ana.fluuiꝰ qui diuidit baeticam a luſitania et inde nobilis. Gurgite viridante propter arbores aut herbas adiacentes ripis quod illius fluminis eſt proprium. Hic vbi.ordo eſt. Hic humus veneranda.propter virginis martyrium. Seruat in ſinu.i gremio reliquias ⁊ cineres ſacra. Vbi nitor luminat.i.illuſtrat. Atria alma.i. templa. Marmore proſpicuo.i. pellucenti ⁊ ſplēdido. Super rutilant de laquearibus.ordo eſt de ſuper rutilant. Saxa caeſa.i.ſecta in pauimenta vermiculata variata arte muſeaca qualia nunc emerita multa conſpiciuntur.

Roſulenta.ideſt plena roſis.nam erant in pauimento lapſllis formatę roſę et violę et hu iuſmodi flores. Carpite.hoc ad laudem picturę pertinet quod flores picti erant ꝙ ſimillimi veris quare inuitat ad carpendos illos. Genialis hyems.ex vergilio.ij.geor. Inuitat genialis hyems.ideſt voluptuoſa ex eo quod tunc omnes vacant otio.vel potius diſiungēdus locus a ſuperiori inuitatqꝫ ad carpēdos flores quos ſpargunt in tēplo diuę eulalię. et tunc ſequitur: non caret his hyems quia emerita in tali ſitu coeli eſt qui propter aeris clementiam per mediam hyemē flores parturit. ideo dicit glacies tepens.i.hyems tepida et clemens. Cumulet.i. impleat caniſtra. Comantibus. florentibus. Pede dactylico. cuiuſmodi eſt preſens ode. Vilia. parui eſtimanda. Feſta.i.feſto virginis conuenientia. Altar.altare.ſicut cochlear et cochleare declinatur. Propiciata. ideſt propicia et beniuola facta.

Floribus vt roſulenta putes
Prata rubeſcere multimodis.
Carpite purpureas violas.
Sanguineoſqꝫ crocos metite.
Non caret his genialis hyems.
Laxat ⁊ arua tepens glacies:
Floribus vt cumulet calathos.
Iſta comantibus e folijs
Munera virgo puerqꝫ date.
Aſt ego ſerta choro in medio
Texta feram pede dactylico
Vilia.marcida.feſta tamen.
Sic venerarier oſſa libet
Oſſibus altar ⁊ impoſitum.
Illa dei ſita ſub pedibus
Proſpicit hęc.populoſqꝫ ſuos
Carmine propitiata fouet.

## Ode in laudem ſanctorum decem ⁊ octo martyrum Cęſarauguſtanorum.

In ſanctorum duodeuiginti martyrū cęſarauguſtanorum.

Carmen eſt ſapphicum mixtum adonico quale illud chriſte ſanctorum. Celebrat poeta patriam ſuā narrando duodeuiginti martyres ⁊ vincentiuꝫ et eucraten. duoſqꝫ cōfeſſores gagium ⁊ crementium eiuſdem ciuitatis indigenas.

Bis nouem noſter populus ſub vno
Martyrum ſeruat cineres ſepulchro:
Cęſarauguſtam vocitamus vrbem:
Res cui tanta eſt.
Plena magnorum domus angelorum
Non timet mundi fragilis ruinam

Bis nouē.i.duodeuiginti. Noſter populus.q̄a vt in prudētij vita dixim͡us caeſarauguſtanus fuit. Res tāta.i.tanto precio ęſtimāda. Mundi ruinā.ꝗppe tanta ſcōꝝ

Tot ſinu geſtans ſimul offerenda
Munera Chriſto.
Cum deus dextram quatiens coruſcam
Nube ſubnixus veniet rubente
Gentibus iuſtam poſiturus æquo
Pondere libram.
Orbe de magno caput excitata
Obuiam Chriſto properanter ibit
Ciuitas omnis precioſa portans
Dona caniſtris.
Afra Carthago tua promet oſſa
Ore facundo Cypriane doctor.
Corduba Aciſclum dabit. ꝛ zoellum,
Treſqꝫ coronas.
Tu tribus gemmis diadema pulchrum
Offeres Chriſto genitrix piorum
Tarraco: intexit cui fructuoſus
Sutile vinclum.
Hoc nomen gēmæ ſtrofico illigatum eſt.
Emicant iuxta lapides gemelli.
Ardet ꝛ ſplendor parilis duorum
Igne coruſco.
Parua Felicis decus exhibebit
Artubus ſanctis locuples Gerunda.

preſentia eſt munita. Sinu. tranſlatio ſumpta ab iis qui plenos numeribus ſinus offerunt. Nube rubente. ad illum reſpicit quod ſcribit Euangeliſta, videbitis filium hominis venientem in nubibus cęli. Libram iuſtam. i. iuſticiam qui libre omnia adęquāti conuenit. Omnis ciuitas. quia omnes venturi ſunt ad iuditium. Excitata caput. i. habens caput excitatum. perinde ac ſi ciuitas ſit vna quedā perſona. Dona precioſa. i. martyres idigenas. ꝛ qđ dixit in genere explicat ꝑ partes. Aphra carthago. ad differētiā carthaginis ſpartarię ſiue nouę que eſt in hiſpania. Cyprianū qui fuit carthaginenſis. et ſolaꝫ hanc poſuit ex vrbibus peregrinis cuꝫ reliquę omnes ſint in hiſpania. Corduba. ciuitas betice nobiliſſima. Aciſclū cuius feſtum eccleſia celebrat. xv. kl. decembris. zoellum huius quoqꝫ feſtuꝫ celebrat. v. kl. Iulii. ſed nomine paululum immutato zoilū pro zoello nuncupans. cum alioqui zoilus nomē ſit magis celebre. Tres coronas. i. alios tres martyres quoꝝ nomina nō ſunt mihi comperta. Tarraco ciuitas hiſpanię citerioris. Tribus gēmis. i. augurio et eulogio et fructuoſus. de quibus peculiarem odam paulo poſt cantaturꝰ eſt. Cui tarraconi. Fructuoſus qui fuit terraconēſis epſ. Interit pro intexuit aut intexet. Vincluꝫ ſutile. i. coronā cōtextā. Hoc nomē gēme. opinor legēdū eſſe nouę gēmę. Strophico. i. corone Verg. in copa. necte caput ſtrophio. Lapides gemelli. i. augurius ꝛ eulogius qui fuerūt leuitę fructuoſi. Splendor parilis. qꝛ ambo erant eiuſdē ordinis. Gerūda. ciuitas quoqꝫ hiſpanię citerioris cōuentis terra con enſis vbi cōciliū fuit celebre qđ gerundenſe dr. Foelix

cis quo nõie et aliĩquoqȝ martyres fuerũt. Ambos emeteriũ ⁊ chaledoniũ de quib⁹ ſupra ſcripſit oden. Barcinõ. ciuitas quoqȝ eiuſdẽ ꝓuinciȩ colonia romanorũ fauẽtia cognominata. Narbo a qua dicta eſt prouicia narboneñ. dicit̃ autẽ narbo marti⁹. nũc eſt narbona.

Noſtra geſtabit Calagurris ambos
 Quos veneramur.
Barcinon claro Cucufate freta
 Surget: ⁊ Paulo ſpecioſa Narbo.
Teqȝ præpollens arelas habebit
 Sancte Geneſi.
Luſitanorum caput oppidorum
 Urbs Adoratæ cineres puellæ
Obuiam Chriſto rapiens ad aram
 Porriget ipſam.
Sanguinem iuſti cui paſtor hæret
 Ferculum duplex. geminumqȝ donum
Ferre Complutum gremio iuuabit
 Membra duorum.
Ingeret Tingis ſua Caſſianum
 Feſta Maſſylum monumenta regum:
Qui cinis gentes domitas coegit
 Ad iuga Chriſti.
Singulis paucæ tribus aut duobus
 Forſan ⁊ quinis aliquæ placebunt
Teſtibus Chriſti prius hoſtiarum
 Pignore functæ:
Tu decem ſanctos reuehes ⁊ octo
 Cæſarauguſta ſtudioſa Chriſti
Uertice flauis oleis reuincta
 Pacis honori.

Urbs. Emerita q̃ eſt caput luſitaniȩ h̃ eſt ciuitas metropolis. Puellȩ adoratȩ. i. eulaliȩ quã omnes venerãtur. Ad aram ipſam. i. quaſi munus offerendum chriſto ad aram.

Sanguinẽ iuſti. ꝯplutũ ciuitas ẽ tarraconenſis ꝓuinciȩ fortaſſe alcala qꝛ id oẽs opinant̃. et ẽ ordo iuuabit ferre ſanguinẽ iuſti et paſtoris appoſitiue ferculũ. i. donũ. ſiue vaſculũ in quo fert̃ donũ. nã vtrũqȝ ſigñt ferculũ. Tigis ciuitas mauritaniȩ bocchi quȩ quondã fuit hiſpaniȩ contributa quã quã terminis hiſpaniȩ nõ cõtineat̃. Caſſianus hic tingitanus nõ videt̃ eſſe is de quo paulo eſt exponet̃ martyriũ et ꝑ appoſitionẽ ad caſſianũ ſubdit monumenta feſta regum maſſylũ pro maſſylorum q̃ ſunt populi in eo tractu Uergilius. iiij. eñ. maſſyliqȝ ruunt equites. Qui cinis. non cinis ſed ille cuius erat cinis. i. caſſianus. Paucȩ. ſub ciuitates placebunt ſingulis aut duobus. et aliquȩ quinque teſtibus. ideſt martyribus. nam martyr teſtis interpretatur. Pignore hoſtiarum. i. talibus hoſtijs quȩ ſunt pignora quȩdam ad propiciandum deum. Reuincta oleis. quia oleis abundat quȩ ſunt pacis inſignia. Uergilius. ij. geor. et pinguem pacis nutritor oliuam. ideo ſubdit honori pacis.

Prædiues pietate.i.religiōe. Parens orbis poeni.i. Carthago ciuitas aphricę metro polis. In ſolio.q.d.in arce dominationis. in qua multi martyres paſſi ſunt. Sacer ſan guis.ſ.martyrum. Excluſit ex omnibus portis.qui erant intra vrbez. Inuidorum.quia

Sola in occurſum numeroſiores
Martyrum turbas domino paraſti.
Sola prædiues pietate multa
Luce fruetis.
Vix parens orbis populoſa poeni.
Ipſa vix Roma in ſolio locata
Te decus noſtrum ſuperare in iſto
Munere digna eſt.
Omnibus portis ſacer immolatus
Sanguis excluſit genus inuidorum
Dæmonum: et nigras pepulit tenebras
Vrbe piata.
Nullus vmbrarum latet intus horror.
Pulſa nam peſtis populum refugit.
Chriſtus in totis habitat plateis.
Chriſtus vbiq; eſt.
Martyrum credas patriam coronis
Debitam ſacris, chorus vnde ſurgens
Tendit in coelum niueus togatæ
Nobilitatis.
Inde Vincenti tua palma nata eſt.
Clerus hic tantum peperit triumphum
Hic ſacerdotum domus infulata
Valeriorum.
Sæuus antiquis quoties procellis
Turbo vexatum tremefecit orbem:
Triſtior templum rabies in iſtud
Intulit iras.

demonum propria eſt inuidia. Nigras tenebras.i.offucias quas demones obiiciunt hominibus. Vmbrarum. laruarum et huiuſſantaſmatum Peſtis.ſ.demonū Refugit populuz .ſ.caeſarauguſtanū Patriā martyrū .i.vbi martyres nimia fertilitate ꝑuenerunt. Debitam ſacris coronis. id eſt ad hoc generatā vt martyres ꝑcrearet. Nobilitatis togatę.i.martyrū qui iam toga candida induti. vnde canit eccleſia te martyrum candidatus laudat exercitus. Vincenti. qui caeſarauguſtanus fuit et tamē ſagunti martyrium paſſ⁹ vt paulo poſt dicturus eſt. Cler⁹ clericorum ordo.ex quo fuit vincentius.et valerius. Inſulata. quia fuerunt eiuſdē vrbis. Saeuus.qđ in chriſtianorū perſecutionib⁹ que fuerāt vſq; in illa tempora caeſarauguſte tēpous ꝙ vſquam alibi ſęuitum eſt. In iſtud templum. ideſt in chriſtianos qui templū dei ſunt vt inquit apoſtolus an neſcitis quod templum dei eſtis.

Nec furor quiſquam ſine laude noſtrum
Ceſſit; aut clari vacuus cruoris:
Martyrum ſemper numerus ſub omni
Grandine creuit.
Nonne vincenti peregre necatus
Martyr his terris tenui notaſti
Sanguinis rore ſpeciem futuri
Morte propinqua?
Hoc colunt ciues: velut ipſa membra
Ceſpes includat ſuus: ⁊ paterno
Seruet amplectens tumulo beati
Martyris oſſa.
Noſter eſt: quamuis procul hinc in vrbe
Paſſus ignota dederit ſepulchri
Gloriam victor prope littus altæ
Forte ſagunti.
Noſter ⁊ noſtra puer in palæſtra
Arte virtutis fideiqꝫ oliuo
Unctus horrendum didicit domare
Uiribus hoſtem.
Nouerat templo celebres in iſto
Octies partas decieſqꝫ palmas:
Laureis doctas patrijs eadem
Laude cucurrit.
Hic ⁊ Encrati recubant tuarum
Oſſa virtutum: quibus efferati
Spiritum mundi violenta virgo
Dedecoraſti.

Sine laude noſtrum. i. noſtrorum martyrum. Sub omni grandine. i. perſecutione. Peregre necatus. ſ. ſagunti non longe a valentia nunc eſt monuiedro. Rore ſanguinis. forte propterea dicit: qđ ibi didicit quo pacto deberet eſſe martyr: cū videret ciues ſuos martyrium pati. Hoc colūt ciues ſ. quod ibi nat⁹ es ⁊ inſtitutus ad fidem poteſt etiā legi hūc ſ. martyrē. neqꝫ minori laude cenſendi ſunt quaꝫ ſi etiaꝫ illius oſſa haberent. Prope littus qr ſaguntus vt liuius ſcribit non diſtat a mari pluſquā mille paſſus. Altę. i. antiquę. condita nāqꝫ eſt a zacynthijs qui cum hercule in hiſpaniam venerunt. Noſtra paleſtra. i. chriſtiana militia. Oliuo fidei quem admodum paleſtritę oleo ſe perungebant. et alludit ad oleū chriſmaqꝫ baptiſmatis. Hoſtem perſecutorem nominis chriſtiani. Palmas victorias deceꝫ et octo martyrum. Eadem laude. qua. ſ. illi cucurrerunt. Encrate. virgo et martyr quoqꝫ ex eadem vrbe que nunc corrupte dicitur engratia. interpretatur namqꝫ encrate temperata. Recubant oſſa. i. monumenta. Quibus virtutibus. i. qua fortitudine. Tu virgo violenta. qr viribus id feciſti. vt illud ex Euangelio. regnum coelorum vim patitur et violenti rapiunt illud. Dedecoraſti ſeculum. quia victoria tua fuit mundi huius ignominia.

# Periſtephanon.

Martyrum nulli.quia illi aſſecuti ſunt coronam martyriȷ̃ per mortem haec vero paſſa eſt omnia tormentorum genera et tamen ſuperuixit fuitqꝫ ſibi ipſi ſuperſtes. Retexis.enarras.vt in hymno martyruꝫ.quę vox que poterit lingua retexere. alias retexere eſt quod textum eſt infectuꝫ reddere. Recentans.ideſt renouans.quaſi velit dicere exulcerans quod iam in cicatricem coierat. Sulcos.i. laniatus in ſulcorũ morem. Sub corde e cuius regione ſũt papillę. Mynus precium.ideſt non multi eſtimandum precium namqꝫ ali quando poenam ſignificat vt Terentius ego precium pro ſtulticia fero.⁊ Vergi.viij.eñ.rem magnam precliũqꝫ morę. Concitam quietem.ideſt citaꝫ ⁊ velociter venientem. Ouidius. Morſqꝫ minus poenę quam mora mortis habet Longum.nomen pro aduerbio. ideſt longo tempore. Humor tabidus. id eſt ſanguis corruptus. martyr vocatiuus eſt. Plena poena.quia nihil defuit ad martyriȷ̃ meritum. Vidimus. ideſt ſi adfuiſſemꝰ poteramus videre. Vergilius pri.geor. et ſtudio in caſſum videas geſtire lauãdi.neqꝫ enim per tempora licuit prudentio id videre. Vngulis preſſis. ideſt in ipſa thoracis penetralia impreſſis. Mors pallens.ab effectu.Vergilius in.iiij.enei.et pallida morte futura.

Martyrum nulli remanente vita
Contigit terris habitare noſtris.
Solatu morti propriæ ſuperſtes
Viuis in orbe.
Viuis:ac poenæ ſeriem retexis.
Carnis ⁊ cæſæ ſpolium recentans:
Tetra quam ſulcos habeant amaros
Vulnera narras.
Barbarus tortor latus omne carpſit.
Sanguis impẽſus.lacerata membra.
Pectus abſciſa patuit papilla
Corde ſub ipſo.
Jam minus mortis pretium peractæ:
Quæ venenatos abolens dolores
Concitam membris tribuit quietem
Fine ſupremo.
Cruda te longum tenuit cicatrix:
Et diu venis dolor hæſit ardens:
Dum putreſcentes tenuat medullas
Tabibus humor.
Inuidꝰ quãuis obitum ſupremum
Perſecutoris gladius negarit:
Plena te martyr tamen vt peremptãm
Poena coronat.
Vidimus partem iecoris reuulſam
Vngulis longe iacuiſſe preſſis.

Aliquid tuorum. ſubaudi membrorum. Fruendum. ideſt quo gloriaretur. Juge viuē tis. ideſt immortalis. et eſt nomē pro aduerbio iuge pro iugiter. Ergo. Cęſarauguſtā patriam ſuam hortatur ad canendas duodeuiginti martyrum laudes: quos enumerat: preter quattuor ſaturninos. Diues ter ſenis. nā et cum genitiuo et cū ſeptimo caſu conſtruitur diues. horati⁹. diues agris diues poſitis in foenore nummis. Optato et luperco. et alijs qui ſequuntur Tibi met. ideſt non tantum ad illorum laudem. ſed etiam ad tuā quę ex illis tibi quoq; accedit. Euenti. vocatiu⁹ eſt ab eo quod euentius. Nomen extolli. ꝑ nomina celebrari. Renuēte metro. quia ſyllabę quędam illorū nominum repugnabāt legi carminis ſapphici. Carminis leges. ſenſus eſt ꝙ nihil refert illorū nomina ſcribi noſtro verſu: qa nomina illorum ſcripta ſunt in coelo. luce cap. x. Aureorum nominum. id eſt aureis litteris ſcribendorū. Nō eſt rudis. id eſt noua quia ſemper celebrabuntur.

Mors habet pallens aliquid tuorum:
Te quoque viua.
Hunc nouum noſtræ titulum fruendum
Cæſarauguſtæ dedit ipſe Chriſtus:
Juge viuentis domus vt dicata
Martyris eſſet.
Ergo ter ſenis ſacra candidatis
Diues optato ſimul ⁊ luperco
Perge conſcriptum tibimet ſenatum
Pangere pſalmis.
Ede Succeſſum. cane Martialem.
Mors ⁊ Urbani tibi concinatur.
Juliam cantus reſonet. ſimulq;
Quintilianum.
Publium pandat chorus. ⁊ reuoluat
Quale Frontonis fuerit tropæum.
Quid bonus Felix tulerit. quid acer
Cecilianus
Quantus Euenti tua bella ſanguis.
Tinxerit. quantus tua Primitiue.
Cum tuos viuax recolat triumphos
Laus Apodemi.
Quattuor poſthinc ſupereſt virorum
Nomen extolli renuente metro:
Quos Saturtinos memorat vocatos
Priſca vetuſtas.
Carminis leges amor aureorum
Nominum paruifacit: ⁊ loquendi
Cura de ſanctis ocioſa non eſt
Hæc rudis vnquam.

# Periſtephanon.

Plenus eſt artis modus annotatas
 Nominum formae recitare Chriſto:
 Quas tenet coeli liber explicandas
  Tempore iuſto.
Octo tunc ſanctos recolet. decemqꝫ
 Angelus coram patre filioqꝫ
 Urbis vnius regimen tenentes
  Iure ſepulchri.
Quin ad antiquum numerum trahentur
 Uiua poſt poenæ ſpecimen puella.
 Morsqꝫ Uincenti. cui ſanguis hinc ē
  Fons ⁊ honoris.
Additis Sagio: nec enim ſilendi:
 Teqꝫ Crementi: quibus incruentum
 Ferre prouenit decus ex ſecundo
  Laudis Agone.
Ambo confeſſi dominum ſteterunt
 Acriter contra fremitum latronum.
 Ambo guſtarunt leniter saporem
  Martyriorum.
Hæc ſub altari ſita ſempiterno
 Lapſibus noſtris veniam precatur
 Turba: quam ſeruat procerum creatrix
  Purpureorum.
Nos pio fletu. date. perluamus
 Marmorum ſulcos. quibus eſt operta
 Spes: vt abſoluam retinaculorum

Plenus artis modus. ideſt ſatis eſt quod illorū nomina ſint nota chriſto. Coeli liber. de quo in apocalypſi ioannis. Angelus. qui eſt cuiuſqꝫ hominis cuſtos. Iure ſepulchri ideſt quia in illa ſepulti ſunt: ideo peculiarem gerunt illius tutelam. Ad antiquum numerum. ſ. decem ⁊ octo memoratorū. Puella viua. id eſt que poſt martyrij tormēta fuit ſuperſtes. Mors vincenti. quez diximꝰ ortū cęſarauguſtę. paſſū vero ſagūti. Sanguis. ideſt natale ſolum. et origo honoris. vt potius honor martyrij cedat patrie q̄m loco vbi paſſus ē. Additis gagio ⁊ crementio. hi duo cōfeſſores fuerūt: qui ſine ſanguine martyrij conſecuti ſunt parē illis gloriam. Latronuꝫ. ideſt perſecutoruꝫ. ſed de his nihil ad huc legi. neqꝫ nūc id agimus vt excutiamus monumēta vetuſtatis: ſꝫ vt aditum quendam ad hęc opera grāmaticis aperiamꝰ Saporē. ideſt portionem quandam martyrij citra ſanguinem. Lapſibus noſtris. ideſt peccatis in q̄ labimur. Creatrix. ſ. cęſarauguſta martyrum genitrix. Nos pro fletu. Senſus et ordo eſt Date. i. eia agite ſe et cęteros hortans hoc dicit: parluamus lachrymis ſulcos marmoruꝫ i. epitaphorum ſulcatas litteras. Spes operta. i. cineres Iuxta illud caro mea requieſcet in ſpe ſubaudi reſurgendi.

Vincla meorum.
Sterne te totam generoſa ſanctis
Ciuitas mecum tumulis: deinde
Mox reſurgentes animas et artus
Tota ſequeris.

Vincla. i. peccata quibus deuinctus et impeditus teneor. Animas et artus idest ipſos martyres a mortuis reſurgentes in die vniuerſalis iudicij.

## Ode in Laudem ſancti Vincencentij Martyris.

Beate Martyr proſpera
Diem triumphalem tuum:
Quo ſanguinis merces tibi
Corona Vincenti datur:
Hic te ex tenebris ſeculi
Tortore victo et iudice
Euexit ad coelum dies:
Chriſtoque ouantem reddidit.
Nunc angelorum particeps
Conluces inſigni ſtola:
Quam teſtis indomabilis
Riuis cruoris laueras.
Cum te ſatelles idoli
Præcinctus atris legibus
Litare diuis gentium
Ferro et catenis cogeret.
Ac verba primum mollia
Suadendo blande effuderat
Captator: vt vitulum lupus
Rapturus, adludit prius.
Rex inquit orbis maximus
Qui ſceptra geſtat romula:
Seruire ſanxit omnia
Priſcis deorum cultibus.

Vincentij Martyris.

Beate martyr. hymnus eſt qualis ille. Ales diei nuncius. vincentij qui vt in ſuperiori ode diximus caeſarauguſte fuit ortus et sagunti paſſus martyrium celebrat. Proſpera. ideſt proſperum fac Liuius libro. viij. quiritium victoriamque proſperetis. Merces ſanguinis. i. martyrij. Hic dies. in quo paſſus es martyrium. Inſigni ſtola. quæ fuit apud romanas mulieres iſigne caſtitatis. Teſtis indomabilis. ideſt martyr inuictus.

Satelles idoli. i. dacianus miniſter dæmonis. Atris legibus. i. duris et imperioſis. Captator. ille ſatelles captans vt caperet. Alludit prius vt illum a matre abſtrahat ludens et blādiens. Rex maximus. romanus imperator. Romula. i. romana. Vergilius. vi. eñ. Romula tellus. Omnia mortales omnes.

f. 2°

colluceas inſigni ſtola. [illegible]
[illegible]
fulgens colluceas ſtola:

Vos nazareni aſſiſtite:
Rudemq; ritum ſpernite.
Hæc ſaxa quæ princeps colit:
Placate fumo et victima.
Exclamat hic Vincentius
Leuita de tribu ſacra
Miniſter altaris dei
Septem ex columnis lacteis.
Tibi iſta præſint numina.
Tu ſaxa: tu lignum colas.
Tu mortuorum mortuus
Fias deorum pontifex.
Nos lucis authorem patrem.
Eiuſq; chriſtum filium
Qui ſolus ac verus deus:
Datiane confitebimur.
Hic ille iam commotior
Audesne non felix ait:
Jus hoc deorum et principū
Violare verbis aſperis?
Jus ſacratum et publicum
Cui cedit humanum genus:
Nec te iuuentæ feruidæ
Inſtans periculū permonet?
Hoc namq; decretum cape.
Aut ara ture ⁊ ceſpite
Precanda iam nūc eſt tibi:
Aut mors luēda eſt ſanguine.
Reſpondit ille altrinſecus:
Age ergo quicquid virium:
Quicquid poteſtatis tibi eſt:
Palam reluctor: exere.
Vox noſtra quæ ſit: accipe.
Eſt Chriſtus ⁊ pater deus.

Aſſiſtite. idolis adſtate. Nazareni. chriſtiani. Rudem ritum. ideſt nouam religionem. Leuita. nō quod fuit ex tribu leui iudeus. ſed quod ſacerdos ſacrorumq; miniſter: quemadmodum ⁊ leuitę ex tribu leui fuerunt. Ex ſeptem columnis. ad ſeptem illos ſacramenti miniſtrā di leuitas reſpicit: de quibus Lucas in actibus apoſtolorum. cap. vi. Deorum mortuorum. non immortalium vt illi vocabant. vnde viuum deum verum ad illorum differentiam dicimus. Lucis autorem. quia a luce fabricam mundi inchoauit: cum dixit fiat lux. Commotior. i. perturbatior. Sacratum et publicum. ideſt religioſum ⁊ profanum. Ara. ideſt idolum in ara impoſitum imprecandum Ture ⁊ ceſpite. quia ex ceſpitibus ⁊ herbis congerebant altaria. Altrinſecus. ideſt ex altera parte. Age exere. i. eia expedi. Reluctor palam. i. non diſſimulanter reſiſto.

Extorque. ideſt per tormenta extrahe a me. Si potes. quaſi dicat ſed non poteris. Ludus chriſtianis. ideſt quaſi per ludum illa experimur. Scitum brutũ. ideſt decretum beſtiale et iniquum. Cõdigna veſtris ſenſibus. quia quales habetis deos talem et ſapientiam. Exciſa. puta ex ſaxis aut lignis. Aut recocta. id eſt ex aere fuſili conflata. His. ideſt talibus dijs. ideſt in illorum honorem. Spiritus. ideſt demones maligni. Magiſtri ideſt autores. Auſpices. ideſt qui vobis auſpicantur in ſacrificijs ventura. Vagi. qui vagantur per aerem. Impotentes. ideſt in malum potentes. aut quia ex ſe nihil poſſint niſi permiſſione diuina.

Latenter. per ſuggeſtionem alliciendo.

Affore regnum. Iudicium vltimum dicit. Perfidis. ideſt malis qui a deo deſciuerunt quemadmodum et ipſi a principio mũdi. Clamant. puta cum dicebãt ieſu chriſte fili dauid quid veniſti ante tẽpus torquere nos. ſcimus qui ſis. Diui et demones. quia in naturalibus angelis ſunt aequales.

Serui huius & teſtes ſumus.
Extorque ſi potes fidem.
Tormenta. carcer. vngulæ.
Stridensq; flammis lamina:
Atq; ipſa poenarum vltima
Mors Chriſtianis ludus eſt.
O veſtra inanis vanitas.
Scitumq; brutum Cæſaris
Condigna veſtris ſenſibus
Coli iubetis numina.
Exciſa fabrili manu.
Cauis recocta & follibus.
Quæ voce. q̃ greſſu carent
Immota. cæ ca. elinguia.
His ſumptuoſa ſplendido
Delubra creſcunt marmore:
His colla mugientium
Percuſſa taurorum cadũt.
Aſſunt & illic ſpiritus.
Sunt ſed magiſtri criminũ.
Veſtræ & ſalutis auſpices
Vagi, impotentes, ſordidi.
Qui vos latenter incitos
In omne compellũt nefas.
Vaſtare iuſtos cædibus.
Plebem piorum carpere.
Norunt & ipſi: ac ſentiunt
Pollere Chriſtũ & viuere:
Eiusq; iam ianque affore
Regnũ tremendũ perfidis.
Clamant fatentes denique
Pulſi e latebris corporum
Virtute Chriſti & nomine.
Diuiq; ijdem dæmones.

His intonantem martyrem
Iudex profanus non tulit.
Conclamat.os obtrudite:
Ne plura iactet improbus.
Vocem loquentis claudite.
Raptimqꝫ lictores date
Illos reorum carnibus
Paſtos.manuqꝫ exercitos.
Iam faxo ius prætorium
Conuitiator ſentiat.
Impune ne noſtris ſibi
Dijs deſtruendis luſerit?
Tibi ergo ſoli contumax
Tarpeia calcentur ſacra?
Tu porro ſolus obteras
Romam.ſenatum.cæſarem?
Vinctum retortis brachijs
Surſum ac deorſum extēdite.
Compago donec oſſium
Diuulſa membratim crepet.
Poſt hinc hiulcis ictibus
Nudate coſtarum abdita:
Vt per lacunas vulnerum
Iecur retectum palpitet.
Ridebat hæc miles dei
Manus cruentas increpans:
Quod fixa non profundius
Intraret artus vngula.
Ac iam omne robur fortium
Euiſcerando ceſſerat:
Niſuſqꝫ anhelos ſoluerat
Feſſos lacertorum toros.
Aſt ille tanto lætior
Omni vacantem nubilo

Obtrudite.claudite. purior lectio eſt obſtruite. Reorum carnibus.i.carnifices martyrum illi date et obijcite. Ius pretorium.quia decianus prętor erat iuri qꝫ dicundo pręfectus. Sentiat.cum dolore.ſ.tormentorum. Luſerit.pro illuſerit.vergilius.iiij.noſtris illuſerit aduena regnis. Sacra tarpeia.ideſt quę coluntur i capitolio quę rupes tarpeia dicitur. q.d.ſacra romanorum. Diuulſa membratim.ideſt diſtracta per membra.Hiulcis ictibus et hiantibus vulneribus. Abdita coſtarum.ideſt quę latent intra coſtas hoc eſt exta et omenta. Retectum.ideſt apertum. Vngula non intraret.id eſt penetraret. Ceſſarat.i.defecerat et victum erat. Niſus anhelos.ideſt conatus ex labore anhelantium. Toros muſculos. Nubilo.ideſt ſine vlla triſticia.ſed lętus.nubilum autem et ſerenū tranſlationes ſunt.

Quis vultus iſte. ideſt tam letus in tormentis. Renidet. ideſt ſplendet et ſerenus eſt. Prouocat. ideſt laceſſit in tormenta. Et tortus. ideſt qui torquetur eſt fortior quam tortus. Illa vis. ſ. tortoruꝫ exercita in tormentis martyrum. Ars dolorum. ideſt tormentorum inferentiuꝫ dolores. Alumni carceris. aut lictores aut carnifices aut cuſtodes alloquitur. Cohibete dexteras. ideſt ceſſate a tormentis Mihi. ideſt ad hoc quod volo facere. Vigor. ſ. martyria patentia patiendi. aut veſtra torquendi. Vlcera. ſãguine fluẽtia.

Colligit. ideſt vulnus in cicatricem coit Reſulcans. i. iterum ſcindens. Leuites. ſic graece declinatur nos leuita. ꝑ. declinamus. Tuorum canum. i. tortorum.

Oſtende. illis. ſ. Riuos. ſ. ſanguinis. Meam poenam. i. de me. Alter homo. i. non hic carnalis qui videtur ſed ille interior de quo apoſtolus. induite nouum hominem.

Frontem ſerenam luminat
Te Chriſte præſenteꝫ videns.
Quis vultus iſte pro pudor
Datianus aiebat furens.
Gaudet. renidet. prouocat
Tortor. ⁊ tortus acrior.
Nil illa vis exercita
Tot noxiorum mortibus
Agone in iſto proficit.
Ars ⁊ dolorum vincitur.
Sed vos alumni carceris
Pars ſemper inuicta mihi
Cohibete paulum dexteras:
Reſpiret vt laſſus vigor.
Præſicca rurſus vlcera:
Dum ſe cicatrix colligit:
Refrigerati ſanguinis
Manus reſulcans diruet.
His contra leuites refert.
Quam tuorum perſpicis
Languere virtutem canum.
Age ipſe maior carnifex:
Oſtende quo pacto queas
Imos receſſus ſcindere:
Manus ⁊ ipſe interſere:
Riuoſqꝫ feruentes bibe.
Erras cruente: ſi meam
Te rere poenam ſumere:
Cum membra morti obnoxia
Dilancinata interficis.
Eſt alter homo intrinſecus:
Violare quem nullus poteſt.
Liber. quietus. integer.
Exors dolorum triſtium.

Hoc quod laboras perdere
Tantis furoris viribus:
Vas eſt ſolutum ac fictile
Quocunqꝫ frangendũ modo.
Quin immo nunc enitere
Illum ſecare ac plectere:
Qui perſtat intus. qui tuam
Calcat tyranne inſaniam.
Hunc laceſſe. hunc diſcute
Inuictum. inſuperabilem.
Nullis procellis ſubditum:
Soliqꝫ ſubiectum deo.
Hæc fatur: ⁊ ſtridentibus
Laniatur vncis denuo.
Cui prætor ore ſubdolo
Anguina verba exſibilat.
Si tanta callum pectoris
Prædurat obſtinatio:
Puluinar vt noſtrum manu
Abomineris tangere.
Saltem latentes paginas:
Libroſqꝫ opertos detege.
Quo ſecta prauum ſeminans
Iuſtis cremetur ignibus.
His martyr auditis ait:
Quem tu maligne myſticis
Minitaris ignem litteris:
Flagrabis ipſe hoc iuſtius.
Rhõphæa nam coeleſtium
Vindex erit voluminum
Tanti veneni interpretem
Linguã perurẽs fulmine.
Vides fauillas indices
Gomorreorum criminum:

Hoc quod laboras.ſ.corpus. Vas eſt. de quo ideꝫ apoſtolus ſciẽtes vnuſquiſqꝫ ſuuꝫ vas poſſidere. Vas ſolutum.ideſt ſolubile. Illum.ſcilicet hominem interiorem. Calcat.vincit et ſuperat. Exſibillat.quia dixit anguina verba. Callum pectoris.ideſt patientiam. Puluinar noſtrum.ideſt altaria. Nam in templis puluinaria ſternebantur. Libros. religionem veſtram continentes. Rhomphea.i.enſis. Erit vindex.ideſt liberatrix. Interp̃tem tanti veneni.i.blaſphemiæ. Vides fauillas. Exemplo illum deterret: cũ ita illum conflagraturum dicit vt ſodomorum gomorræ. Indices.ideſt teſtes et indicium facientes.

prauum

Cinis. quia totus ille locus quaſi cinere ſparſus eſt. O ſerpens. quia ſupra dixit anguina verba exibilat. Fuligo et bitumen. i. aliquid ſimile iis que ſunt apud ſodomā et gomorram: apud inferos te expectat. bitumen autem ſudat aſphaltites lacus iudeę. vn de bitumen iudaicū vocatur. Cunctatꝰ diu. deliberans quid faceret. Extrema omnium. ſubaudi tormentorum vt ſcilicet queſtio exerceatur. per tormenta namq; in queſtionibus veritas extorqueri ſolet. Ad hęc munera. .i. officia. Pernix. alacris et velox.

Ad paleſtram glorię. ideſt ad certamen in quo martyr reportaturus erat victoriā

Spes. vincendi ex parte martyris ⁊ crudelitas carnificis. Regule ſerrata. cōmodius dixiſſet lamina cum Vergilio. primo geor. argutę lamina ſerrę. Dente infrequenti. ideſt valde frequenti. nā hic in auget. Viuum habitum. ideſt vaporem igneum. Excuſſus ſalis. ideſt excuſſio niſi forte velis intelligere quod ſalis ſit caſus rectus. Punctis ſtridulis. ideſt puncturis cum ſtridore erumpentibꝰ cum nuca ſalis.

Sodom[illegible] nec latet cinis
Teſtis perennis funeris.
Exemplar hoc ſerpens tuum eſt:
Fuligo quem mox ſulphuris
Bitumen et miſtum pice
Imo implicabunt tartaro.
His perſecutor ſaucius
Pallet, rubeſcit, æſtuat:
Inſana torquens lumina
Spumaſq; frendens egerit.
Tum deinde cunctatus diu
Decernit extrema omnium
Igni grabato et laminis
Exerceatur quæſtio.
Hęc ille ſeſe ad munera
Gradu citato proripit.
Ipſoſq; pernix gaudio
Poenæ miniſtros præuenit.
Ventū ad paleſtram gloriæ.
Spes certat, et crudelitas:
Luctamen anceps conſerunt
Hinc martyr, illinc carnifex.
Serrata lectum regula
Dente infrequenti exaſperat:
Cui multa carbonū ſtrues
Viuum vaporat halitum.
Hunc ſponte conſcendit rogum
Vir ſanctus ore interrito:
Ceu iam coronæ conſcius.
Celſum tribunal ſcanderet.
Subter crepante aſpergine
Scintillat excuſſus ſalis.
Punctiſq; feruens ſtridulis
Sparſum per artus figitur.

// verbū lęsi.
verba lęsiā signabāt, nō, n...
... terre
... no tenia la boca
spātada, sino alegre.

A rui na poſthinc igneum.
Impreſſa cauterem lauit:
Vis vnde roris fumidi
In membra ſenſim liquitur.
Hæc inter immotus manet
Tanquam dolorum neſcius.
Tenditqꝫ in altum lumina:
Nam vincla palmas preſſerāt.
Sublatus inde fortior
Lugubre in antrum truditur.
Ne liber vſus luminis
Animaret altum ſpiritum.
Eſt intus imo ergaſtulo
Locus tenebris nigrior:
Quem ſaxa merſi fornicis
Anguſta clauſū ſtrangulant.
Aeterna nox illic latet
Expers diurni ſyderis.
Hic carcer horren[illegible] ſuos
Habere fertur inferos.
In hoc baratrum conijcit
Truculentus hoſtis martyreꝫ
Lignoqꝫ plantas inſerit:
Diuaricatis cruribus.
Quin addit ⁊ pœnā nouam.
Crucis peritus artifex
Nulli tyranno cognitam
Nec fando compertam retro.
Fragmenta teſtarum iubet
Hirta impolitis angulis
Acuminata informia
Tergo iacentis ſternerent.
Totum cubile ſpiculis
Armant dolores anxij:

A ruina. pingue illud quod adiacet carni impreſſa in corpus martyris. vel in ipſuꝫ cauteriū aduoluta. eſt a ſit cauter ſiue cauteriū inſtrumentū ad vrendū a cauteriꝫo quod eſt cōburo dictum. Lauit. i. tingit. et declinatur per tertiam lauo. is. lauí. Roris fumidi. ſic enim gutta diſtillatur ex pingui. Neſcius. i. non ſentiens.

In altum lumina. ex Vergilio. ij. enei. lumina nā teneras arcebant vincula palmas. Inde. ſ. ex tormentis. Vſus liber. i ſine impedimento. Animaret. i. animoſiorē redderet. Ergaſtulo. i. carcere cum tamen prope ergaſtulum ſit eoꝝ qui damnantur ad facienda opera. Saxa anguſta. i. anguſtum locum claudentia ſtrangulant. i. contrahunt in ſtrictū quaſi puteum Fornicis merſi. i. teſtudinis ſubterraneę. Aeterna nox. tenebrę ſunt illic ſemper ſuos inferos. quaſi dicat eſt ille locus ſubterraneus quaſi inferi inferoꝝ.

Baratrū. ſic appellatur apud inferos locus damnatorum. Ligno. quem nos hiſpani cippum vocamus. Diuaricatis. i. diſtractis quā maximo fieri poteſt ſpacio

Fando. i. inter loquendum in fabulis. Vergilius. ij. enei. fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures. Compertaꝫ retro. i. temporibus retro actis. Fragmenta teſtarū. i. ſcrupulos anguloſos. Hirta. i. aſpera. Informia. i. nō formata in planiciem. Spiculis. i. aculeatis illis lapidibus et ſcrupulis.

Subter latus inſomne. ideſt non ſinebat martyrē dormire. Mucrone obuio. ideſt ſtimulo latus excipiente. Beelzebulis. ideſt diaboli: qui princeps ſiue vir muſcarum interpretatur. dicitur namqꝫ bel et beel et baal. Cęcitas. ideſt obſcuritas. vnde cęcam noctem vergilius dixit.

Duplex morſus ſtipitis. ideſt cippi. q̄ duobus conſtat lignis incaſtratis. Cauernis. ideſt cauis in quibus vinctorum crura inſortantur. Datorem luminis. non ſolum illius ſed etiā ſpiritalis. Mollibus. quę prius fuerant aculeata. Nectar. pro ambroſia poſuit: quę vt vergiliꝰ dixit diuinum ſpirat odorē. Auguſtior. ideſt venerabilior. Securus tui. quia deus peculiarem tui curam agit. Addere. ideſt ſis additus nam ſecunda imperatiui modi perſona eſt. Munia poenę minacis. ideſt officia laborqꝫ tormenta patiendi. ſunt decuſſa. ideſt ex te excuſſa et detracta. aut decuſſa pro decuſſata ideſt perfecta.

Inſomne qui ſubter latus
Mucrone pulſent obuio.
Hæc ille verſutus vafra
Meditatus arte ſtruxerat
Sed bel zebulis callida
Cōmēta Chriſtus deſtruit.
Nam carceralis cæcitas
Splendore lucis fulgurat:
Duplexqꝫ morſus ſtipitis
Ruptis cauernis diſſilit.
Agnoſcit hic Vincentius
Adeſſe quod ſperauerat
Tanti laboris præmium
Chriſtum datorē luminis.
Cernit deinde fragmina
Iam teſtularum mollibus
Veſtire ſemet floribus,
Redolente nectar carcere.
Quin ꝛ frequentes angeli
Stant: ac loquuntur cōminꝰ.
Quorū vnus ore auguſtior
Compellat his dictis virū.
Exurge martyr inclyte,
Exurge ſecurus tui:
Exurge: ꝛ almis coetibus
Noſter ſodalis addere.
Decuſſa iam ſatis tibi
Poenæ minacis munia.
Pulchroqꝫ mortis exitu
Omnis peracta eſt paſſio.
O miles inuictiſſime.
Fortiſſimiſqꝫ fortior
Iam te ipſa ſæua ꝛ aſpera
Tormenta victorē tremūt.

Spectator hæc Chriſtus deus
Compenſat æuo intermino:
Proprięq; collegam crucis
Larga coronat dextera.
Pone hoc caducum vaſculum
Compage textum terrea,
Quod diſſipatum ſoluitur:
Et liber in coelum veni.
Hæc ille. ſed clauſas fores
Interna rumpunt lumina.
Tenuiſq; per rimas nitor
Lucis latentis proditur.
Hoc cum ſtuperet territus
Obſeſſor atri liminis:
Quem cura pernox manſerat
Seruare feralem domum.
Pſallentes audit inſuper
Predulce carmē martyris.
Cui vocis inſtar æmulæ
Conclaue reddit concauum.
Pauens deinde introſpicit.
Admota quantū poſtibus
Acies per arctas cardinum
Intrare iuncturas poteſt.
Vernare multis floribus
Stramenta teſtarum videt:
Ipſumq; vulſis nexibus
Obambulantem pangere.
Implentur aures turbidi
Prætoris hoc miraculo:
Flet victus, et voluit gemens
Iram, dolorem, dedecus.
Exemptus inquit carcere
Paulum benignis fotibus

Aeuo intermino. ideſt immortalitatē. Collegam crucis. ideſt paſſionis. Larga dextera. i. benigna et munifica. Vaſculum. corpus quod eſt quaſi animę vagina. Liber. expeditus. Rumpunt. id eſt erumpunt per fores clauſas. Proditur. ideſt oſtenditur. Obſeſſor atri liminis. forte legendum carceris. nam quomodo limen erat atrum. Cura pernox ideſt vigilia per totam noctem durans.

Manſerat. i. expectabat. hoc enim ſignificat cum accuſatiuo conſtructum maneo verbum. Cui. ſ. carmini. Conclaue cōcauum. ideſt teſtudineum. Reddit. per vocis repercuſſionem quod maxime fit per echo in locis concauis. Acies. ſ. oculorum. nam per ianuariū rimas aſperit quid intra carceris barathrum fiebat.

Stramenta teſtarū. i. teſtas illas ſtratas. Nexibus vinculorum. ſ. et compedis. Fotibus. ideſt fomentis quibus recreetur. vt deinde magis ſentiat dolores in tormentis.

Paſtum nouum. ideſt materiam integram ad tormenta. Turbam fidelem.i. chriſtianos putantes quod pretor parabat illum dimittere. Duplices ſulcos. erant enim vngule ad modum raſtri bidentis. pererrat oſculis.i.oſculatur.

Stillante ſanguine. ſ. martyris. vt pro amuleto vtatur ad pericula morboſqꝫ depellendos. Manceps carceris.i.qui miniſterio carceris mācipatus erat Ut fert vetuſtas.i. vt fama ex antiquo tempore conſtat. Obſeratis vectibus. ideſt clauſis ianuis vt diximus. Lucis aduenę.i. extra venienti. Quietem lectuli.quia obdormiuit paululum. Aeger.i.dolens. Taedio morarum.i. quod tamdiu moraretur in hac vita. Siti mortis. i. cupid' moriendi. Et per parentheſiz interponit ſi mors habenda eſt que reſoluit mentez liberam a corporis carcere.&c.& pendet vſqꝫ ad locum illum.ergo vt recline. Reddit,quaſi rem ab illo mutuo acceptam.

Recreetur: vt paſtum nouum
Poenis refectus præbeat.
Coire toto ex oppido
Turbam fidelem cerneres
Mollire præfultum torum,
Siccare cruda vulnera.
Ille vngularum duplices
Sulcos pererrat oſculis.
Hic purpurantem corporis
Gaudet cruorem lambere.
Pleriqꝫ veſtem lineam
Stillante tingunt ſanguine:
Tutamen vt ſacrum ſuis
Domi reſeruent poſteris.
Tunc ipſe manceps carceris
Et vinculorum ianitor
Ut fert vetuſtas conſcia.
Repente Chriſtum credidit.
Hic obſeratis vectibus
Denſæ ſpecum caliginis
Splendore lucis aduenæ
Micuiſſe clauſum viderat.
At vero poſtquam lectuli
Martyr quietem contigit:
Aeger morarum tædio
Et mortis incenſus ſiti
Si mors hn̄da huiuſmodi eſt:
Quæ corporali ergaſtulo
Mentem reſoluit liberam:
Et reddit authori deo:
Mentem piatam ſanguine
Mortis lauacris inclytam:
Quæ ſemet ac vitam ſuam
Chriſto imolandam prebuit:

Ergo vt recliue mollibus
Reiecit auleis caput:
Victor relictis artubus
Coelum capeſſit ſpiritus.
Cui recta celſo tramite
Reſeratur ad patrem via:
Quam fratre cæſus impio
Abel beatus ſcanderat.
Stipant euntem candidi
Hinc inde ſanctorum chori:
Pariqꝫ miſſus carcere
Baptiſta Joannes vocat.
At Chriſtiani nominis
Hoſtem coquebant irrita
Fellis venena: et liuidum
Cor efferata exuſſerant.
Sæuire inermem crederes
Fractis draconem dentibus.
Euaſit exultans ait
Rebellis: ⁊ palmam tulit.
Sed reſtat illud vltimum
Inferre poenam mortuo
Feris cadauer tradere:
Canibusve carpendum dare.
Jam nunc et oſſa extinxero:
Ne ſit ſepulchrum funeris:
Quod plebs gregalis excolat
Titulumqꝫ figat martyris.
Sic frendit: et corpus ſacrum
Profanus ab dirum nefas
Nudum negato tegmine
Exponit inter carices.
Sed nulla dirarum fames.
Aut beſtiarum, aut alitum.

Caput recliue. ideſt inclinatum. Auleis mollibus. pro culcitris aut puluillis poſuit cum ſint aliequi aulæa que ad parietes appenduntur. Ad patrem. i. rerū. omnium parentem. Cæſus fratre. ideſt occiſus a Cain priogenito Adaꝫ ex Eua vxore. de quo ſaluatoris teſtimonio pronūciatur quod fuerit iuſtus. Pari carcere quia Joannes baptiſta i carcere quoqꝫ fuit obtruncatus et ex carcere migrauit ad dominum. Vocat. ſubaudi ad ſe et iuxta ſe collocat. Irrita venena. i. vana et que non ſunt conſecuta ſuum effectum. Et efferata. ſ. illa venena que illuꝫ efferatiorem reddiderunt. Inermeꝫ dētibus. quia draconum arma ſunt dentes

Euaſit exultans. ſ. vincentius. Palmam tulit. i. victoriam de me. Carpendum. dilacerandum. Extinxero. pro extinguam. nam futurum eſt indicatiui modi

Plebs gregalis. i. eiuſdem gregis hoc eſt chriſtianorum. Excolat. i. veneretur.

Titulum. ideſt epitaphium ſepulchro inſculpat. Negato tegmine. i. funerali veſte. Inter carices. i. paluſtres arundines minutulas.

Trophæum gloriæ. ideſt victorem glorioſum. Tactu ſquallido. ideſt immundo. Si qua clangens. ſubaudi alitum. hoc eſt aquilarum. nam clangere proprie aqlarum eſt. Trucis volucris. ideſt corui. quod ipſum mirum eſt quod coruus fugaret aquilam. Heliæ datus. ex tertio regum volumine petēda eſt hiſtoria quo pacto coruus paſcebat heliam prophetā. Excubat. ideſt vigilat et tuetur. Proximis. ei loco vbi martyris corpus iacebat. Exegit. fugauit. Belluam. ideſt lupum illum. Congredi tauris. i. cum tauris. vergilius primo æne. impar congreſſus achilli. ideſt cum achille. Plumis mollibus. ideſt coruo. Malignum. ideſt maligne. nomē pro aduerbio. Leui volatu. ſ. corui leuiter volātis. Quis audienti. ex vergilio. iiij. æneid. quis tibi tunc dido cernenti talia ſenſus. Spiculis. ideſt ſtimulis. Sed quis tyranne. verba ſunt poetæ alloquentis daciauum. Determinabit. p finiet. Nullus modus. ideſt finis.

Audet trophæum gloriæ
Foedare tactu ſquallido.
Quin ſi qua clangens improbe
Circumuolaret eminus:
Trucis volucris impetu
Depulſa vertebat fugam.
Nam coruus heliæ datus
Olim ciborum portitor
Hoc munus implet ſedulo:
Et irremotus excubat.
Hic ex frutetis proximis
Infeſtus alarum ſono:
Oculoſq; pēni[illegible]s verberans
Exegit immanem lupum.
Quis perfidorum credere
Auſit rapacem belluam
Tauris paratam congredi
Ceſſiſe plumis mollibus?
Ibat malignum murmurans
Leui volatu exterritus:
Prædamq; viſam fugerat
Cuſtodis imbellis minis.
Quis audienti talia
Datiane tunc ſenſus tibi?
Quantis gementem ſpiculis
Figebat occultus dolor?
Cum te perempti corporis
Uirtute victum cerneres
Ipſis et impar oſſibus
Uacuiſq; iam mēbris minor?
Sed quis tyranne pertinax
Hunc impotentem ſpiritum
Determinabit exitus?
Nullus ne franget modus?

Nullus.nec vnquã deſinam.
Nam ſi ferina immanitas
Manſueſcit:et clementia
Coruos voraces mitigat:
Mergam cadauer fluctibus.
Inſana nunquam naufragis
Ignoſcit vnda:et ſpumeum
Neſcit profundum parcere.
Aut ſemper illic mobilis
Incerta per ludibria
Auſtri feretur flatibus
Squamoſa paſcens agmina:
Aut ſub fragoſis rupibus
Scabri petrarum murices
Inter receſſus ſcrupeos
Diſciſſa rumpent viſcera.
Ecquis virorum ſtrenue
Cumbam peritus pellere
Remo rudente et carbaſo
Secare qui pontum queas.
Rapias paluſtri e ceſpite
Corpus:quod intactũ iacet.
Leuiq; vectum lembulo
Amplum per æquor auferas.
Sed complicatum ſparteus
Claudat cadauer culleus:
Quem fune connexus lapis
Præceps in altum deprimat.
At tu per vndas emices
Rorante præceps palmula:
Donec relictum longior
Abſcondat aſpectus ſolum.
Hæc iuſſa quidam militum:
Eumorphio nomen fuit

Nullus.facit vacianum reſpondentem Nunquam ignoſcit.ſed ſemper inıecta deuorat. Illic.ideſt in flumine. Incerta ludibria.ideſt per motus incertos.Nã et ludere pro moueri in aqua. vergilius poſuit primo geor.teretes inquit colludere plumas. Agmina ſquãmoſa.ideſt piſces. Scabri murices.ideſt aſpere rupes nam murex etiam inter alia hoc quoq; ſignificat.vergilius.vi.eñ. Inter receſſus ſcrupeos. ideſt ſpeluncas ſaxoſas et aſperas. vnde vergilius in ſexto ſcrupea ſaxa dixit. Ecquis.interrogatiuum eſt ſed hic videtur ponere pro aliquis: quia ſubdit peritus pellere cumbam ſtrenue: qui queas.&c. Cumbam.pro cymba poſuit vt murrha pro myrrha y pſilo mutato in.u.vocalem. Leui lẽbulo.ideſt paruo lembo.qui etiam ex cymbarum genere eſt.vergilius primo georg aduerſo vix flumine lembum. vbi Seruius exponit naviculam admodum breuẽ. Culleus ſparteus.ideſt fiſcus ex ſparto cõtextus. quanquam culleus ſit corium ex boue ſolidum. ſed parricidę culleo inſuebantur: et deinde in mare deiiciebantur fiſcinam appellauit culleum a ſimilitudine. Emices.ideſt eas remorum impulſu. vergil' Iuuenum manus emicat ardẽs. Palmula.ideſt remi pala. vergilius in.v.Remas feriat ſine palmula cautes. Solũ relictum. ideſt terram: hoc eſt vbi terra nuſquam appareat:ſed vndiq; ſit aut coelum aut mare.

cymbam

Hec iuſſa arripit. ideſt exequitur. Funale textum. ideſt fiſcum ex funibus contextum. Corpore ſuto. ideſt intus clauſo ⁊ implicito. Emēſus. ideſt enauigās Excutit. ideſt in mare deijcit. Gradiēte chriſto. quo tempore petrum a profundo maris liberauit. Uiator gurgitis. id eſt viam faciens per mare. Hec virtus. cum populum iſraeliticum per mare rubrū traiecit. Dehiſcere. ideſt ſulcari vndis ſtantibus ex vtroqꝫ latere. Et ipſa. ſubaudi virtus. Quietis lapſibus. ideſt tranquillis. Pronum ad littora. id eſt decliue. nam pronum dicitur quod deorſum vergit. vergilius. v. ēn. et acuto in murice remi. Spuma candens. epitheton eſt inſeparabile: quoniaꝫ omnis ſpuma candicat. Siſtella. proprie quam ſupra culleum dixerat. Remenſo marmore. ideſt retro nauigato mari. Uergilius ij. ēn. pelagoqꝫ remenſo iprouiſi aderunt. Idem in. vij. et lento luctantur marmore tonſę. Aeſtu ſecundo et flamine. ideſt vndarum refluxu ſequente ⁊ vento. nam aeſtus maris proprie dicitur cum creſcit et vndas ad littora impellit. Certant ipſi. qui merſerāt martyris cadauer in pōtum. Faſello. quem ſupra vocauit cymbam et lembulum. nam faſellus quoqꝫ nauicula eſt. Iuuenalis. Fictilibus ſolitum dare vela faſellis.

Uiolentus. audax. barbarus.
Furore feruens arripit.
Funale textum conſerit:
Suto quod implet corpore:
Emenſus et multum freti,
Inter procellas excutit.
O præpotens virtus dei:
Uirtus creatrix omnium:
Quæ turgidū quōdam mare
Gradiente Chriſto ſtrauerat:
Ut terga calcans æquoris
Siccis mearet paſſibus
Plātas nec vndis tingueret
Uaſti viator gurgitis.
Hæc ipſa virtus iuſſerat
Rubrum ſalum dehiſcere:
Patēte dum profundo aridū
Secura plebs inceſſerit.
Necnon et ipſa nunc iubet
Seruire ſancto corpori
Pontum quietis lapſibus
Adcurua pronum littora.
Saxum molaris ponderis
Ut ſpuma candens innatat.
Tantiqꝫ cuſtos pignoris
Fiſcellę fertur fluctibus.
Cernunt ſtupentes nauitæ
Uectam remenſo marmore
Labi retrorſum leniter
Aeſtu ſecundo et flamine.
Certant et ipſi concito
Pontum faſelo ſcindere:
Longe ſed artus præuolant
Telluris ad mollem ſinum.

Prius relatos deniqȝ
Humus quieta ſuſcipit:
Quā pulſa ſummis niſibus
Carina portum tangeret.
Foelix amoeni littoris
Receſſus ille, qui ſacra
Fouens harenis viſcera
Vicem ſepulchri præbuit.
Dum cura ſanctorum pia
Deflens adornat aggerem:
Tumuloqȝ corpus creditum
Vitæ reſeruat poſteræ.
Sed mox ſubactis hoſtibus
Jam pace iuſtis reddita
Altar quietem debitam
Præſtat beatis oſſibus.
Subiecta nam ſacrario
Jmamqȝ ad aram condita
Coeleſtis auram muneris
Perfuſa ſubter hauriunt.
Sic corpus, aſt ipſum dei
Sedes receptum continet,
Cum machabæis fratribus
Secto Eſaiæ proximum.
Simplex ſed illis contingit
Corona poenarum: quibus
Finem malorum præſtitit
Mortis ſupremus exitus.
Quid tale ſector auſus eſt?
Truncata nunquid corporis
Segmenta poſt ſerram feris
Obiecit, aut vndis dedit?
Num Machabæi martyris
Linguam tyrannus erutam,

Humus quieta. ideſt vbi corpus requiescit in ſpe reſurgēdi. ſepultus namqȝ putatur a chriſtianis qui aderant. Sanctorum hominum. ſ. chriſtianorum. Vitę poſterę. ideſt ad diem iudicij quo reuicturi ſunt omnes. Subactis hoſtibus. ideſt poſtquam gentiles ceſſerunt chriſtianis et ſumma rerum omnium delata ē ad nos. Altar. vt ſupra quoqȝ poſuit ꝑ altare. Hauriant auram. ideſt fauorez celeſtem. non quod ſpirent viuentes oſſa ſed quod integra manent conſeruata diuino munere. Sic corpus. ſubaudi habet ſe. Aſt ipſum. ideſt animam illius. que eſt totū hominis eſſe vt philoſophi dicunt. Cum fratribus machabęis. q̄ pro lege domini paſſi ſunt quemadmodū ſcribitur libro machabęorum ſecundo. Eſaię ſecto. ideſt ſerra in duas partes diuiſo. ſic enim ſcribitur diem ſuuȝ obijſſe.
Simplex. quia machabęi ſimplici morte necati ſunt. et eſaias quoqȝ. at vincentius mille tormētorum generibus. Sector. ideſt qui ſerra eſaiam ſecuit. Quid tale? quale in vincentium. Machabęi martyris. quo pacto hęc geſta ſunt capi. vi. ſecundi voluminis machabęoꝝ legit.

Bis inclyte. ſcilicet in vita cum patereris tormenta et poſt mortem intectus mari. Latronem. ideſt violentum perſecutorem. Efficax orator. ideſt ſufficiēs qui pro nobis ores, vel potius orator. i. patronus qui cauſam noſtraȝ coram iudice defendas. Per te. per particula eſt adiurandi. Vergilius. perq; ſi qua eſt que reſtat. Stipitem carceralem. ideſt cippum illum ligneum. Fragmen teſteum. ideſt lapillos illos teſtaceos. Per lectulum. ſepulchrum dicit: in quo ſitus eſt. Imputet quod non poteſt ſine reprehenſione fieri.

Sternimur. proiſcientes nos pronos in tuuȝ ſepulchrum. Huc illabere. ideſt ad nos deſcende.

Raptam ve pellem verticis
Auibus cruentis obtulit.
Tu ſolus o bis inclyte.
Solus brabij duplicis
Palmam tuliſti: tu duas
Simul paraſti laureas.
In morte victor aſpera
Tum deinde poſt mortē pari
Victor triumpho proteris
Solo latronem corpore.
Adeſto nunc et percipe
Voces precantum ſupplices
Noſtri reatus efficax
Orator ad thronum patris.
Per te, per illum carcerem
Honoris augmentum tui:
Per vincla, flāmas, vngulas,
Per carceralem ſtipitem:
Per fragmen illud teſteum
Quo parta creuit gloria:
Per quē trementes poſteri
Exoſculamur lectulum:
Miſerere noſtrarum precum:
Placatus vt Chriſtus ſuis
Inclinet aurem proſperam:
Noxas nec omnes imputet.
Si rite ſolennem diem
Veneramur ore et pectore:
Si ſub tuorum gaudio
Veſtigiorum ſternimur:
Pauliſper huc in labere
Chriſti fauorem deferens:
Senſus grauati vt ſentiant
Leuamen indulgentie.

Sic nulla iam reſtet mora
Quin excitatam nobilis
Carnem reſumat ſpiritus
Uirtute perfunctam pari.
Ut quæ laborum particeps
Commune diſcrimen tulit:
Sit et cohæres glorię
Cunctis in æuum ſeculis.

Finis.

Sic nulla iam. Sic parti-cula eſt adiurantis vt ſupra diximus de per. vt ſit ſenſus. fac quod te rogam⁹. ſic nulla mora reſtet: id eſt cito nobilis ſpiritus tuus reſumat carnem excitatam quod fiet in die vltimi iudicij perfunctam pari virtute. i. vtraqꝫ tua pars exerceat cõmunes operatiões. vt caro que particeps laboris i paſſione fuit: ſit cohęres glorie. i. ſimul cum ſpiritu hęres.

## Ode in laudem beatiſſimorũ martyrũ Fructuoſi epiſpicopi eccleſiæ Terraconenſis. et Augurij. et Eulogij diaconi.

Fructuoſi augurij ⁊ eulogij

FElix Terraco Fructuoſe veſtris
Attollit caput ignibus coruſcum
Leuitis geminis procul relucẽs.
Hiſpanos deus aſpicit benignus:
Arcem quandoquidem potens iberam
Trino martyre trinitas coronat.
Ardens Augurius capeſſit æthram.
Nec non Eulogius ſimul supernũ
Chriſti lucidus ad ſedile tendit.
Dux ⁊ præuius ⁊ magiſter illis
Ad tantum decus ex epiſcopali
Clarus nomine Fructuoſus ibat.
Accitus quia præſidis repente
Juſſu venerat ad forum ſacerdos
Leuitis comitantibus duobus.
Inde ad carceream viros cathenam
Paſtus ſanguine carnifex trahebat.
Gaudet currere Fructuoſus vltro.
Ac nequis ſocios timor feriret:

HJ tres martyres ex tarracone fuerant tarraconenſis prouincie ciuitate metropoli. ſed fructuoſus epiſcopus reliqui duo leuitę. Carmen eſt quale illud. paſtis viſceribus. Ueſtris ignibus. i. quia ex incẽdio migrarunt ad dominum. Arcem iberam. i. tarraconem vrbem hiſpanam. Ardẽs ex igni conflagrans. Eulogius. ex igni quoqꝫ. Ad tãtum decus. ſ. ad ignis martyrium. Preſidis iuſſu. i. emiliani qui reddebat ius. Carnifex paſtus ſanguine. quia eius officium eſt excarnificare.

Eundo.i.inter eundum hoc ē dū eunt. Calore.ideſt amore. Specum reoruꝫ.ideſt carcerem. Myſticum lauacrum. quia illic baptizabant venientes. Et purgamen aquę. quia baptiſma pertinet ad animarum purgationem. Stupent tenebre. mirabilibus que ibi fiebant. Tergeminos fratres. ego neſcio an fuerūt tergemini.i.eodeꝫ partu nati: ſed forte appellat illos tergeminos. ideſt in chriſto fratreſ per baptiſma regenerationis. Cataſtę. ideſt ipſa tormenta cum ipſi potius illa timere deberent. Imminebat .i. erat tormentoruꝫ autor. Nouum commenti genus. ideſt nouam ſectam et cōmēticiam. Lucos ideſt arbores alicui deo conſecratas: qui mos gentibus frequens erat: vt etiaꝫ in ſacris litteris ſaepe legimus. Anile dogma. ideſt vetularum religionem. Gallieni. imperatoris romanorū anno. cclxiiij. poſt chriſti natalem. Princeps. ideſt gallienꝰ imperator. Haec fanti. aemiliano loquenti. Principem dierum. potius legendum eſſet deorum. ſed nihil muto. Proſatū. ideſt progenitum. Gregis paſtor. quia epiſcopus erat vt diximus.

Praeceptor vehemens eundo firmat:
 Incenditqꝫ fidem calore Chriſti.
Mecum ſtate viri. vocat cruentus
 Ad poenam coluber dei miniſtros.
 Ne mors terreat. eſt parata palma.
Carcer Chriſticolis gradus coronae eſt.
 Carcer prouehit ad ſuperna coeli.
 Carcer conciliat deum beatis.
His dictis adeunt ſpecum reorum.
 Exercent ibi myſticum lauacrum
 Et purgamen aquae. ſtupent tenebrae.
Sex hic continuis latent diebus.
 Tandem ſtant trucis ad tribunal hoſtis.
 Fratres tergeminos tremunt cataſtae.
Iudex Emilianus imminebat
 Atrox, turbidus, inſolens, profanus.
 Aras daemonicas coli iubebat.
Tu qui doctor ait ſeris nouellum
 Commenti genus: vt leues puellae
 Lucos deſtituant. Iouem relinquant.
Damnes ſi ſapias anile dogma.
 Iuſſum eſt Caeſaris ore Gallieni:
 Quod princeps colit hoc colamus omnes.
Haec fanti placidus refert ſacerdos:
 Aeternum colo principem, dierum
 Factorem, dominumqꝫ Gallieni.
Et Chriſtum patre proſatum perenni:
 Cuius ſum famulus, gregiſqꝫ paſtor.

# Periſtephanon.

Iam fuiſti. ideſt non es nunc ſed fuiſti olim. Libandum poculum. quod ſolet fieri iis qui trahuntur ad mortis poenam. quemadmodum et ſaluatori noſtro eſt oblatum.

Subridens ait ille: iam fuiſti.
Nec differt furor: aut refrenat iram.
Sæuus deſtinat ignibus cremandos.
Exultant: prohibentq; flere vulgum.
Quoſdam de populo videt ſacerdos
Libandum ſibi poculum offerentes.
Ieiunamus ait. recuſo potum.
Nondum nona diem reſignat hora.
Nunquam conuiolabo ius dicatum.
Nec mors ipſa meum ſacrum reſoluet.
Sic Chriſtus ſitiens crucis ſub hora
Oblatum ſibi poculum recuſans
Nec libare volens ſitim peregit.
Intrant interea locum rotunda
Concluſum cauea: madens ferarum
Multo ſanguine quem furor frequentat:
Cum ſpectacula perſtrepunt cruenta:
Ac vilis gladiator enſe duro
Percuſſus cadit: et fremit voluptas.
Hic flammante pyra niger miniſter
Ardens ſupplicium parare iuſſus
Conſtruxit facibus rogum ſupremis.
Qui dum corpora concremanda ſoluit:
Feruentes animas amore lucis
Fracto carceris expediuit antro:
Certant officijs pijs ſodales.
Plantis calciamenta diſſolutis
Pronus detrahere ſtudebat vnus.
Sed ſanctus vetat: ora Fructuoſus
Inclinata premit. faceſſite, inquit,

Nona hora. qua ieiunantes ſoliti erant cibuz ſumere. hoc eſt tertia poſt meridiem. Meum ſacrum. ſ. ieiunium reſoluet. ideſt violabit. Sitim peregit. ideſt protraxit: quanquam dixiſſet ſitio. Rotunda cauea. amphitheatrum definit in quo gladiatores concurrebant: ⁊ ferarum venationes repreſentabantur et multi martyres excarnificati ſunt. Spectacula cruenta. ſ. gladiatorũ. Voluptas fremit. ſ. ſpectatorum fauentium alterutri ex gladiatoribus. Niger miniſter. ideſt fumidus ex fuligine. Facib' ſupremis. quia cõſtructa pyra ſiue lignorum ſtrue: tãdem faces ſubdebantur. Qui dũ diſſoluit. ex carcere. Fracto antro. ideſt corpore quod eſt animi carcer in quo detinetur innitus. Sodales. amici martyrum. vnus ex ſodalibus illis. Pronus pedibus aduolutis. Faceſſite. ideſt diſcedite.

Obſequela.ideſt miniſterium. Grauet.i.grauiorem et moleſtiorem faciat. Pedes reſoluam.ideſt excalciabo. Vinclis.i.calceis qui ſunt quaſi pedum vincula. Velut moyſes Exhodi.iij. Sacram cremationem ideſt rubum qui incenſus non cremabatur. Adſtare deo. ideſt accedere ad deum. Veſtigia pura.i. calceis nudata.ſic Iuuenalis obſeruant vbi feſta mero pede ſabbata reges. Stabat calce mero. ideſt nudo vt Iuuenalis. dixit mero pede. Spiritus. ideſt angelus quiſpiam. Et ferit loquelam.ideſt aere verberato pfer vba Tenui puncto.id eſt.breui momento. Rapit vitam. ideſt.non aufert vitaꝫ ſed reddit reſtituit qꝫ. Fugiet. quia per hos ignes fugient ignes aeternos gehennę. Minantur. cum e diuerſo ignes ſoleant cremandis minari. Nexus decidunt. ideſt vincula. Poena.i.vinculum manuum. In moreꝫ crucis. i. expanſas eorum more qui ſūt affixi crucis.

Ne noſtram grauet obſequela mortem.
Atqui ipſe meos pedes reſoluam:
Ne veſtigia præpedita vinclis
Tardis greſſibus in ruant in ignem.
Cur lamenta rigant genas madentes?
Cur veſtri memor vt ſiem rogatis?
Cunctis pro populis rogabo Chriſtum.
Vix hæc ediderat, relaxat ipſe
Indumenta pedum:velut Moyſes
Quondam fecerat ad rubum propinquans.
Non calcare ſacram cremationem:
Aut adſtare deo prius licebat:
Quam veſtigia pura figerentur.
Stabat calce mero.reſultat ecce
Coelo ſpiritus et ferit loquelam
Quæ cũctos tremefecit audientes.
Non eſt credite poena quam videtis:
Quæ puncto tenui citata tranſit.
Nec vitam rapit illa:ſed reformat.
Felices animæ:quibus per ignem
Celſa ſcandere contigit tonantis:
Quas olim fugiet perennis ignis
Hæc inter rapidis focos crepantes
Intrant paſſibus.et minantur ipſis
Flammarum crepitantibus caminis.
Nexus deniqꝫ qui manus retrorſus
In tergum reuocauerant reuinctas:
Intacta cute decidunt aduſti.
Non auſa eſt cohibere poena palmas
In morem crucis ad patrem leuandas:

Soluit brachia, quæ deum precentur.
Priſcorum ſpecimen trium putares:
Quos olim Babylonicum per ignem
Cantantes ſtupuit tremens tyrannus.
Illis ſed pia flamma tum pepercit
Non dum tempore paſſionis apto:
Nec mortis decus incohante Chriſto.
Hos cum deſugeret vaporus ardor:
Orant: vt celer ignis aduolaret:
Et finem daret anxijs periclis.
Exorata ſuos obire tandem
Maieſtas famulos iubet caducis
Miſſos corporibus: ſibiq; reddi.
Vidit præſidis ex domo ſatelles
Coelum martyribus patere apertum:
Inſigneſq; viros per aſtra ferri.
Quin et filiolæ monens herili
Oſtendit ſceleris notam paterni
Coelo viuere: quos forum peremit.
Hæc tum virginitas palam videre
Per ſudum meruit patente coelo:
Ut crimen domini domus timeret.
Tum de corporibus ſacris fauillæ:
Et perfuſa mero leguntur oſſa:
Quæ raptim ſibi quiſq; vindicabat.
Fratrum tantus amor domum referre
Sanctorum cinerum dicata dona:
Aut geſtare ſinu fidele pignus.
Sed ne relliquias reſuſcitandas.
Et mox cum domino ſimul futuras
Diſcretis loca diuidant ſepulchris:
Cernuntur niueis ſtolis amicti.
Mandant reſtitui: cauteq; claudi
Mixtim marmore puluerem ſacrandum.

Trium. ſ. puerorum qui iuſſu Nabucdonoſor immiſſi ſunt in fornacem ignis ardentis. Illis pepercit. quia illeſi ex fornace ſūt egreſſi. hi vero paſſi ſunt pro chriſti nomine: atq; ex igni conſecuti ſunt coronam. Ardor vaporus. ideſt vapor ardens Aduolaret. vt ſe velocius adureret. Miſſos ex corporibus. i. ſolutos et expeditos. Sibiq; reddi. i. reſtitui ſibiipſis q: dū anima eſt in corpore non eſt ſui iuris. ergo cum euadit ex corpore reſtituitur ſibiipſi Satelles. i. vnus ex miniſtris pręſidis Filiolę herili. i. domini ſui. Notaꝫ ſceleris. i. crimē et infamiā patris. hoc eſt ipſos martyres. Forum. i. āphitheatrū vbi ſūt cōcremati. Virginitas. i. filia pręſidis vgo. Per ſudū. i. ꝑ ſerenum Verg. ꝑ ſudū rutilare vident. Fauille. i. cineres. Perfuſa mero. nā mortuorū cineres vino cōſueuerūt ſpargi. Vergilius. vi. eñ. relliquias vino et bibulas lauere fauillas. Diſcretis ſepulchris. i. i diuerſis lo ſis diſtribute. Mixtim quod in ſepulchrorum monumentis ſaepe legimus mixtis cineribus.

O triplex honor, o triforme culmen:
Quo noſtræ caput excitatur vrbis:
Cunctis vrbibus eminens iberis.
Exultare tribus libet patronis:
Quorum præſidio fouemur omnes
Terrarum populi pyrenearum.
Circunſtet chorus ex vtroqꝫ ſexu
Heros, virgo, puer, ſenex, anicla;
Veſtrum pſallite rite fructuoſum.
Laudans Augurium reſultet hymnus
Miſtis Eulogium modis coęquans.
Reddamus paribus pares camoenas.
Hinc aurata ſonent in arce tecta:
Blandum littoris extet inde murmur:
Et carmen freta feriata pangant.
Olim tempus erit ruente mundo:
Cum te Tarraco Fructuoſus acri
Soluet ſupplicio tegens ab igni.
Fors dignabitur et meis medelam
Tormentis dare proſperante Chriſto:
Dulces endecaſyllabos reuoluens.

Noſtre vrbis. non qꝫ tarraco ſit patria prudē tij ſꝫ noſtrā vocat: qꝛ hiſpan⁹. Eminens cūctis quippe aqua ē cognominata puīcia tarraconēſis terrarꝫ pyrenearum. i. adiacentiū montib⁹ pyreneis. Anicla per ſyncopen pro anicula. ſicut periclū et ſeclū ꝓ periculū ⁊ ſel'ꝫ. Mixtis modis. i. cantib⁹ modulatis. Parib⁹ i martyrio. Pares camoenas. i. hymnos vt ſit metonymia cum ponimus deū preſidēꝫ pro re cui⁹ eſt preſes. In arce. i. in vrbe. Murmur littoris reſultās ex hymnorꝫ cōcentu. Freta feriata. i. maria feſtū diē agētia. nā ferię ſūt dies feſti. Tegēs ab igni. i die. ſ. iudicij ꝓtegēs te. Reuoluēs i. repetēs ⁊ memorās. Endecaſyllabos. qꝛ hi v̄ſ⁹ vt i pricipio diximus phalentici ſūt vndecī ſyllabarum.

Ode in laudē Quirini martyris Epiſcopi eccleſiæ Siſcianæ.

Inſignem meriti virum
Quirinum placitum deo
Vrbis moenia Siſciæ
Conceſſum ſibi martyrem.
Complexu patrio fouent.
Hic ſub Galerio duce
Qui tunc illyricos ſinus
Vrgebat ditionibus:
Fertur catholicam fidem
Inluſtraſſe per exitum.

Quirini epiſcopi et martyris

Inſignem meriti. Carmē eſt glyconicū ꝫ cōſtans ſpōdeo. choriambo. ⁊ pyrrhichio. fuit autē hic martyr ex ſiſcia vrbe pannonię ſuperioris vt ſcribit Ptolome⁹ et Strabo. libro. vij. Inſignē. Ordo eſt moenia vrbis ſiſcię fouent complexu patrio Quirinum inſignem meriti virum. martyrē ſibi conceſſum. i. ipſi vrbi. Illyricos ſinus. i. qui pręerat illyrię: quę eſt contermina pannonię. et eſt ſumptum ex Vergilio pri. enē. illyricos penetrare ſinus Per exitum. i. permortem.

Non illum gladij rigor,
Non incendia, non feræ
Crudeli interitu necant:
Sed lymphis fluuialibus
Gurges dum rapit, abluit.
Nil refert vitreo æquore:
An de flumine ſanguinis
Tinguat paſſio martyrem.
Aeq; gloria prouenit
Fluctu quolibet vuida.
Summo pontis ab ardui
Sanctæ plebis epiſcopus
In præceps fluuio datur
Suſpenſum laqueo gerens
Ingentis lapidem molæ.
Deiectum placidiſſimo
Amnis vertice ſuſcipit:
Nec mergi patitur ſibi
Miris vaſta natatibus
Saxi pondera ſuſtinens.
Spectant eminus e ſolo
Doctorem pauidi greges.
Nã Chriſti populus frequẽs
Riparum ſinuamina
Stipato agmine ſepſerat.
Sed quirinus vt eminus
Os circuntulit, heu ſuo
Exemplo trepidos videt,
Nil ipſe proprij memor
Inter ſtagna periculi.
Confirmat pia pectora
Verbis mirificis rogans:
Ne quem talia terreant,
Neu conſtans titubet fides:

Abluit q2 in aqua extict' aſſecut' eſt q3 alij martyres ſanguinis effuſione. ideo ſubdit nil refert vitreo aequore. Fructu quolibet vuida. vel fluminis vel ſanguinis. Summo pontis. incipit narrare quo pacto geſtum eſt hoc. Summo põtis. i. a ſummitate pontis a rdui. In præceps. ideſt in præcipitium. Nec patitur mergi ſibi. i. vt in ſe mergatur e ſolo. i. ex ripa fluminis. Sinuamina riparum. ideſt ripas ſinuoſas et obliquas. Suo exemplo trepidos. i. timentes ne ipſi quoq; eodem modo traherentur ad mortem.

Terga amnis. ideſt ſuperficies fluminis. Fluitantibus vadis. ideſt currente flumine. Nec ſubſtracta profunditas. ideſt flumen profundum ſubiectū. Dehiſcere. ideſt aperiri et cedere. Gloria in ſolita. quia non eſt nouum quod ſuper aequora ambulaueris. quodqꝫ iordanem conuerteris retrorſum. Subieciſſe ſalū ſolo. ideſt feciſſe mare ſtabile in quo poſſet ingredi quaſi ī ſolo. Jordanem quoqꝫ nouimus. de quo lege volumē Joſue.

Ut modo ſuſpendar. ideſt ſuſpēſus trahar. Traham ſcopulum. ideſt lapidem collo appenſum. Plenus titulus. ideſt gloria. Vis nominis prodita. ideſt manifeſtata. Quam gētilis ſtupor habet. ideſt ſtupet et miratur.

Aut poenam putet emori.
Dicentem fluitantibus
Amnis terga vehūt vadis.
Nec ſubſtrata profunditas
Saxoqꝫ ⁊ laqueo ⁊ viro
Audet ſponte dehiſcere.
Senſit martyr epiſcopus
Jam partam ſibi præripi
Palmam mortis ⁊ exitus:
Aſcenſumqꝫ negarier
Aeterni ad ſolium patris.
Jeſu cunctipotens, ait,
Haud quaquam tibi gloria
Hæc eſt inſolita aut noua:
Calcare fremitum maris:
Prona ⁊ flumina ſiſtere.
Scimus diſcipulum Petrū:
Cum veſtigia tingueret
Mortali trepidus pede:
Dextræ ſubſidio tuæ
Subieciſſe ſalum ſolo.
Jordanem quoqꝫ nouimus
Tortis vorticibus vagum:
Dū fertur rapido impetu:
Ad fontem refluis retro
Confugiſſe meatibus.
Hæc miracula ſunt tuæ
Virtutis domine, vt modo
Suſpendar leue prænatans
Summo gurgite fluminis
Cum collo ſcopulum traham.
Jam plenus titulus tui eſt:
Et vis prodita nominis:
Quam gentilis habet ſtupor.

Abſoluas precor optime
Huius nunc animæ moras.
Quid poſſis: probat amnicus
Qui vectat ſilicem liquor.
Hoc iam quod ſupereſt cedo:
Quo nil eſt pretioſius
Pro te Chriſte deus mori.
Orantem ſimul halitus
Et vox deſerit, et calor
Scandit ſpiritus ardua:
Fit pondus graue ſaxum:
Corpus ſuſcipiunt aquæ. Fit pondus graue. quod fuit antea leue

## Paſſio Caſſiani Martyris in foro corneliano.

forum
Sylla ſtatuit Cornelius, hoc itali vrbem
Vocant ab ipſo conditoris nomine.
Hic mihi cum peterem te rerū maxima Roma: Carmē heroicū cui ānexū est Senariū Jambicū.
Spes eſt oborta proſperum Chriſtum fore.
Stratus humi tumulo aduoluebar: quem ſacer ornat
Martyr dicato Caſſianus corpore.
Dum lacrymans mecum reputo mea vulnera, et omnes
Vitæ labores, ac dolorum acumina:
Erexi ad coelum faciem: ſtetit obuia contra
Fucis colorum picta imago martyris
Plagas mille gerens, totos lacerata per artus,
Ruptam minutis præferens punctis cutem.
Innumerari circum pueri miſerabile viſu
Confoſſa paruis membra figebant ſtilis:
Vnde pugillares ſoliti præcurrere ceras
Scholare murmur adnotantes ſcripſerant.
Aedituus conſultus ait, quod proſpicis hoſpes,
Non eſt inanis, aut anilis fabula.
Hiſtoriam pictura refert: quæ tradita libris
Veram vetuſti temporis monſtrat fidem.

Præfuerat ſtudijs puerilibus:et grege multo
Septus magiſter litterarum ſederat.
Uerba notis breuibus comprendere cuncta peritus
Raptimq; punctis dicta præpetibus ſequi.
Aſpera nonnunquam precepta.et triſtia iuſſa
Impube vulgus mouerant ira et metu.
Doctor amatus enim diſcenti ſemper Ephoebo:
Nec dulcis vlli diſciplina infantiæ eſt.
Ecce fidem quatiens tempeſtas ſeua premebat
Plebem dicatam chriſtianæ gloriæ.
Extrahitur coetu e medio moderator alumni
Gregis:ꝙ aris ſupplicare ſpreuerat.
Poenarum artifici querenti quod genus artis
Uir noſſet alto tam rebellis ſpiritu:
Reſpondent agmen tenerum.ac puerile gubernat
Fictis notare verba ſignis imbuens.
Ducite conclamat captiuum ducite:et vltro
Donetur ipſis verberator paruulis.
Ut libet inludant.lacerent impune.manuſq;
Tinguant magiſtri feriatas ſanguine.
Ludum diſcipulis volupe eſt:vt præbeat ipſe
Doctor ſeuerus:quos minis coercuit.
Uincitur poſt terga manus ſpoliatus amictu.
Adeſt acutis agmen armatum ſtilis.
Quantum quiſq; odij tacita conceperat ira:
Effudit ardens felle tantum libero.
Conijciunt alij lapides:inq; ora tabellas
Frangunt.reliſa fronte lignum diſſilit.
Buxa crepant cerata genis in pacta cruentis:
Rubetq; ab ictu curta tumens pagina.
Inde alij ſtimulos et acumina ferrea vibrant:
Qua parte aratis cera ſulcis ſcribitur.
Et qua ſecti apices abolétur:et æquoris hirti
Rurſus niteſcens innouatur area.

Hinc foditur Chriſti confeſſor: et inde ſecatur.
Pars victus intrat molle. pars ſcindit cutem.
Omnia membra manus pariter fixere cruentæ:
Totidemq́ꝫ guttæ vulnerum ſtillant ſimul.
Maior tortor erat: qui ſumma pupugerat infans:
Quam qui profunda perforarat viſcera.
Ille leuis: quoniam percuſſor morte negata
Sæuire ſolis ſcit dolorum ſpiculis.
Hic quanto interius vitalia condita pulſat:
Plus dat medelæ dum necem prope applicat.
Eſte precor fortes: et vindicite viribus annos.
Quod deſit æuo ſuppleat crudelitas.
Sed male conatus tener infirmuſq́ꝫ laborat.
Tormenta creſcunt dum fatiſcit carnifex.
Quid gemis exclamat quidam? tute ipſe magiſter
Iſtud dediſti ferrum: et armaſti manus.
Reddimus ecce tibi nunc millia multa notarum:
Quæ ſtando. flendo te docente excepimus.
Non potes iraſci ꝙ ſcribimus. ipſe iubebas:
Nunquam quietum dextera vt ferret ſtilum.
Non petimus toties te præceptore negatas
Auare doctor iam ſcholarum ferias.
Pungere puncta libet: ſulciſq́ꝫ intexere ſulcos.
Flexas cathenis impedire virgulas.
Emendes licet inſpectos longo ordine verſus:
Mendoſa forte ſiquid errauit manus.
Exerce imperium. ius eſt tibi plectere culpam:
Siquis tuorum te notauit ſegnius.
Talia ludebant pueri per membra magiſtri.
Nec longa feſſum poena ſoluebat virum.
Tandem luctantis miſeratus ab æthere Chriſtus
Iubet reſolui pectoris ligamina.
Difficileſq́ꝫ moras animæ ac retinacula vitæ
Relaxat artus. et latebras expedit.
Sanguis ab interno venarum fonte patentes

Vias ſecutus deſerit præcordia.
Totq; foraminibus penetrati corporis exit
Fibrarum anhelans ille vitalis calor.
Hæc ſunt quæ liquidis expreſſa coloribus hoſpes
Miraris. iſta eſt Caſſiani gloria.
Suggere ſi quod habes iuſtum vel amabile votum:
Spes ſi qua tibi eſt: ſi quid intus æſtuas:
Audit crede preces martyr proſperrimus omnes.
Ratas que reddit: quas videt probabiles.
Pareo. complector tumulum. lacrymas quoque fundo.
Altar tepeſcit ore. ſaxum pectore.
Tunc arcana mei percenſeo cuncta laboris.
Tunc quod petebam: quod timebam murmuro.
Et poſt terga domum dubia ſub ſorte relictam.
Et ſpem futuri forte nutantem boni.
Audior. vrbem adeo. dextris ſucceſſibus vror.
Domum reuertor: Caſſianum prædico.

## Paſſio Hippolyti martyris ad Valerianum epiſcopum.

Innumeros cineres ſanctorum Romula in vrbe
Vidimus o Chriſti Valeriane ſacer.
Inciſos tumulis titulos. et ſingula quæris
Nomina: difficile eſt: vt replicare queam.
Tantos iuſtorum populos furor impius hauſit:
Cum coleret patrios Troia Roma Deos.
Plurima litterulis ſignata ſepulchra loquuntur
Martyris aut nomen: aut epigramma aliquod.
Sunt et mura tamen tacita claudentia tumbas
Marmora: quæ ſolum ſignificant numerum.
Quanta virum iaceant congeſtis corpora aceruis
Noſſe licet: quorum nomina nulla legas.
Sexaginta illic defoſſas mole ſub vna
Relliquias memini me didiciſſe hominum.
Quorum ſolus habet comperta vocabula Chriſtus:

Ut pote quos proprie iunxit amicitiæ.
Hæc dum luſtro oculis: et ſic vbi forte latentes
Rerum apices veterum per monumenta ſequor:
Inuenio Hippolytum: qui quondam ſchiſma Nouati:
Preſbyter attigerat noſtra ſequenda negans:
Uſq; ad martyrij prouectum inſigne tuliſſe
Lucida ſanguinei præmia ſupplicij
Nec mirere ſenem peruerſi dogmatis olim
Munere ditatum catholicæ fidei.
Cum iam veſano victor raperetur ab hoſte
Exultante anima carnis ad exitium:
Plebis amore ſuæ multis comitantibus ibat:
Conſultus quæ nam ſecta foret melior.
Reſpondit fugite o miſeri execranda Nouati
Schiſmata: catholicis reddite vos populis.
Una fides vigeat: priſco quæ condita templo eſt:
Quam Paulus retinet: quamq; cathedra Petri.
Quæ docui: docuiſſe piget. venerabile martyr
Cerno: quod a cultu rebar abeſſe dei.
His vbi detorſit leuo de tramite plebem:
Monſtrauitq; ſequi: qua via dextra vocat:
Seq; ducem recti ſpretis amfractibus idem
Præbuit: erroris qui prius author erat:
Siſtitur inſano rectori chriſticolas tunc
Oſtia vexanti per tyberina viros.
Illo namq; die Roma ſeceſſerat: ipſos
Peſte ſuburbanos vt quateret populos:
Non contentus humum celſa intra moenia Romæ
Tinguere iuſtorum cædibus aſſiduis.
Ianiculum cum iam madidum. fora. roſtra. ſuburram.
Cerneret eluuie ſanguinis affluere.
Protulerat rabiem tyrrheni ad littoris oram:
Quæq; æquoreus proxima portus habet.
Inter carnifices et conſtipata ſedebat.

Officia extructo celſior in ſolio.
Diſcipulos fidei deteſtandiq; rebelles
Idolij ardebat dedere perfidiæ.
Carcereo crinita ſitu ſtare agmina contra
Iuſſerat horrendis excrucianda modis.
Inde catenarum tractus: hinc lorea flagra
Stridere: virgarum concrepitare fragor.
Ungula fixa cauis coſtarum cratibus altos
Pandere receſſus: et lacerare iecur.
Ac iam laſſatis iudex tortoribus ibat
In furias caſſa cognitione fremens:
Nullus enim chriſti famulis per tanta repertus
Supplicia auderet: qui vitiare animam:
Inde furens quæſitor ait. iam tortor ab vno
Deſine. ſi vana eſt quæſtio: morte agito.
Huic abſcinde caput. crux iſtum tollat in auras:
Uiuenteſq; oculos offerat alitibus.
Hos cape præcipites: et vinctos coniice in ignem.
Sit pyra: quæ multos deuoret vna reos.
En tibi quos properes rimoſæ imponere cumbæ:
Pellere et in medij ſtagna profunda freti.
Quos vbi ſuſceptos rapidũ maleſuta per æquor
Uexerit: et tumidis caſa labarit aquis:
Diſſociata putrem laxent tabulata carinam:
Conceptumq; bibant vndiq; naufragium.
Squãmea coenoſo preſtabit ventre ſepulchrum
Belua conſumptis cruda cadaueribus.
Hæc perſultanti celſum ſubito ante tribunal
Offertur ſenior nexibus implicitus.
Stipati circum iuuenes clamore ferebant
Ipſum chriſticolis eſſe caput populis.
Si foret extinctum propere caput: omnia vulgi
Pectora Romanis ſponte ſacranda deis.
Inſolitum leti poſcunt genus: et noua poena
Inuenta: exemplo quo trepident alij.

Ille ſupinata reſidens ceruice quis inquit
Dicitur? affirmant dicier Hippolytum.
Ergo ſit Hippolitus. quatiat: turbetqꝫ iugales.
Intereatqꝫ feris dilaceretur equis.
Vix hæc ille. duo cogunt animalia freni
Ignara inſueto ſubdere colla iugo.
Non ſtabulis blandive manu palpata magiſtri:
Imperiumqꝫ equitis ante ſubacta pati:
Sed campeſtre vago nuper pecus e grege captū.
Quod pauor indomito corde ferinus agit.
Iamqꝫ reluctantes ſociarant vincula bigas:
Oraqꝫ diſcordi foedere nexuerant:
Temonis vice funis ineſt: qui terga duorum
Diuidit: et medius tangit vtrunqꝫ latus.
Deqꝫ iugo in longum ſe poſt veſtigia retro
Protendens trahitur: tranſit et ima pedum.
Huius ad extremum ſequitur qua puluere ſūmo
Cornipedum refugas orbita trita vias:
Crura viri innectit laqueus: nodoqꝫ tenaci
Aſtringit plantas: atqꝫ rudente ligat.
Poſtquam compoſito ſatis inſtruxere paratu
Martyris ad poenam verbera. vincla. feras:
Inſtigant ſubitis clamoribus atqꝫ flagellis:
Iliaqꝫ infeſtis perfodiunt ſtimulis.
Vltima vox audita ſenis venerabilis hæc eſt.
Hi rapiunt artus: tu rape Chriſte animam.
Prorumpunt alacres: cæcoqꝫ errore feruntur.
Qua ſonus atqꝫ tremor: qua furor exagitant.
Incendit feritas. rapit impetus. et fragor vrget.
Nec curſus volucer mobile ſentit onus.
Per ſyluas per ſaxa ruunt. non ripa retardat
Fluminis: aut torrens oppoſitus cohibet.
Proſternunt ſepes: et cuncta obſtacula rumpunt.
Prona. fragoſa petunt. ardua tranſiliunt.
Sciſſa minutatim labefacto corpore fruſtra

Carpit ſpinigeris ſtirpibus hirtus ager.
Pars ſummis pendet ſcopulis. pars ſentibus hæret
Parte rubent ſuudes. parte madeſcit humus.
Exemplar ſceleris paries habet illitus: in quo
Multicolor fucus digerit omne nefas.
Picta ſuper tumulum ſpecies liquidis viget vmbris
Effigians tracti membra cruenta viri.
Rorantes ſaxorum apices vidi Optime papa:
Purpureaſq; notas vepribus impoſitas.
Docta manus virides imitando effingere dumos.
Luſerat: et minio ruſſeolam ſaniem.
Cernere erat ruptis cōpagibus ordine nullo
Membra per incertos ſparſa iacere ſitus.
Addiderat caros greſſu lachrymiſq; ſequentes:
Deuia quo fractum ſemita monſtrat iter
Moerore attoniti atq; oculis rimantibus ibant:
Implebantq; ſinus viſceribus laceris.
Ille caput niueum complectitur: ac reuerendam
Caniciem moli confouet in gremio.
Hic humeros. truncaſq; manus. ⁊ brachia. vt vlnas
Et genua. et crurum fragmina nuda legit.
Palliolis etiam bibulæ ſiccantur harenæ:
Ne quis in intecto puluere ros maneat.
Si quis ⁊ in ſudibus recalenti aſpergine ſanguis
Inridet: hunc omnem ſpongia preſſa rapit.
Nec iam denſa ſacro quicquam de corpore ſylua
Obtinet: aut plenis fraudat ab exequijs.
Cumq; recenſitis conſtaret partibus ille:
Corporis integri qui fuerat numerus.
Nec purgata aliquid deberent auia toto
Ex homine exterſis frondibus et ſcopulis.
Metando eligitur tumulo locus. oſtia linquunt.
Roma placet: ſanctos quæ teneat cineres.
Haud procul extremo ad culta pomeria vallo
Merſa latebroſis crypta patet foueis.

Huius in occultum gradibus via prona reflexis
Ire per anfractus luce latente docet.
Primas nanq; fores ſummo tenus intrat hiatu:
Illuſtratq; dies limina veſtibuli.
Inde vbi progreſſu facili nigreſcere viſa eſt
Nox obſcura loci per ſpecus ambiguum:
Decurrunt celſis inmenſa foramina tectis.
Quæ iaciunt claros antra ſuper radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde receſſus
Arta ſub vmbroſis atria porticibus:
Attamen exciſi ſubter caua viſcera montis
Crebra terebrato fornice lux penetrat.
Sic datur abſentis per ſubterranea ſolis
Cernere fulgorem:luminibuſq; frui.
Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis:
Propter vbi oppoſita eſt ara dicata deo.
Illa ſacramenti donatrix menſa:eademq;
Cuſtos fida ſui martyris appoſita
Seruat ad ætatem ſpem vindicis oſſa ſepulchro:
Paſcit item ſanctis thybricolas dapibus.
Mira loci pietas et prompta precantibus ara
Spes hominum placida proſperitate iuuat.
Hic corruptelis animiq; et corporis æger
Oraui quoties ſtratus:opem merui.
Quod lætor reditu: quod te venerande ſacerdos
Complecti licitum eſt: ſcribo quod hæc eadem:
Hippolyto ſcio me debere. deus cui Chriſtus
Poſſe dedit:quod quis poſtulet annuere.
Ipſa illas animæ exuuias:quæ continet intus
Aedicula:argento fulgurat ex ſolido.
Præfixit tabulas diues manus æquore læui
Candentes:recauum quale nitet ſpeculum.
Nec parijs contenta aditus obducere ſaxis
Addidit ornando clara talenta operi.
Mane ſalutatum concurritur. omnis adorat

Pubis. eunt. redeunt ſolis aduſq; obitum.
Conglobat in cuneum latios ſimul ac peregrinos
Permiſtim populos religionis amor.
Oſcula perſpicuo figunt impreſſa metallo.
Balſama diffundunt. fletibus ora rigant.
Jam cum ſe renouat decurſus menſibus annus:
Natalemq; diem paſſio feſta refert:
Quanta putas ſtudijs certantibus agmina cogi:
Quæve celebrando vota coire deo?
Urbs auguſta ſuos vomit: effunditq; quirites.
Una et patricios ambitione pari.
Confundit plebeia phalanx vmbonibus æquis
Diſcrimen procerum præcipitante fide.
Nec minus albanis acies ſe candida portis
Explicat: et longis ducitur ordinibus.
Exultant fremitus variarum hinc inde viarum.
Indigena. et Picens. plebs et Etrhuſca venit.
Concurrit Samnitis atrox habitator: et altæ
Campanus Capuæ. iamq; Nolanus adeſt.
Quiſq; ſua lætus cum coniuge dulcibus et cum
Pignoribus rapidum carpere geſtit iter.
Uix capiunt patuli populorum gaudia campi.
Hæret et in magnis denſa cohors ſpatijs:
Anguſtum tantis illud ſpecus eſſe cateruis
Haud dubium eſt: ampla fauce licet pateat.
Stat ſed iuxta illud quod tanta frequentia templū
Tunc ardeat cultu nobile regifico:
Parietibus celſum ſublimis. atq; ſuperba
Maieſtate potens. muneribuſq; opulens.
Ordo colūnarum geminus laquearia tecti
Suſtinet auratis ſuppoſitus trabibus.
Adduntur graciles tecto breuiore receſſus:
Qui laterum ſeriem iugiter exſinuent.
At medios aperit tractus via latior alti
Culminis exurgens editiore apice.
Fronte ſub aduerſa gradibus ſublime tribunal

Tollitur: antiſtes prædicat vnde deum.
Plena laborantes ægre domus accipit vndas.
  Artaq; confertis æſtuat in foribus.
Maternum pandens gremium quo condat alumnos:
  Ac foueat foetos accumulata ſinus.
Si bene commemini: colit hunc pulcherrima Roma
  Idibus auguſti menſis: vt ipſa vocat:
Priſco more diem: quem te quoq; ſancte magiſter
  Annua feſta inter dinumerare velim.
Crede ſalutigeros feret hic venerantibus ortus
  Lucis honoratæ præmia reſtituens.
Inter ſolennes Cypriani vel Chelidoni.
  Eulaliæq; dies currat et iſte tibi:
Sic te pro populo cuius tibi tradita vita eſt
  Orantem Chriſtus audiat omnipotens.
Sic tibi de pleno lupus excludatur ouili.
  Agna nec vlla tuum capta gregem minuat.
Sic me gramineo remanentem denique campo
  Sedulus ægrotam paſtor ouem referas.
Sic cum lacteolis caulas compleueris agnis:
  Raptus ⁊ ipſe ſacro ſis comes Hippolyto.

## Paſſio beatorum apoſtolorum Petri ⁊ Pauli.

Plus ſolito coeunt ad gaudia: dic amice quid ſit.
  Romam per omnem curſitant. ouanteq;.
Feſtus apoſtolici nobis redit hic dies triumphi
  Pauli atque Petri nobilis cruore.
Vnus vtrunque dies pleno tamen innouatus anno
  Vidit ſuperba morte laureatum.
Scit Tyberina palus: quæ flumine labitur propinquo
  Binis dicatum ceſpitem trophæis:
Et crucis ⁊ gladij teſtis. quibus irrigans eaſdem
  Bis fluxit imber ſanguinis per herbas.
Prima Petrum rapuit ſentencia legibus Neronis
  Pendére iuſſum præminente ligno.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

Ille tamen veritus celſæ decus æmulando mortis
    Ambire tanti gloriam magiſtri:
Exigit:vt pedibus menſum caput imprimat ſupinis:
    Quo ſpectet imum ſtipitem cerebro.
Figitur ergo manus ſubter ſola verſus in cacumen
    Hoc mente maior:quo minor figura.
Nouerat et humili coelum citius ſolere adiri.
    Deiecit ora ſpiritum daturus.
Ut teres orbis iter flexi rota percucurrit anni:
    Diemq eundem Sol reduxit ortus:
Euomit in iugulum Pauli Nero feruiduz furorez;
    Jubet feriri gentium magiſtrum.
Ipſe prius ſibimet finem cito dixerat futurum.
    Ad Chriſtum eundum eſt.iam reſoluor inquit.
Nec mora protrahitur.poenæ datur.imolatur enſe.
    Non hora vatem:non dies fefellit.
Diuidit oſſa duum Tybris ſacer ex vtraq ripa:
    Inter ſacrata dum fluit ſepulchra.
Dextra Petrum regio tectis tenet aureis receptuz
    Canens oliua et murmurans fluento.
Namq ſupercilio ſaxi liquor ortus excitauit
    Fontem perennem chriſmatis feracem.
Nunc precioſa ruit per murmura:lubricatq cliuum
    Donec viuenti fluctu et Colymbo
Interior tumuli pars eſt vbi lapſibus ſonoris:
    Stagnum niuali voluitur profundo.
Omnicolor vitreas pictura ſuperne tinguit vndas.
    Muſci relucent.et vireſcit aurum.
Cyaneuſq latex vmbram trahit imminentis oſtri.
    Credas moueri fluctibus lacunar.
Paſtor oues alit:ipſe illic gelidi rigore fontis
    Uidit ſitire quas fluenta Chriſti.
Parte alia Pauli titulum via ſeruat oſtienſis:
    Qua ſtringit amnis ceſpitem ſiniſtrum.

Regia pompa loci eſt.princeps bonus has ſacrauit arces:
Luſitq; magnis ambitum talentis.
Bracteolas trabibus ſubleuit:vt omnis aurolenta
Lux eſſet intus ceu iubar ſub ortu.
Subdidit et parias fuluis laquearibus columnas:
Diſtinguit illic quas quatenus ordo.
Tum Camyros hyalo inſigni variæ cucurrit arcus.
Sic prata vernis floribus renident.
Ecce duas fidei ſummo patre conferente dotes
Urbi colendas quas dedit rogatæ:
Aſpice per bifidas plebs romula funditus plateas
Lux in duobus feruet vna feſtis.
Nos ad vtrunq; tamē greſſu properemus incitato:
Et his et illis perfruamur hymnis.
Ibimus vlterius qua fert via pontis hadriani:
Leuam deinde fluminis petemus.
Tranſtyberina prius ſoluit ſacra peruigil ſacerdos:
Mox hic recurrit:duplicatq; vota.
Hæc didiciſſe ſat eſt Romæ tibi.tu domum reuerſus
Diem bis feſtum ſic colas memento.

## Paſſio Cypriani martyris.

Punica terra tulit:quo ſplēdeat omne quicquid vſquā eſt.
Inde domo Cyprianum.ſed decus orbis et magiſtrum.
Eſt proprius patriæ martyr:ſed amore et ore noſter.
Incubat in Lybia ſanguis:ſed vbiq; lingua pollet.
Sola ſuperſtes agit de corpore:ſola obire neſcit:
Dum genus eſſe hominū Chriſtus ſinet:et vigere mundum:
Dum liber vllus erit:dum ſcrinia ſacra litterarum:
Te leget omnis amans Chriſtum:tua Cypriane diſcet.
Spiritus ille dei:qui fluxerat author in propheta
Fontibus eloquij:te coelitus auctus intigauit.
O niue candidius linguæ genus.o nouum ſaporem.
O liquor ambroſius.cor mitigat.imbuit palatum.
Sedem animæ penetrat.mentem fouet.et pererrat artus.

Sic deus interius ſentitur:et inditur medullis.
Unde bonum ſubitum terris dederis pater reuela.
Deerat apoſtolicis ſcriptis opulentus executor:
Fligitur locuples facundia quæ doceret orbem:
Quæq; voluminibus pauli famulata diſputaret:
Quo mage cruda hoim præcordia perpolita noſſent
Siue timoris opus:ſeu myſtica vel profūda Chriſti.
Unus erat iuuenum doctiſſimus artibus ſiniſtris
Fraude pudicitiam perfringere:nil ſacrum putare
Sæpe etiam magicum cantamen inire p ſepulchra:
Quo geniale tori iuſſo lueret æſtuante nupta.
Luxuriæ rabiem tantæ cohibet repente Chriſtus.
Diſcutit et tenebras de pectore.pellit et furorem.
Implet amore ſui.dat credere.dat pudere facti.
Iamq; figura alia eſt:quam q; fuit oris et nitoris.
Exuitur tenui vultus cute.tranſit in ſæueram.
Defluа cæſaries compeſcitur ad breues capillos.
Ipſe modeſta loqui.ſpem quærere.regulam tenere.
Uiuere iuſtitia Chriſti.et penetrare dogma noſtruз.
His igitur meritis digniſſimus vſq; epiſcopale
Prouehitur ſolium doctor.capit ꝛ ſedile ſummum.
Ualerianus opum princeps erat:atq; Galienus.
Conſtituere ſimul poena capitis dominum fatenti.
Millia terrigenum ſpurciſſima iuſſerant ſacrari.
Contra animos populi doctor Cyprian⁹ incitabat:
Ne quis ab egregiæ virtutis honore diſcreparet:
Neu fidei pretium qui ſumere degener timeret.
Eſſe leuem cruciatum ſi modo conferas futura:
Que deus ipſe viris intermina fortibus ſpopōdit.
Merce doloris emi ſpem luminis: ꝛ diez perennem.
Omne malum volucri tempore tranſuolare curſum.
Nil graue quod peragi finis facit: et quiete donat.
Se fore principium pulchræ necis ꝛ ducem cruoris.
Seq; caput gladio ſubmittere ſanguinem dicare.
Quis ſociare animā Chriſto velit: vt comes ſequať.

Periſtephanon.

His vbi corda virum Chriſto calefacta præparauit:
Ducitur ante alios proconſule perfurente vinctus.
Antra latent tyriæ Carthaginis abditis repoſita
Conſcia tartareæ caliginis abdicata ſoli.
Clauſus in his ſpecubus ſanctꝰ Cyprianꝰ et catena
Nexus vtrãqꝫ manũ nomen patris inuocat ſupremi.
Omnipotens genitor Chriſti decus et creator orbis
Chriſte parens hominis: quẽ diligis: ⁊ vetas perire:
Ille ego vipereis quæ tu bonus oblitum venenis
Criminibus varijs tinctum miſeratus abluiſti:
Iamqꝫ tuum fieri mandas: fio Cyprianus alter.
At nouus ex veteri nec iam reus aut nocens vt ante:
Si luteum facili chrariſmate pectus expiaſti:
Viſe libens tenebris ergaſtula cæca diſſipatis:
Eripe corporeo de carcere vinculiſqꝫ mundi
Hanc animam. liceat fuſo tibi ſanguine immolari:
Ne qua ferum reprimat clementia iudicem tyranni:
Heu ſciat inuidia miteſcere gloriam negare.
Da quoqꝫ ne quis iners ſit de grege: quẽ tuũ regebã:
Ne cadat impatiens poenæ: titubetqꝫ quis tuorum:
Incolumen ve numerũ reddã tibi: debitũqꝫ ſoluam.
Vocibus his dominum permouerat. influebat inde
Spiritus in populum Carthaginis: author acrioris
Ingenij ſtimulis vt pectora ſubditis calerent
Ad decus egregium diſcrimine ſanguinis petenduꝫ
Non trepidare docens. nec cedere. nec dolore vinci.
Laudis amore rapi: chriſtum ſapere: et fidem tueri.
Fama refert foueam campi in medio patere iuſſam
Calce vaporifera ſummos prope margines refertaꝫ
Saxa recoſta vomunt ignem: niueuſqꝫ puluis ardet
Vrere tacta potens: et mortifex ex odore flatus
Appoſitam memorant aram fouea ſtetiſſe ſumma
Lege ſub hac: ſalis aut micam iecur et ſuis litarent
Chriſticolæ: aut mediæ ſponte ruerent in ima foſſæ.
Proſiluere alacres curſu rapido ſimul trecenti

Surgite puluereo merſos liquor aridus vorauit:
Præcipitemq́ꝫ globum fundo tenus implicauit imo.
Corpora candor habet. candor vehit ad ſuperna mentes.
Candida maſſa dehinc dici meruit per omne ſæclum.
Lætior interea iam Thaſcius ob diem ſuorum
Siſtitur indomiti proconſulis eminus furori.
Dogmatis atq́ꝫ loci iuſſus genus edere Chriſtian⁹ inquit
Trado ſalutiferi myſteria conſecrata Chriſti.
Ille ſub hæc. ſatis eſt iam criminis. ipſe confitetur
Thaſcius. ipſe Iouis fulmen negat. expedite ferrum
Carnifices. gladio poenam luat hoſtis idolorum.
Ille deo meritas grates agit: et canit triumphans.
Fleuit abire virum moeſta Africa: quo docente facta eſt
Cultior eloquio. cuius ſibi docta gloriatur.
Mox tumulum lacrymans ſtruxit: cinereſq́ꝫ conſecrauit.
Deſine flere bonum tantum. tenet ille regna coeli:
Nec minus inuolitat terris. nec ab hoc recedit orbe.
Diſſerit. eloquitur. tractat. docet. inſtruit. prophetat.
Nec Lybiæ populus tantum regit exituſq́ꝫ in ortum
Solis et vſq́ꝫ obitum: gallos fouet. imbuit britannos.
Præſidet heſperiæ. Chriſtum ſerit vltimis iberis.
Deniq́ꝫ doctor humi eſt: idem quoq́ꝫ martyr in ſupernis.
Inſtruit hic homines: illic pia dona dat patronus.

## Paſſio Agnetis martyris.

AGnes ſepulchrum eſt Romuli in domo
Fortis puellæ martyris inclytæ.
Conſpectu in ipſo condita turrium
Seruat ſalutem virgo quiritium:
Necnon et ipſos protegit aduenas
Puro ac fideli pectore ſupplices.
Duplex corona eſt preſtita martyri.
Intactum ab omni crimine virginal:
Mortis deinde gloria liberæ.
Aiunt iugali vix habilem toro

Primis in annis forte puellulam
Chriſto calentem fortiter impijs
Juſſis reniſam: quo minus idolis
Addicta ſacram deſereret fidem.
Tentata multis nam prius artibus
Nunc ore blandi iudicis illice:
Nunc ſeuientis carnificis minis
Stabat feroci robore pertinax.
Corpusqȝ duris excruciatibus
Ultro offerebat non renuens mori.
Tum trux tyrannus ſi facile eſt ait
Poenam ſubactis ferre doloribus:
Et vita vilis ſpernitur: at pudor
Carus dicatæ virginitatis eſt:
Hanc in lupanar trudere publicum
Certum eſt: ad aram ni caput adplicat:
Ac de minerua iam veniam rogat:
Quam virgo pergit temnere virginem.
Omnis iuuentus inruit: ⁊ nouum
Ludibriorum mancipium petit.
Haud inquit Agnes immemor eſt ita
Chriſtus ſuorum: perdat vt aureum
Nobis pudorem: nos quoque deſerat.
Præſto eſt pudicis: nec patitur ſacræ
Integritatis munera pollui.
Ferrum impiabis ſanguine: ſi voles:
Non inquinabis membra libidine.
Sic elocutam publicitus iubet
Flexu in plateas ſiſtere virginem.
Stantem refugit moeſta frequentia
Auerſa vultus: ne petulantius
Quiſquam verendum conſpiceret locū.
Intendit vnus forte procaciter
Os in puellam: nec trepidat ſacram
Expectare formam lumine lubrico.

En ales ignis fulminis in modum
Vibratur ardens: atqꝫ oculos ferit.
Cæcus coruſco lumine corruit:
Atqꝫ in plateæ puluere palpitat.
Tollunt ſodales ſeminecem ſolo:
Verbiſqꝫ deflent exequialibus.
Ibat triumphans virgo deum patrem
Chriſtumqꝫ ſacro carmine concinens:
Quod ſub profani labe periculi
Caſtum lupanar nec violabile
Experta victrix virginitas foret.
Sunt qui rogatam rettulerint preces.
Fudiſſe Chriſto: redderet vt reo
Lucem iacenti. tum inuenit halitum
Vitæ innouatum viſibus integris.
Primum ſed Agnes hunc habuit gradum
Coeleſtis aulæ: mox alius datur.
Accenſus iram nam furor incitat
Hoſtis cruenti. vincor ait gemens.
Stringe ferrum miles: et exere
Præcepta ſummi regia principis.
Vt vidit Agnes ſtare trucem virum
Mucrone nudo: lætior hæc ait.
Exulto talis: quod patius venit
Veſanus. atrox. turbidus. armiger:
Quam ſi veniret languidus ac tener
Molliſqꝫ Ephoebus tinctus aromate:
Qui me pudoris funere perderet.
Hic hic amator iam fateor placet.
Ibo irruentis greſſibus obuiam:
Nec demorabor vota calentia.
Ferrum in papillas omne recepero:
Pectuſqꝫ ad imum vim gladij traham.
Sic nupta Chriſto tranſiliam poli
Omnes tenebras æthere celſior.

Periſtephanon.

Aeternæ rector diuide ianuas
Coeli obſeratas terrigenis prius:
Ac te ſequentem Chriſte animam voca.
Cum virginalem tum patris hoſtiam.
Sic fata Chriſtum vertice cernuo
Supplex adorat: vulnus vt imminens
Ceruix ſubiret prona paratius.
Aſt ille tantam ſpem peragit manu.
Unum ſub ictu nam caput amputat.
Senſum doloris mors cita præuenit.
Exutus inde ſpiritus emicat:
Liberqꝫ in auras exilit. Angeli
Sepſere euntem tramite candido.
Miratur orbem ſub pedibus ſitum.
Spectat tenebras ardua ſubditas.
Uidetqꝫ ſolis quod rota circuit:
Quod mundus omnis voluit: et implicat:
Rerum quod atro turbine viuitur:
Quod vana ſecli mobilitas rapit.
Reges. tyrannos. imperia. et gradus.
Pompaſqꝫ honorum ſtulte tumentium
Argenti et auri vim. rabidam ſitim
Cunctis petitam per varium nefas.
Splendore multo ſtructa habitacula.
Illuſa pictæ veſtis inania.
Iram. timorem. vota. pericula.
Nunc triſte longum. nunc breue gaudium.
Liuoris atri fumificas faces.
Nigreſcit vnde ſpes hominum et decus.
Et quod malorum tetrius omnium eſt
Gentilitatis ſordida nubila.
Hæc calcat Agnes. ac pede proterit
Stans et draconis calce premens caput:
Terrena mundi qui ferus omnia

Spargit venenis: mergit et inferis.
Nunc virginalis perdomitus ſolo
Cri ſtas celebri deprimit ignei:
Nec victus audet tollere verticem.
Cingit coronis interea deus
Frontem duabus martyris innubæ:
Unam decemplex edita ſeries
Merces perenni lumine conficit.
Centenus extat fructus in altera.
O virgo felix. o noua gloria.
Coeleſtis arcis nobilis incola:
Intende noſtris colluuionibus
Vultum gemello cum diamedate:
Cui poſſe ſoli cunctiparens dedit
Caſtum vel ipſum reddere fornicem.
Purgabo roris propitiabilis
Fulgore noſtrum ſi iecur impleas.
Nil non pudicum eſt: quod pia viſere
Dignaris: almo vel pede tangere.
Finis.

Sequitur Pſychomachiæ liber qui incipit Senex fidelis. et ſignatur per. a paruum.

# Prudentij liber.

Senex fidelis  Carmen eſt trimetrum iambicum ſenarium ſiue archilochium Recipiens:in locis imparibus ſpondeum.anapeſtum. iambū. tribrachum.paribus vero iambum nonnunq̄ et anapeſtum.Scripturus vero poeta pſycomachiam:premittit proemiū:in quo dicit eum qui per virtutes ſit cū vitijs decertaturus debere in fide fundamēta iacere.Itaqꝫ affert hiſtoriam ex geneſi dicens: ꝙ abraā a fide orſus eſt.

## Aurelij Prudentij clementis Pſycomachie liber.

Senex fidelis prima credendi via eſt
Abram beati ſeminis ſerus pater:
Adiecta cuius nomen auxit ſyllaba:
Abram parente dictus Abraam Deo.
Senile pignus qui dicauit victimæ
Docens ad aram cum litare quis velit:
Quod dulce cordi eſt quod piū.quod vnicū:
Deo libenter offerendum credito.

Quia queādmodū cap.xij.legim⁹: cū apparuiſſet illi deus dixiſſetqꝫ: vt egrederetur de terra et de cognatiōe ſua ⁊ de domo patris ſui:⁊ quod daturus eſſet illi innumeram poſteritatē credidit monēti et egreſſus inde cum tota familia ſua venit in terram chanaan.et iterum cap.xv.vbi eadē repromiſſio ad abraam facta repetitur ſubdit. credidit abraā deo et reputatū eſt illi ad iuſticiā. et quemadmodū poſt fidē acceptam cū quattuor illi reges de quibus cap.xiiij.profligaſſent fudiſſentqꝫ reges pētapoleos.i.quinqꝫ illarum ciuitatum que diuino poſtea iudicio perierunt:Loth quoqꝫ abraam ex fratre nepotem qui in ſodomis habitabat cum omni ſubſtantia duxiſſent captiuum:Cumqꝫ abraam nuncio eius rei accepto expediſſet trecentos decem et octo ſeruos vernaculos regeſqꝫ inſecutus cecidiſſet:nepotemqꝫ cū preda recuperaſſet: Ita et nos cum vitijs decertaturi a fide auſpicabimur atqꝫ ita demum fide que aliarum virtutum eſt fundamentū muniti cum vitijs confligemus.et cetera que ſequūtur. Senex fidelis.ordo eſt. abram ſenex fidelis.i.qui fide potiſſimū cēſetur:quia vt diximus credidit abraam deo. Pater ſerus.quia ſero hoc eſt anno etatis centeſimo iſaac genuit: Eſt prima via credēdi.i.quā credituri debemus imitari. Cui⁹ nomē.ſ.abrā. Syllaba adiecta.ſ.a.elemēto aſpirato addito: ſiue poti⁹ interiecto. Auxit nomē:vt ex abrā factus ſit abraā.Ideo ſubdit.abrā parēti dictus.i.a patre ſuo thare. Abraā deo.ex geneſi cap.xvij.dixit nāqꝫ illi deus nō vocabitur nomē tuū abram:ſed vocabitur abraā.quia patrē multarum gentiū conſtitui te. Hieronymus in libro hebraicaꝝ queſtionū hunc locū exponens: dicunt inquit hebrei ꝙ ex nomine ſuo deus qđ apud illos eſt tetagramaton hoc eſt quattuor litteraꝝ he litterā abrahā dederit.dicebat enī abram qđ interꝑtatur pater excelſus:⁊ poſtea appellatus eſt abrahā qđ eſt pater multitudinis.nā qđ ſequitur gentiū nō habetur in nomine ſed intelligitur. Pignus ſenile.i.iſaac filiū quē vt dixim⁹ abraā cētenarius genuit.pignus autē ꝓ filijs ſepe legimus. Dicauit victime.i.deſtinauit ſiue deuouit.Vergili⁹.ij.eñ.⁊ me deſtinat are. Cū litare.i.ſacrificio aliqđ a deo impetrare. Offerendū deo credito.i.cui

credi neceſſarium eſt:id qđ ꝛ ipſe fecit:et reputatū eſt illi ad iuſticiā. Dulce.piū.vni-cum.que tria fuerunt ex iſaac patri. Nam quid potuit dulcius eſſe abraam filio in ſenecta ex vxore genito? quid obſequentius eo qui patri ſe victimā prebuit? Nam qđ vnicus ex vxore fuerit ſatis conſtat: cū ex aggar ancilla prius iſmaelē ꝛ poſtea ex cetura plures genuerit. Pugnare nos.ſenſus eſt:ꝙ abraam cū loth captiuū audiſſet ab illis quattu-

Pugnare noſmet cum prophanis gentibus
Suaſit:ꝛ ſuum ſuaſor exemplum dedit:
Nec ante prolem coniugalem gignere
Deo placentem matre virtute editam:
Quam ſtrage multa bellicoſus ſpiritus
Portenta cordis ſeuientis vicerit.
Victum feroces forte reges ceperant
Loth immorantem criminoſis vrbibus
Sodome ꝛ gomorrae:quas fouebat aduena
Pollens honore patruelis glorie.
Abram ſiniſtris excitatus nuncijs
Audit propinquum ſorte captum bellica
Seruire duris barbarorum vinculis.
Armat trecentos terqꝫ ſenos vernulas:
Pergant vt hoſtis terga euntis cedere:
Quem gaza diues.ac triumphus nobilis
Captis tenebant impeditum copijs.

or regibus qui pē tapoleos fines vbi loth habitabat populati ſunt collecta ſeruorū manu illos perſecutus ꝛ nepotem reſtituit libertati ꝛ omnē predam cum victoria reportauit. Deinde centenari⁹ ex ſara nonagenaria filiū legitimū procreauit: poeta nūc moraliter rem geſtam exponens dicit. ꝙ quemadmodum abraam profligatis hoſtib⁹ genuit filium ex vxore: ita ꝛ nos ſuperatis hoſtibus ſpiritalibus qui ſunt caro mūdus ꝛ demonia:debemus gignere liberos legitimos.i.operā virtutis deo placētia ex anima: que vitijs antea erat ſterilis ꝛ oppreſſa:nūc vero illis expulſis libera. Dicit igitur. Suaſit.ſ. abraā pugnare cum profanis gētibus i.cū vitijs:quemadmodū ille pugnauit cum quattuor regibus. Prolē coniugalē.i.ex vxore legitima hoc eſt aīa vitijs libera:vt ille ex ſara iſaac genuit vt apoſtolus ait nō ſecundū carnē ſed ex ꝓmiſſione. Spiritus bellicoſus .i.recta ratio ꝛ prudētia vitiorꝫ profligatrix. Vicerit portēta cordis.i.vitia ꝛ peſtes animorꝫ:que ſibi in corde ſedes fixerūt. Sed quia pugna illa quā abraā pugnauit pro liberādo nepote nimis ſtricte ꝯtractata eſt:iterꝫ ꝑ partes quo pacto res eſt geſta exponit. Vinctū feroces.ꝛc.Sed argumētū hui⁹ hiſtorie ex geneſi cap.xiiij.deliniata eſt. Reges feroces.hi q̄ttuor fuerūt. Amraphel rex ſenear. Arioch rex pōti. Codor logomor rex elamitarū ꝛ Thadal rex gentiū. Ceperāt loth.cū popularētur fines pētapoleos.vbi forte fortuna eo tpr̄e loth habitabat. Criminoſis.crimine illo peſſimo qđ ab ipſis cognominatū ē.
Fouebat.illuſtrabat. Glie patruelis.i.abraā patrui ſui.ac ſi dicat:ꝙ loth cauſa patrui ſui ꝛ illuſtrabat loca illa ꝛ honorabat̃ ab illis locis incolis. Siniſtris nūcijs.ſiniſtrū nūciū afferētib⁹. Terſenos.i.duo de vigītí. Hoſtis eūtis.i.cū ꝓda ſe in patriā recipiētis.

Captis copiis.i.aduerſariis pentapoleos ſuperatis. Graues.i.onuſtos. Proterit.i. proculcat ⁊ profligat. Catenas.quibus erat impeditus loth cū reliquis captiuis. Attrita baccis colla.quia antea ꝙ ab hoſtib⁹ caperet. geſtabat monilia baccata.i. gēmata. Vergilius pri.eñ.colloq; monile baccatū. Prole fratris.i.loth qui erat filius aran fratris abraã. Nequa vis.i.ne aliqua violētia. Recentē de tanta cede.i.cruentatū.Vergilius.ij.eñ.Me bello e tanto digreſſū ⁊ cede recēti.

Quin ipſe ferrum ſtringit:⁊ plenus deo
Reges ſuperbos mole prædarum graues
Pellit: fugatos ſauciatos proterit.
Frangit catenas:⁊ rapinam liberat.
Aurum.puellas.paruulos.monilia.
Greges equarum.vaſa.veſtes buculas.
Loth ipſe ruptis expeditus nexibus
Attrita baccis colla liber erigit.
Abraam triumphi diſſipator hoſtici
Redit recepta prole fratris inclytus.
Nequa fidelis ſanguinis proſapiam
Vis peſſimorum poſſideret principum.
Adhuc recentem cæde de tanta virum
Donat ſacerdos ferculis coeleſtibus:
Dei ſacerdos:Rex ⁊ idem præpotens:
Origo cuius fonte inenarrabili
Secreta nullum prodit auctorem ſui.
Melciſedec qua ſtirpe quis maioribus
Ignotus vni cognitus tantum Deo.
Mox ⁊ triformis Angelorum trinitas

Sacerdos. Melciſedec rex ſalem: qui abraã reportāti ex hoſtibus victoriā occurrit offerēs illi panē et vinum.
Ferculis celeſtibus.alludit ad illud qꝺ ſcribit̄ pſalmo.cix. Tu es ſacerdos in eternuꝫ ſecundū ordinem melciſedec:qui panem ⁊ vinum hoc eſt conſecrationis materiā abraã victori obtulit. Sed cui⁹ hic fuerit fili⁹ ignorat̄. Paulus in epiſtola ad hebreos ca.vij. Melciſedec inquit rex saleꝫ ſacerdos dei ſummi: qui obuiauit abrae regreſſo a cede regum et benedixit ei:cui ⁊ decimas omniū diuiſit abraam. Primū quidē qui interpretatur rex iuſticie deīde rex ſalem qꝺ eſt rex pacis ſine patre ⁊ ſine matre ſine genealogia neq; initium dierum neq; finem vite habēs aſſimulatus autē filio dei manet ſacerdos in perpetuū. Hebrei referēte Hieronymo in libris hebraicarū queſtionū dicūt hunc fuiſſe ſem filium noe:⁊ ſupputantes annos vite ſue oſtendunt ad iſaac vſq; etatem perueniſſe. Dicit itaq; dei ſacerdos.⁊c.et eſt ordo. Melciſedec dei ſacerdos et idē rex prepotēs.

Ignotus qua ſtirpe.q̄a vt dicit apl̄us ſine patre.ſine matre.ſine genealogia. Itaq; idē Hieronym⁹ ad Euagriū ſcribēs ageonologon melciſedec appellat. Quis maiorib⁹.i.q̄bus pētib⁹ auis atauis. Reuiſit mapalia.⁊c.melciſedec inq̄. Cui⁹ origo ſecreta.i.q̄ ignorat̄. Fōte ienarrabili.i.p̄ncipio qꝺ enarrari nō pōt. Iuxta illud Eſaie.gn̄ationē eius q̄s enarrabit. Nullum auctorem ſui.i.ꝓgenitorem. Prodit.i.oſtēdit. Mox.ſ.poſt oblationem panis et vini. Trinitas triformis angelorum.Ex geneſi cap.xviij.vbi legitur.

quod apparuerunt abraam tres angeli in ſpecie virorũ.ſed quod aliquando de tribus ſit mentio quaſi de vno:aliquando ſingulatim quaſi de pluribus:ita per tres angelos trinitatem intelligimus ſicut ſupra per melciſedec chriſtum ieſum. Mapalia.domos paſtoricias. Vergilius.iij.geor.raris habitata mapalia tectis eadem ⁊ magalia dicũtur. Et iam ſara.abraam vxor que interpretatur princeps.nã antea ſarai.i.princeps mea dicebatur.

Senis reuiſit hoſpitis mapalia.
Et iam vieta Sarra in aluo fertilis
Munus iuuentæ mater exanguis ſtupet
Hærede gaudens:⁊ cachinni poenitens.
Hæc ad figuram prænotata eſt linea.
Quam noſtra recto vita reſculpat pede.
Vigilandum in armis pectorum fidelium:
Omnem que noſtri portionem corporis:
Quæ capta foede ſeruiat libidini.
Domi coactis liberandam viribus.
Nos eſſe large vernularum diuites:
Si quid trecenti bis nouenis additis
Poſſint:figura nouerimus myſtica.

Vieta.i.languida ⁊ ſinevi hoc eſt naturalibꝰ priuata viribus vt exponit feſtus. Cicero in.ij.de diuinatiõe. bonis exile et exiguum ⁊ vietuꝫ cor. In aluo fertilis. quaſi dicat. licet fronte rugis ſulcata ⁊ reliquis viribus corporis deſtituta.fecunda tamen erat. Mater exãguis. quia in ſenibus ſãguis eſt diminutꝰ. Lucanꝰ in.ij.de martia.dũ ſanguis inerat.dũ vis materna peregi iuſſa Cato. Stupet munus iuuente.i.miratur ſe preſtare officiũ iuuencule hoc eſt parere. Poenitens cachinni.i.riſus.quãdo videlicet riſit poſt oſtium tabernaculi audiẽs ex angelo qꝺ filium eſſet paritura.vnde et iſaac riſus interpretatur. Hec ad figuram.ex hiſtoria ſuperius enarrata infert ſenſum allegoricum.dicens. Hec linea.i.hec hiſtoria que per quandam figuram oſtẽdit nobis viam:qua ſit in hac vita proficiſcendũ ad alteram. Reſculpat.q.d.hiſtoria oſtendit nobis lineam.i.ſemitam anguſtam:ſed nos debemus eaꝫ reſculpere.i.atterẽdo dilatare pede recto non declinando ad dexteram neqꝫ ad ſiniſtram. In armis.ita habẽt omnes codices.ſed vt conſtet ſenſus in animis potius legendum eſt. Omnẽ portionẽ noſtri corporis.i.partis irrationalis:que membris et partibus corporis vtitur:cũ ab imperio rationis rebellat. Liberandã.i.a vitiorum miſera ſeruitute libertati vere reſtituendam.

Virib.coactis domi.i.vernaculis domeſticis:qꝺ ⁊ abrã fecit. Quia vt cicero dicit: ĩ morbis corporis:opꝰ medico exteriori habemꝰ. at in animi vitijs remedia ipſa intra nos ſũt: atqꝫ illud in primis velle curari:quare vires domeſticas vocat prudentiã.ſolertiã ⁊ eiuſmodi virtutes. Large diuites.i.valde copioſi. Figura myſtica.i. ſecreta ⁊ diuina. Trecenti bis nouenis additis.i.tercentũ decẽ ⁊ octo. Quid autẽ numerꝰ ille ſignificet:conſulẽdus eſſet quiſpiã pythagoricus.q̃ in huiuſmodi rationibꝰ numeroꝝ verſatur. Sed ego nullũ aliud myſteriũ video ꝑ abraã comites ſignificari:niſi trecẽtos decẽ ⁊ octo ep̃os illos q̃ in cõcilio niceno interfuerũt vbi multa de chriſtiana religione cõſtituta ſunt:ſed imprimis de fide qua cẽſetur abraã,ibi namqꝫ ſymbolũ nicenũ eſt cõflatũ. Sacerdos verus. q̃

eūdum ordinem melciſedec ſeipſum in ſpecie panis et vini obtulit. Alto ⁊ ineffabili. ſicut melciſedec incognito. Victoribus beatis.ſ.qui ſuperauerūt animi vitia. Paruā caſam.hoc eſt abraam per quem intelligimus victorem vitiorum:qui tamen poſſit dicere domine non ſum dignus vt intres ſub tectū meum. Honorē trinitatis hoſpite. quia honorificum eſt abraam quod trinitas in domum ſuam diuertat:et ita animā a vitijs purgate ꝙ ſit templū trinitatis. Animam deinde. Ordo eſt deinde chriſtus faciet animā maritaꝫ.i.copulabit illaꝫ ſibi quaſi ſponſam. Cōnexibus ſpiritus idem eſt ſpiritus ſancti copula. Diu expertem prolis pie. ideſt ſterilem bonorum operū cuꝫ erat ſub peccatorꝝ dn̄atione. Fertilem.i.fecundā cōtra id qd̄ dixit ſterilem. Sara puerpera.i. aīa prolis fecunda. Poſſidens dotem.qua fuit dotata cum primum creata eſt hoc eſt innocentiam. Implebit digno herede ideſt ſeipſa. Domum patris.ideſt regnum celi in quo noſtra merces repoſita eſt.

Mox ipſe Chriſtus: qui ſacerdos verus eſt:
Parente natus alto ⁊ ineffabili
Cibum beatis offerens victoribus
Paruam pudici cordis intrabit caſam
Monſtrans honorem trinitatis hoſpitæ.
Animam deinde ſpiritus connexibus
Piæ maritam prolis expertem diu
Faciet perenni fertilem de ſemine.
Tum Sarra dotem poſſidens puerpera
Hærede digno patris implebit domum.
Chriſte graues hominum ſemper miſerate labores.
Qui patria virtute cluis propria qꝫ ſed vna

### Inuocat et proponit.

Chriſte graues.tametſi in procmio ſuperiori prudentius inſinuauit qua de re in hoc opere ſcripturus erat:cum poetarum latinorum moris ſit: prius proponere. deinde inuocare. tum demum proſequi opus inſtitutum. hoc in loco ſimul inuocat et proponit: poetas graecos imitatus.vt Homerus in iliade. Iram pande mihi pelide diua ſuperbi. et in odyſſea.dic mihi muſa virum captae poſt tempora troiae. Sed quia poetarum eſt deos earum rerum praeſides.de quibus ſcripturi ſunt inuocare: chriſtum quo cum nobis humanitatis commercium eſt: quiqꝫ per redemptionem vel peculiari quodam iure noſter eſt dominus:more poetarum inuocat vt nobis in hac pugna rationis cum parte animi irrationali adſit:quandoquidem ipſe et per ſe ⁊ per nuncios ſuos apoſtolos ⁊ prophetas illud ipſum debere facere multis in ſacre ſcripture locis hortatus eſt. Chriſte graues. emulatio eſt vergiliana.ex libro eneidos ſexto. phaebe graues ſemper noſtros miſerate labores. Qui patria virtute cluis.ideſt pugnas et es potens:id enim cluere ſignificat:vnde et dei brachium in ſcriptura appellatur.et Apoſtolus illum portare omnia verba virtutis eius dicit,et qui centones ex Vergilij poemate compegerunt ſignificanter pa

trem ad filium loquentem inducunt. Nate meę vires mea magna potentia ſolus. Propriaqꝫ ſed vna. quia illa virtus cum ſit patris: eſt et propria filij: quia vna ⁊ eadem eſt in vtroqꝫ virtus. Unum nanqꝫ. per parentheſim interponit duos verſus reddens rationez cūr eadem ſit virtus patris et filij: quia cum ſit idem deus eſſentia: eſt tamen trinus in perſonis. ideo ſubdit: non tamen ⁊ ſolum. neqꝫ enim ſatis eſt confuſe vnum ⁊ eundē ſolū deuz confiteri: ſed explicare pſonas in diuinis vt ſolū referatur ad perſonam. vt ſeduli9 ſolus de ſolo. itaqꝫ ſubiūgit: quia tu deus ex patre chriſte: ſubaudi procedens per ęternam generationē. Diſſere rex noſter. ordo eſt chriſte rex noſter diſſere. i. oſtende. Quo milite. quib9 armis ⁊ auxilio. Mēs armata. de parte animi rationali intelligitur. Queat pellere culpas.

Unum nanqꝫ Deum colimus de nomīe trino:
Nō tamē ⁊ ſolū: q̄a tu Deus ex patre Chriſte:
Diſſere Rex noſter: quo milite pellere culpas
Mens armata queat noſtri de pectoriſ antro:
Exoritur quotiens turbatis ſenſibus intus
Seditio: atqꝫ animam morborum rixa fatigat.
Quod tunc præſidium pro libertate tuenda:
Quæ ve acies furijs inter præcordia mixtis
Obſiſtat meliore manu. nec enim bone ductor
Magnarū virtutum inopes neruis qꝫ carētes
Chriſticolas vitijs populantibus expoſuiſti.
Ipſe ſalutiferas obſeſſo in corpore turmas
Depugnare iubes: ipſe excellentibus armas
Artibus ingenium: quib9 ad ludibria cordis

idest vitia quę occupauerūt alteram partem animi rationis expertem: quod appellat antrum pectoris. idest receſſum quendam: vbi vitia ſedes ſuas fixerunt. Exoritur quoties. quaſi velit dicere ad expellendas animorum peſtes tunc proſunt diuina pręcepta. parentum cohibitiones. atqꝫ vt ait Ariſtoteles amicorum admonitiones atqꝫ conſilia: cum ſentimus eiuſmodi bellum vltra nos geri: hoc eſt in quibus incontinentia locum habet. Nā qui vitio ſtupet fibriſqꝫ increuit opimum pingue: demerſus ſumma rurſus non bullat in vnda. Quod preſidium. ſignificantius dixiſſet ſubſidium. Que acies. ſ. rationū quibus vtendum eſt contra appetitum. Obſiſtat. opponatur. Meliore manu. idest exercitu a parte honeſtiore. Neqꝫ enim bone ductor. ſenſus eſt. neqꝫ enim credibile eſt qđ Simonides inquit inuidiſſe deum homini faciendo illum tot morbis atqꝫ animorum peſtibus obnoxium: quin potius propter nimiam charitatem qua dilexit nos: vt ait Apoſtolus miſiſſe filium ſuum: vt eos qui ſub peccati iugo erant: a miſera vitiorum ſeruitute liberaret. Carentes neruis. idest viribus. Uitijs populantibus. idest humanū genus euertentibus. Turmas ſalutiferas. idest virtutes morales. quę opponuntur vitijs. Ad ludibria cordis. idest vanas aut pernicioſas cogitationes quę nos illudunt.

Tibi dimicet et vincat. idest ad nominis tui gloriam. Pręſens ratio. idest impꝛop

tu et manifeſta. Si liceat notare. ideſt ſi mihi concedatur fingere atq; ante oculos po-nere. Cominus. i. prope more illorum qui conflicturi ſunt. Facies virtutum. ideſt for-mas ſiue figuras. Et portenta. i. vitia quę tam ſunt pręter naturę intentionem ꝙ homi-nem naſci bicipitem aut multipedem.

Fidei et idolatrię pugna.

Oppugnanda potens tibi dimicet: ⁊ tibi vicat
Vincendi præſens ratio eſt: ſi cominus ipſas
Virtutum facies ⁊ colluctantia contra
Viribus infeſtis liceat portenta notare.

## Fidei. ⁊ Idolatriæ pugna.

Prima petit campum dubia ſub ſorte duelli
Pugnatura fides. agreſti turbida cultu.
Nuda humeros. intōſa comas. exerta lacertos
Nāq; repentinus laudis calor ad noua feruēs
Prælia nec telis meminit nec tegmine cingi:
Pectore ſed fidēs valido: mēbris q; retectis
Prouocat inſani frangenda pericula belli.
Ecce laceſſentem collatis viribus audet
Prima ferire fidem veterum cultura deorū.
Illa hoſtile caput phalerata q; tempora vittis

PRima petit. opponit atq; in certamen committit fidem hoc ē chriſtianam religionem atq; gentilium impietatē culturāq; deorū. quā primo cōgreſſu ponit fuiſſe ſupatā: vt ſignificet videlicet. i iis quę ad cōuellendam cōtra nos inſurgūt: nō eſſe dandū locum longis diſputationibuſ. ſed quod dicitur oculis clauſis andabatarū more pugnantes primo impetu rē conficere. Sub dubia ſorte. nō q; victoria ſit dubia fortiter pro fide pugnanti: ſed ad naturam reſpexit: in qua fortuna plerumq; dominari ſolet. Turbida. non q; per aliquam animi perturbationē in pugnam deſcenderit: ſed qđ exarmata et nuda: vtcumq; illam ſors offendit ſola conſcientia atq; ſui fiducia ad primū inſtantis pugnę clamorem concurrerit. Ideo dicit. Cultu agreſti. i. inornato. Exerta lacertos. i. habens exertos ac proinde ad confictum magis expeditos lacertos Noua prelia laudis. ideſt victorię vnde magnam laudem atq; gloriam erat reportatura. Telis armis vt vulgo dicitur offenſiuis. Tegmine. ideſt armis defenſiuis. Membris retectis. ideſt nudis atq; exarmatis. Pericula frangenda. ideſt periculoſum hoſtem: ſed tamen facile profligandum. Laceſſentem. ſcilicet fidem prouocantem illam ad certamen. Collatis viribus. i. conſertis in pugna. Veterum deorum. quia idolatria iā inde a prima aſſyriorum monarchia incepit. Illa. ſ. fides. Inſurgens altior. vt. ſ. maiori conatu ictum infigeret. Labefactat. i. diſſipat atq; diſſoluit. Phalerata tempora. ideſt odornata: cum tamen proprie equorum ornamenta ſint phalerę. Vittis. ideſt velaminibus ſacris quibus in ſacrificiis vtebantur.

Et applicat ſolo.i.in terrã deprimit. Oꝛa ſatiata de cruoꝛe pecudũ.quas ſacrificãtes dijs immolabant. Et pede calcat oculos.i.cum oculis totum caput. Eliſos in moꝛte.i. diſſipatos ex pedum conculcatione. Uergilius. viij. eneí. angit inhꝛrens eliſa oculos et ſiccum ſanguine guttur. Cõmertia gutturis.i.viciſſitudo expirãdi ⁊ reſpirandi que per guttur fit. Intercepti.pꝛo intercluſi. Animã malignã.i.ſpiritũ tenuẽ:queadmodũ Uergilius.vi.ene. ſub luce maligna duxit pꝛo anguſta.
Suſpiria longa ideſt ſinguitꝰ moꝛtis. Obitũ difficilem.i.violentuꝫ. Uergilius.iiij.eñ. longũ miſerata laboꝛem difficileſqꝫ obitus. Legio.ſ. martyꝛ:per quos fides impietatem gentiũ ſuperauerat. Coacta.conſtipata et coadunata. Animarat incitarat. Iuuenalis. animãte tuba galeatũ ſero duelli penitet. Floribus. ſertis ex floribus contextis. Ueſtirier.paragoge eſt pꝛo veſtiri. Oſtro ardenti.i.purpura ſiue murice ſplendenti. Uergilius.iiij.eñ.tyrioqꝫ ardebat murice lena.

Altioꝛ inſurgens labefacta:⁊ oꝛa cruoꝛe
De pecudũ ſatiata ſolo applicat:⁊ pede calcat
Eliſos in moꝛte oculos.animam qꝫ malignam
Fracta intercepti commertia gutturis arctãt:
Difficilem qꝫ obitum ſuſpiria longa fatigant.
Exultat victrix legio.quam mille coactam
Martyribus regina fides animarat in hoſtẽ.
Tunc foꝛtes ſocios parta pꝛo laude coꝛonat
Floꝛibus:ardenti qꝫ iubet veſtirier oſtro.

## Pudicitiæ.⁊ Libidinis pugna.

Exin gramineo in campo concurrere pꝛompta
Uirgo Pudicicia ſpecioſis fulget in armis
Quã patrias ſuccicta faces ſodomita Libido
Aggreditur:piceam qꝫ ardenti ſulphure pinũ

EX in gramineo.ſecundus pudicicie cum libidine conflictus:quam noſtri terciã animoꝛum peſtem faciunt: hoc eſt luxuriam: cum ſit luxuria aliud quemadmodum infra dicemus. Concurrere pꝛona.ideſt pꝛoclíuis et parata ad concurrendum cum libidine. Sodomita libido.ideſt que diu verſata eſt ſodomis vrbe illa pentapoleos infami impurate libidinis vitio.quam ſodomitam genere fꝫminino pꝛotulit: cum ex foꝛma declinationis grꝫcꝫ id quod alibi diximus generis ſit tantum maſculini: nam fꝫminino ſodomitis ſodomitidis potius diceretur. Succuncta faces.ideſt habens faces ignis ſuccĩctas ſic enim exponi ſolet ſynecdoche per participium.ſed hic impꝛopꝛie pꝛo ipſa ſuccincta ideſt expedita habens faces. Faces patrias.ideſt intinctas bitumine ſulphureo quod aſphaltites lacus hoc eſt mare quod hebꝛei vocant moꝛtuum exudat: vbi ſodoma cum alijs quattuoꝛ vrbibus incendio abſumpte ſunt:itaqꝫ patrias appellauit cum ipſa libido ſodomita ſit patria nataliqꝫ. Ardenti ſulphure:ex bitumine quod diximus. Pinũ piceam.ideſt facem ex pinu arboꝛe in cuius genere numeratur picea. Uergilius ſexto eneidos. Pꝛocumbunt picꝫ.ſonat iſta ſecuribus ilex.

Appetit.pro impetit et inuadit. Pudibunda.verecunda in bonam parte in accipiendo. Ignea tela.i.faces pineas ex ſulphure incenſas. Lupe dirę.i.meretricis:ſic enim apud antiquiores dicebatur vnde ⁊ lupanaria dicta ſunt. Iuuenalis.ite quibus grata eſt picta lupa barbara mitra. Tedas.illas faces igneas. Tranſfigit.traijcit atq̃ trāſuerberat. Gladio adacto.i.impulſo ac impreſſo. Vapores concretos ſanguine.i.ſpiritum

Ingerit in facieʒ: pudibūda q̃ lumina flāmis
Appetit:⁊ tetro tentat ſuffundere fumo.
Sed dextram furiæ flagrantis ⁊ ignea diræ
Tela lupæ ſaxo ferit imperterrita virgo:
Excuſſas q̃ ſacro tædas depellit ab ore.
Tunc exarmatæ iugulum meretricis adacto
Tranſfigit gladio. calidos vomit illa vapores
Sāguine concretos cenoſo.ſpiritus inde
Sordidus exhalans vicinas polluit auras.
Hoc tibi habe exclamat vitrix regina.ſupremus
Hic tibi finis erit.ſemper proſtrata iacebis.
Nec iam mortiferas audebis ſpargere flāmas
In famulos famulas q̃ dei:q̄bus intima caſti
Vena animi ſola feruet de lampade Chriſti.
Te ne o vexatrix hominum potuiſſe reſumptis
Viribus extincti capitis recaleſcere flatu:
Aſſyriū poſtquā thalamum ceruix olopherni
Cæſa cupidineo madefactum ſanguine lauit:
Gēmatū q̃ torū moechi ducis aſpera iudith
Spreuit:⁊ incæſtos compeſcuit enſe furores
Famoſum mulier referens ex hoſte tropheum
Nō trepidāte manu mea vindex coelit⁹ audax.

ſanguine cōmixtū emittit. Vergil.ij. ęn.ſqualentē barbam cōcretos ſanguine crines. Cęnoſo. i. ad cęni ſimilitudinem craſſo et turpi. Inde ex iuguli trāſfoſſi vulnere. Hoc tibi habe. ſubaudi vulnus. Terenti⁹ in ādria habet captus eſt:quod donatus pro vulneratus eſt illo in loco exponit. Flāmas mortiferaſ.i. venereʒ et amores ad mortem ęternā perducētes. Vena intima. pro iecore poſuit. Vergilius. iiij. ęne. vulnus alit venis et cęco carpitur igni. Lampade chriſti.i. amore caſto non venereo. Iuuenalis. Nec pharetris veneris macer eſt aut lāpade feruet. Te ne o vexatrix.pudicicia victrix amare atq̃ hoſtilit increpat libidinē ꝓfligatā. Potuiſſe.ſubaudi decuit.Verg.pri.ęn.me ne iliacis occūbere cāpis nō potuiſſe. Recaleſcere flatu.i.reuiuiſcere ſpū. Capitis extincti.ac ſi dicat quo tēpore iudith āputauit caput holophernis tu quoq̃ cū illo parit extincta es. quomō igit nūc reuiuiſcis atq̃ p̄ſtinas vires reſumis? Aſſyriū thalamū.q̄a holophernes dux erat nabuchdonoſor aſſyrioꝝ regis. Lauit ſanguine.i.cōmaculauit. Moechi ducis.i.q̄ volebat eſſe moech⁹.vt Verg.quos ego ſū toties iā dedignata maritos. Famoſum trophęū.victoriā inſignē. Mea vindex.i.q̄ me i libertatē aſſeruit:q̄a vlta eſt. Cęlis

tus audax:quia illud pręclarũ facinus nõ potuit abſolui ſine cęleſti quodã auxilio. At fortaſſe paruʒ fortis.immo fortiter pro pudicicia rem geſſit:quãuis ſub lege veteri in qua pudicicia nõ tantopere cõmendabatur ſed nimiũ inquit illa figura nouę legis erat:ĩ qua virginicas viduitati.continentia nuptijs pręfertur:cõtra priſcę legis conſuetudinem.

At fortaſſe parum fortis matrona ſub vmbra
Legis adhuc pugnãs:dũ tẽpora nr̃a figurat:
Vera quibus virtus terrena in corpora fluxit:
Grãde per ĩfirmos caput excíſura miniſtros.
Nunquid ⁊ intactæ poſt partum virginis vllum
Fas tibi iã ſupeſt:poſt partũ virginis.ex quo
Corporis humani naturam priſca propago
Deſeruit:carnem que nouam.vis ardua ſeuit:
Atq; inupta deum concæpit foemina chriſtũ:
Mortali de matre homiẽʒ:ſed cũ patre numẽ.
Inde omnis iã diua caro eſt:quæ cõcipit illũ.
Naturam que dei conſorti foedere ſumit.
Verbum quippe caro factum non deſtitit eſſe:
Quod fuerat:verbum carnis dũ glutinat vſũ.
Maieſtate quidem non degerante per vſum
Carnis:ſed miſeros ad nobiliora trahente.
Ille manet quod ſẽper erat:quod non erat eſſe
Incipiẽs.nos quod fuimus:iã nõ ſum⁹ aucti
Naſcendo in melius.mihi cõtulit.⁊ ſibi mãſit.
Nec deus ex noſtris minuit ſua:ſed ſua noſtris
Dum tribuit:noſmet dona ad coeleſtia vexit.

Sub vmbra legis.i.lege vmbratili et quę figura erat legis ſolidę vere ⁊ expreſſę:quia vt inquit Aplus ad corinthios prima oia in figura contingebant illis. Quibus.ſ. tẽporibus. Virtus vera.nõ fucata. non adũbrata.vt in lege veteri:in qua ꝓbro dabatur filios nõ gignere. Fluxit ĩ corpora terrena.i.illapſa eſt in hoies. Exciſura grande caput.ſũptum eſt ex eo qꝺ ſcribitur pri. cori. pri. Elegit deus ĩfirma mundi hui⁹ vt fortia quęq; cõfunderet. Nunquid ⁊ intacte libidinem nihil iuris habere in corpora humana oſtẽdit: poſtea ꝙ verbũ diuinum incarnatũ vel vt dicunt gręci humanatũ eſt:ꝓpterea ꝙ ex carnis hũane cõmercio cũ diuinitate ſum⁹ quodãmõ cõſecrati. Illũ fas ſupeſt.i.relicta ẽ tibi vlla facultas aut poteſtas?q.d.nulla:niſi q̃ten⁹ hoies vici ſe volũt. Ex quo.ſubaudi tpe vł ex quo partu. Propago pſca.i.vet⁹ hõ ſubiect⁹ morti ꝓpẽ peccatuʒ.

Deſeruit naturã.i.mutauit cõditionẽ. Vis ardua.i.diuina.hoc ẽ verbũ. Seuit nouã carnẽ.i.inſeuit.q̃d ſi legas ſũpſit? Cũ prẽ numẽ.i.deũ ex pr̃is ſubſtãtia: ⁊ hoiem ex ſubſtãtia matris. Caro diua ẽ.i.diuinitatis facta ꝑticeps ⁊ ſacrata. Que cõcipit illũ:vt referaŧ ad totã ſpeciẽ:nõ ad numeꝝ. Cõſorti fędere.i.cõi ſocietate:qꝺ quẽadmodũ factũ ſit ⁊ q̃d inde ſequaŧ mł̃tis modis expõit. Dũ glutinat.i.ſibi coagmẽtat ⁊ cõnectit. Vſum carnis.i.carnẽ q̃ veluti inſtrumẽto quodã vtaŧ. Nõ degenerãte.i.in deteri⁹ mutata.naʒ illa degenerare dicitur q̃ ſui gñis ꝑncipio nõ reſpõdẽt. Iã nõ ſum⁹.imo ijdẽ ſum⁹:ſʒ au

eū naſcēdo ī meli⁹.i.cōditiōm ē nobiliorē. Mihi cōtulit.i.mihi aliq̄d dedit.⁊ ipſe nihil ā miſit.qđ adhuc aliis verbis explicat magis. Hęc ſūt dona.i.bñficicia hominū a deo conceſſa. Quis.ꝑ q̄bus. Lutulēta.luto plēa ⁊ imūda. Poſt mariā.i.marię fęcundā virginitatē. Perſtrigere.i.vel leuit tāgere ⁊ violare. Pręceps.actiue ꝑ p̄cipitās:ſiue p̄cipitāter impellēs.

Dōa hæc ſunt:quiſ victa iaces lutulēta libido.
Nec mea poſt mariā potis es perſtrigere iura.
Tu præceps ad mortis iter. tu Janua leti
Corpora cōmaculās animas ī tartara mergis.
Abde caput triſti iam feruida peſtis abyſſo.
Occide ꝓſtibulū.māes pete.claudere auerno.
Inque tenebroſum noctis detrudere fundum.
Te voluāt ſubter vada flāmea.te vada nigra.
Sulphure⁹ q̄ rotet per ſtagna ſonātia vortex.
Nec iam chriſticolas furiarum maxima tētes:
Ut purgata ſuo ſeruentur corpora regi.
Dixerat hæc.⁊ læta libidinis interfectæ
Morte pudicitia.gladium iordanis in vndis
Abluit infectum.ſanies cui rore rubenti
Hæſerat:⁊ nitidum macularat vulnere ferrū.
Expiat ergo aciem fluuiali docta lauacro
Uictricem victrix: abolens baptiſmate labem
Hoſtilis iuguli:nec iam contenta piatum
Condere vagina gladium.ne tecta rubigo
Occupet:ablutum ſcabroſa ſorde nitorem
Catholico in templo diuini fontis ad aram
Cōſecrat: æterna ſplendens vbi luce niteſcat.

Peſtis feruida ad veneris igneā naturam rettulit. Abde caput.id ē mergere ſiue mergaris. Occide ꝓſtibulū.i.morere o meretrix. ſic.n.meretrices vocant̄ ꝓſtibulę a ꝓſtando. Manes pete.i.iferos. In fūdū noctis.i. i ꝓfūditatē īferoꝝ. verg.pallētes vmbras erebi noctēq̄ ꝓfundā. Uada flāmea.i. phlegetō fluui⁹ inferoꝝ q̄ flāme⁹ int̄pretat̄. Uada nigra.erebū itelligit de quo verg.imas erebi deſcendit ad vmbras. Uortex ſulphure⁹. ad eundē phlegetōta rettulit.de quo verg. q̄ rapid⁹ flāmis ābit torrētib⁹ amnis tartare⁹ phlegetō. Furiaꝝ maxima.verg.furiaꝝ maxima iuxta accubat. Jordanis i vndis.q̄ ſūt xp̄i baptiſmate cōſecratę. Sanies hęſerat.i.ſāguis corrupt⁹: q̄ppe q̄ extra venas. Rore rubēti.i.ſāguine rorāti. Uulnere.i.vulneris cruore. Uirgo docta.i.q̄ hmōi armoꝝ polliturā bñ nouerat. Aciē victricē.i.gladiū quo ip̄a fuerat victrix. Labē hoſtilis iuguli.i.maculā ex libidis cruore. Baptiſmate.i.ablutiōe ⁊ intictu.nā baptizare ē intigere ſiue mergere.alludit tñ ad baptiſma quo veſtigia p̄cti abluunt̄. Tecta rubigo.i.gladiȷ̄ ſcabricia:q̄ ex vagie tegumēto citi⁹ irrepit. Cōſecrat nitorē ablutū.i.gladiū nitētē ⁊ politū. Sorde ſcabroſa.i.q̄ gladiis ſcabriciē ſupiducit. Ad arā diuini fōtis .i.iordanis xp̄i baptiſmate cōſecrati.⁊ tāgit cōſuetudinē illoꝝ q̄ artis ſuę iſtrumēta emeriti deo cōſecrabāt i cui⁹ erāt tutela. Hora.pri.epi.Ueiam⁹ armis herculis ad poſtē fixis latet abditus agro.

Patientia cum ira.

Ecce modeſta.tertius patientie cum ira conflictus quam noſtri quartā animoꝝ peſtem dicunt. Graui vultu.i.ſereno et conſtanti. Defixa oculos.i.habēs oculos in terram deiectos:quod ipſum conſtantie ſignum eſt.Vergilius.vi.ene.illa ſolo fixos oculos auerſa tenebat. Spectabat vulnera.que ab omnibus inuicem inferebantur. Et vitalia. ſubaudi mēbra. Peruia .i.expoſita armoꝝ incurſionibꝰ. Et manebat lenta.i. immobilis ꝛ otioſa. Ira tumens. propriū ire epitheton. Feruida rictu ſpumanti.i.propter calorē per ora ſpumas emittens. Intorquens lumina.i.huc atqꝫ illuc voluēs oculos contra id quod de patientia dixit defixa oculos. Sāguinea. Vergiliꝰ. ſanguineā voluēs aciē. Suffuſo felle.i. mixto cū ſanguine. Laceſſit hanc.i.prouocat ad pugnā patientiā

## Patientiæ ꝛ Iræ pugna.

Ecce modeſta graui ſtabat Patientia vultu
Per medias imota acies varios qꝫ tumultꝰ:
Vulnera que ꝛ rigidis vitalia peruia pilis
Spectabat defixa oculos:ꝛ lenta manebat.
Hanc procul ira tumēs ſpumāti feruida rictu.
Sanguinea intorquens ſuffuſo lumina felle.
Vt belli exortem telo que ꝛ voce laceſſit:
Impatiens que more conto petit.increpat ore
Hyrſutas quatiens galeato in vertice criſtas.
En tibi Martis ait ſpectatrix libera noſtri.
Excipe mortiferum ſecuro in pectore ferrum:
Nec doleas:quia turpe tibi genuiſſe dolore.
Sic ait.ꝛ ſtridens ſequitur conuitia pinus
Per teneros criſpata notos:ꝛ certa ſub ipſum
Defertur ſtomachum:recto qꝫ illiditur ictu.
Sed reſilit duro loricæ excuſſa repulſu.

Telo et voce.ideſt armis et verbis. Vt exortem belli.quaſi inuidens illi:quod ſignificauit per illud quod dixit ſuffuſo felle:cum videret illam immunem belli. Impatiens more.ideſt non potis ſe continere.Iuuenalis.impatienſqꝫ more pauet. Conto petit.id eſt haſta. Increpat ore.quod dixit teloqꝫ et voce laceſſit. Quatiens criſtas hirſutas.ideſt ex equina cauda.Vergilius.caudaqꝫ hirſutus equina.et alio in loco.Cui triplici crinita iuba galea alta. In pectore ſecuro.ideſt ſine belli cura.quia turpe.non quod ita putabat ira:ſed quod patienti id ſe facere iactat: vt ſit dictum per ironiam. Pinus ſtridens.ideſt cum ſtridore volans. Criſpata.ideſt vibrata et tremens. Per notos teneros.i.puios.qd ſi legas tenues.Verg.Tenues in vētos vita receſſit. Certa.i.nō fruſtrata ictū deſtinatū. Illuditur ictu recto.i.in nullā partē aliā deflexo. Reſilit.i.reſultat ꝛ repcutit. Induerat thoraca.de eadē armatura dixit loricā ꝛ thoracē:cū lorica proprie ſit ex hamis cōtexta.thorax ex corio.Sed varro lorica inqt ꝙ e loris de corio crudo pectoralia faciebāt,poſtea ſuccuderūt galli e ferro ſub id vocabulū ex anulis tunicā ferreā.

Triſicem thoraca. Vergilius de lorica libro.v. Leuibus huic hamis conſertā auroq; trilicē loricam: cum ſit corio crudo. Martialis. Accipe belligere crudum thoraca minerue. Squāmoſa texta. idē dicit ſed aliis verbis. nā nihil aliud eſt lorica ferri: ꝙ annuli ſiue hami ferrei cōtexti in modū ſquāmaꝝ. Cōmiſerat. i. connexuit ⁊ coagmētauit. Iuuenalis: eadē plūbo cōmiſſa manebit. Per neruos intortos. quia forte ad maiorem loricę ſecuritatē nerui interponebantur hamis ferreis. Inde. ſ. ex armature firmitate. Telorum nimbos. i. ad tela cadētia i modum grandinis ſiue pluuie. Durans nō penetrabile. nomē pro aduerbio. ꝓ impenetrabiliter. vel potius genus poſuit ꝓ genere. vt ſit nō penetrabile ꝓ nō penetrabilis. Mota eſt. i. ꝑturbata. Operiēs. i. expectans. Stomachando. i. iraſcendo. Impenderat lacertos. i. cōſumpſerat vires. Irrita. deluſa ⁊ fruſtrata ſua ſpe. Laſſauerat. i. vſq; ad laſſitudinē fatigauerat. Nube iaculorū. quod ſupra dixit telorum nimbos. Vētoſa tela. i. ꝑ ventos volitantia. Ictibus vacuis. i. otioſis ⁊ finem ſuum nō conſequentibus. Ad capulum. i. ad enſem qua parte capitur cū ſtringendus eſt. Conixa ab aure dextra. graphice morem ferire volentium exprimit. Ouidius pri. metamorpho. Retundit aciem. i. hebetat gladii acumen. Vena rebellis. i. galea erea reſiſtens. nam ex venis terre effoditur es ⁊ ferrum. Chalybem illiſum. i. enſem impactum. Neſcia cedere. ideſt perforari et vinci. Excipit aſſultus. i. ictus ire aſſilientis: Mucronis. ideſt enſis. Crepuiſſe. ideſt cum crepitu diſſiluiſſe. Capulum. ſolum ſine lamina ferri.

Prouida nam virtus conſerto adamante trilicē
Induerat thoraca humeris. ſquamoſaq; ferri
Texta per itortos commiſerat vndiq; neruos.
Inde quieta manet patiētia fortis ad omnes
Telorum nimbos: ⁊ non penetrabile durans.
Nec mota eſt iaculo monſtri ſine more furētis
Opperiens propriis perituram viribus iram.
Scilicet idomitos poſtquā ſtomachādo lacertos
Barbata bellatrix impenderat: ⁊ iaculorum
Nube ſuperuacua laſſauerat irrita dextram:
Cum ventoſa leui cecidiſſent tela volatu:
Ictibus ⁊ vacuis haſtilia fracta iacerent:
Vertitur ad capulū man⁹ iproba: ⁊ ēſe coruſco
Connixa in plagam dextra ſublimis ab aure
Erigitur: mediumq; ferit librata cerebrum.
Aerea ſed cocto caſſis formata metallo
Tinnitum percuſſa refert: aciem q; retundit
Dura reſultātem: frangit quoq; vena rebellis
Illiſum chalybem: dum cedere neſcia caſſos
Excipit aſſultus: ferienti ⁊ tuta reſiſtit.
Ira vbi truncati mucronis fragmina uidit:
Et procul in partes enſem crepuiſſe minutas:
Iam capulū retinētē manu ſine pōdere ferri:

Mentis inops ebur infelix decoriſq; pudendi
Perfida ſigna abiicit:monimētaq; triſtia lōge
Spernit:⁊ ad propriũ ſuccēditur effera letũ.
Miſſile de multis:quæ fruſtra ſparſerat:vnũ
Puluere de campi peruerſos ſumit in vſus.
Raſile figit humi lignum : ac ī ſe cuſpide verſa
Perfodit:⁊ calido pulmonem vulnere trāſit.
Quam ſuper aſſiſtens patientia vicimus:inquit
Exultans vitium ſolita virtute ſine vllo
Sanguinis ac vitæ diſcrimine.lex habet iſtud
Noſtra genus belli:furias omnemq; malorũ
Militiā ⁊ rabidas tolerādo extinguere vires.
Ipſa ſibi eſt hoſtis veſania.ſeq; furendo
Interimit:moriturq; ſuis ira ignea telis.
Hæc effata ſecat medias impune cohortes
Egregio comitata viro.nam proximus iob
Hæſerat inuictæ dura inter bella magiſtræ
Fronte ſeuer⁹ adhuc:⁊ multo funere anhelus.
Sed iam clauſa truci ſubridens vlcera vultu.
Perq; cicatricũ numerum ſudata recēſens
Milia pugnaruz ſua præmia dedecus hoſtis.
Illum diua iubet tandē requieſcere ab omni
Armorum ſtrepitu:captis ⁊ perdita quæ ſunt

Mentis inops.i.preceps ⁊ ſine conſilio. ebur infelix.i.capulũ ex ebore quo infeliciter vſa eſt. Signa perfida.i.capulũ in quo erant ſigna ⁊ imagines ebori impreſſe.q̃ tñ perfida vocat:quia illis nō erat fidendũ vtpote falſis. Decoris pudendi.i.ornamenti ex quo plus ignominie quā laudis rettulit:Monumenta triſtia.i.que triſtem recordationem illi afferebant:quoniā illorũ defectu victu fuit Effera.i.furioſa ⁊ veluti ferarũ rabie percuſta. Unum miſſile.i.iaculum. In vſus peruerſos.i. in perniciem ſuaz verſos cũ illos antea in patientiam iaculata fuiſſet.
Raſile lignuz.i. haſtam politaz ac leuigatā. Cuſpide verſa. ſubaudi cōtra ſeipſā. Trāſit.pro traiicit ⁊ penetrat. Uerbere calido.i.haſta ſanguine calefacta.
Uicimus vitiuz .i.irā vitioſam.nā ira per prudētiā moderata nō eſt vitioſa vt peripatetici oſtendunt:quin potius in manſuetudinem refertur: vt probat Ariſtoteles in tertio ethicorum libro. Uis ignea. diffinitio ē ire:hoc eſt accēſio ſāguinis circa cor
Secat cohortes ideſt rranſit.Uergilius.littus harenoſum libye ventoſq; ſecabat. Iob haeſerat.qui potiſſimum patiētia commendatur. Fronte ſeuerus.ideſt triſtis et rugoſus. Anhelus pre nimio labore ſudans. Ulcera clauſa.in cicatricem coeuntia. Truci vultu ſubridens. ſignificat in illo triſticiam leticie fuiſſe mixtam. Per numeruz cicatricum.ideſt multitudinem plagarum. Milia pugnarum ſudata. ideſt cum ſudore ſuo deuicta. Sua premia. appoſitio eſt.ideſt ſuam victoriam et laudem. Dedecus hoſtis.ſcilicet.impatientie et ire. Multiplicare.quia omnia que illi fuerant rapta reddita ſunt duplicia,

Nec peritura.ideſt permanſura ſemper. Per imbres vulniferos.ſ.telorum.ſic ſupra ex eadem tranſlatione dixit telorum nymbos et iaculorum nubem. Una comes.virtutibus.Eſt nanqꝫ patientia quemadmodum in rhetoricis a Cicerone diffinitur honeſtas eſt vtilitatis cauſa rerum difficilium diuturna perpeſſio.quod in omni virtute neceſſarium eſt quia virtus et ars circa difficile verſantur.

Multiplicare opibus:nec iā peritura referre.
Ipſa globos legionum ꝛ concurrentia rumpit
Agmina vulniferos gradiēs itacta per ībres.
Omnibus vna comes virtutibus aſſociatur:
Auxiliumqꝫ ſuum fortis patientia miſcet.
Nulla anceps luctamen init virtute ſine iſta
Virtus:nā vidua eſt:quā nō patientia firmat.

## Superbiæ ꝛ humilitatis pugna.

Forte per effuſa inflata Superbia turmas
Effreni volitabat equo:quem pelle leonis
Texerat:ꝛ validos villis onerauerat armos.
Quo ſe fulta iubis iactantius illa ferinis
Inferret tumido deſpectans agmina faſtu.
Turritum tortis caput accumularat in altum
Crinibus:extructos augeret vt addita cirros
Cōgeries:celſūqꝫ apicem frons ardua ferret.
Carbaſea ex humeris ſummo collecta coibat
Palla ſinu teretem nectens a pectore nodum
A ceruice fluens tenui velamine limbus

Forte p̄ effuſos. humilitatis cū ſuperbia congreſſum ponit ante oculos. Effreni. qualis et ipſa eſt. Quo. pro vt. Fulta. ideſt ipſa ſedens et ſuſtentata ī pelle leonis iubata. Accumularat in altuꝫ. ideſt in ſublime creſcere fecit. Caput turrituꝫ. ideſt in modum turris extructum. Crinibus tortis. ideſt in funium ſimilitudinem cōtextis: quaſi chimeraꝫ et galee cricriſtaſ.ſic ſupra dicit de ira. hirſutas quatiēs galeato in vertice criſtas. Et congeries addita. id eſt illa criminum multitudo adiuncta capiti aut caſſidi. Augeret cirros. ideſt crines. ad maiorem hoſtis terrorem.

Palla carbaſea.ex carbaſo genere lini candidiſſimo contexta. Collecte ſummo ſinu. quia ſinus veſtis inferiores fluxi erant:ſed ſuperior ſinus collectus a pectore ſurſuꝫ.ideo dicit.nectens a pectore nodum teretem.ideſt cingulum.Vergilius in.iiij.eneidos.aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem. Idem in ſexto. Sordibus ex humeris nodo dependet amictus. itaqꝫ nodum teretem fibulam cinguli appellat. Limbus tenui velamine.ideſt velamen tenue habens limbum. A ceruice fluens.ideſt pendens.

Infeſtas auras.i.obſtantes ſiue obuias. Ouidius. obuiaqꝫ aduerſas vibrabãt flamina veſtes. Textis turgentibus.i.velaminibus aura inflatis. Sonipes.i.equus nõ potens conſiſtere pedibus. Vergilius. ſtat ſonipes ⁊ frena ferox ſpumantia mandit. Frenarier ora. ſynecdoche per verbũ paſſiuum. Obuertit terga.i.retrocedit. Negata libertate fuge.i.curſus. hoc eſt quia non pmittitur currere. Ventoſa virago.i.ſuperbia opinione ſui tumida ⁊ inflata. Supereminet. quia i omnibus ſe oſtentat. Circũflectit.ſ.habenis quãuis ſupra effrenẽ dixit: ſed intelligendũ effrenem pro male frenis obedientem. Aduerſum cuneũ.i. humilitatis aciem in cunei ſpeciem ordinatã. Milite raro. qa pauci tales reperiuntur. Coegerat. congregauerat. Pauptinis. pauperib⁹. Apuleius. qd oro fili pauptinas reculas donas vicinis. Mẽs humilis.i. hũilitas. ſed nõ potuit i carmie tres ſyllabas breues ponere. Regina quidẽ.i. quamq̃ paup nõ ſine maieſtate re-

Concipit infeſtas textis turgentibus auras.
Nec minus inſtabili ſonipes feritate ſuperbit
Impatiens madidis frenarier ora lupatis.
Huc illuc frendens obuertit terga: negata
Libertate fugæ: preſſis qꝫ tumeſcit habenis.
Hoc ſeſe oſtentans habitu ventoſa virago
Inter vtrãqꝫ aciẽ ſupereminet. ⁊ phaleratũ
Circũflectit equum. vultuqꝫ ⁊ voce minatur
Aduerſum ſpectans cuneum: quẽ milite raro
Et paupertinis ad bella coegerat armis
Mens humilis regina quidẽ: ſed egens alieni
Auxilij: proprio nec ſat confiſa paratu:
Spem ſibi collegam coniunxerat: edita cuius
Et ſuſpẽſa ab humo eſt opulẽtia diuite regno.
Ergo humilẽ poſtquã male ſana Superbia mẽtẽ
Vilibus inſtructam nullo oſtentamine telis
Aſpicit. in vocem dictis ſe fundit amaris.
Non pudet o miſeri plebeio milite claros
Attentare duces? ferroqꝫ laceſſere gentem
Inſignem titulis? veteres cui bellica virtus
Diuitias peperit: lætos ⁊ gramine colles
Imperio calcare dedit: nunc aduena nudus

gia. Proprio paratu.i.exercitus expeditione. Collegã.i.auxiliarẽ ad hãc pugnam ad quã ſola ſpe vincendi deſcendebat. Cuius regno diuite.ſ.ſpei. Opulentia.i.omniũ rerum abundãtia. eſt edita.i.procreata. ⁊ ſuſpenſa ab humo.i.e terra ſubleuata. ⁊ alludit ad conſuetudinem romanorũ qui infantes recens natos humi collocabant ⁊ deinde ſubleuabãt. vnde eſt dea leuana que infantes de terra leuabat. Humilẽ mentẽ. vt ſupra humilitatẽ. Nullo oſtẽtamine.i.ſine oſtẽtatione: cũ ſupbia nihil ſine oſtentatiõe faciat.
Fũdit ſe.i.prorũpit. Nõ pudet. inſectatur multis vbis atqꝫ amarulentis humilitatis milites dicens indignos qui cum ſuo exercitu audeant pugnare. Laceſſere. prouocare ad certamen. Peperit. comparauit. Calcare. ideſt poſſidere.

# Liber.

Si fas eſt.q.d.quod nefas eſt. En qui noſtra ſuis.eſt quale illud Uergilij ex pri.en qui noſtra ſibi bello connubia poſcunt. Sceptra.i.inſignia noſtri regni. Sulcare nouales.i.exercere agros qui quo anno cultura renouantur dicuntur nouales. ſicut quo non coluntur anno reſtiles appellantur. Capta manu.vel antea a nobis vel nunc ab ipſis. Popularier.i.per vim occupare. Hoſpite aratro.i.cultura ſua qui non indigene ſed hoſpites ſunt.

Nititur antiquos(ſi fas eſt)pellere reges.
En qui noſtra ſuis in prædam cedere dextris
Sceptra volũt: en q̃ noſtros ſulcare nouales:
Arua qꝫ capta manu popl'arier hoſpite aratro
Contendunt:duros ꝛ pellere marte colonos:
Nempe o ridiculum vulgus natalibus oris
Totũ hoiez: ꝛ calidos a mr̃e ãplectimur art⁹:
Uimqꝫ poteſtatum per membra recẽtis alũni
Spargimus: ꝛ rudibus dñamur i oſſib⁹ oẽs.
Quis locus i noſtra tũc vobis ſede dabatur.
Congenitis cũ regna ſimul ditionibus æquo
Robore creſcebant:nati nam luce ſub vna
Et domus: ꝛ dñi paribus adoleuimus ãnis.
Ex quo plaſma nouum de conſepto paradiſi
Limite progrediens amplũ tranſfugit in orbẽ:
Pellitos qꝫ habitus ſumpſit venerabilis adã
Nud⁹ adhuc: niſi nr̃a foret præcepta ſecutus.
Quis nam iſte ignotis nunc hoſtis ſurgit ab oris
Importunus. iners. infelix.degener. amens:
Qui ſibi tam ſerũ ius vindicat hactenus exul:
Nimirum vacuæ creduntur friuola famæ:
Quæ miſeros optare iubet:quandoqꝫ futuri

Duros colonos. i.nos fortes viros Natalibus horis.Sẽſus eſt.ego ſuperbia ſic exerceo meos milites quod ab hora diei natalis aſſuefacio illos ad rerum dominiũ. Calidos a matre.Iuuenalis. Modo p̃mos incipientem edere vagitus et adhuc a matre rubentez. Uim poteſtatuz .i.potentes vires. Et omnes.i.ego cũ meis. In oſſibus rudibus.i.ab infantia et tenera ętate. Quis loc⁹ .q.d. in ditione noſtra que nobiſcuz genita eſt ꝛ creuit nullus eſt locus. Congenitis ditionibus.i.regnis ꝛ dominijs rerũ nobiſcum genitis. Et domus et domini.idem dicit alijs verbis. Ex quo.dicit iam inde ab initio mundi hoc fuiſſe q' potentiores atqꝫ perinde ſuperiores rerum potiti ſunt.

Plaſma nouum.adam ex luto factus. Pellitos habitus.i.veſtes pelliceas. Ouidius de ponto. Littora pellitis nimium ſubiecta corallis. Noſtra præcepta.i. per ſuperbiam occupaſſet agros. Ab oris ignotis.ideſt aduena.ignobilis et obſcurus. Tam ſerum ius.ideſt ſero. Nimirum vacue. ſenſus eſt non eſſe credendum famę: quę iubet miſeros bene ſperare. Friuola creduntur famę.ideſt fruſtra illi creditur. Uacue. ideſt vane ſiue otioſe. Spem boni futuri. quia ſpes non eſt niſi de bono futuro.

Spem foꝛtaſſe boni: lenta vt ſolatia mollem
Deſidiam pigro rerum medicamine palpent.
Quid ni illos ſpes palpet iers: q̃s puluere ĩ iſto
Tirones bellona truci non excitat ære:
Imbelles ꝗ animos virtus tepefacta reſoluit?
An ne pudicitiæ gelidum iecur vtile bello eſt?
An tenerum pietatis opus ſudatur in armis?
Quam pudet o mauoꝛs ⁊ virtus conſcia: talem
Contra ſtare aciem: ferro ꝗ laceſſere nugas:
Cum ꝗ hanc virgineis dextram cõferre choꝛeis.
Iuſticia eſt nã ſemper egens. ⁊ pauper honeſtas.
Arida ſobꝛietas. albo ieiunia vultu.
Sanguine vix tenui pudoꝛ interfuſus. aperta
Simplicitas: ⁊ ad oĩe patẽs ſine tegmĩe vuln⁹.
Et pꝛoſtrata in humum: nec libera iudice ſeſe
Mens humilis: quã degenerẽ trepidatio pꝛodit.
Faxo ego ſub pedibus ſtipularum moꝛe teratur
Inualida iſta manus. neꝗ enĩ perſtrigere duris
Dignamur gladijs: algenti ⁊ ſanguine ferrum
Imbuere: ⁊ fragili vires foedare triumpho.

Vt palpent. ſenſus eſt vt hęc lenis conſolatio blandiatur illoꝛum deſidię. Pigro medicamine. i. leui remedio.. Quidni. i. certe. Spes iners. i. quę inertium eſt. Palpet illos. i. illis blandiatur. conſtruitur ꝗ cum accuſatiuo ⁊ cum datiuo. Iuuenalis. quez munere palpat carus. Hoꝛatius. cui male ſi palpare recalcitrat. Quos bellona. dea belli. Non excitat. non exercet. In iſto puluere. ideſt in exercitio militari. ac ſi dicat indigni ſunt qui ĩ militia verſentur. Truci ære. ideſt terribili tuba. Virtus tepefacta. i. foꝛtitudo quę debet eſſe feruẽtiſſima. Reſoluit. euirat eneruat. Iecur gelidum. nam cum in feruoꝛe iecoꝛis ſit vis amoꝛis: pudicicia frigeſcat ea parte neceſſe eſt. Pietatis opus tenerum. ideſt religionis quę in timoꝛe eſt dei: videtur ꝗ homines facere foꝛmidoloſos. Sudatur. ideſt exercetur. Virt⁹ conſcia. ideſt vires quaruz nobis ipſis ſumus conſcij. Nugas. id eſt homines nihili. Hanc dextram. i. noſtrum robur. Cum choꝛis virgineis. i. cum virtutibus quę virgines finguntur. vt puticicia. pietas. Iuſticia egens. quia viri iuſti non poſſunt ditari. Honeſtas pauper. quia qui in ſola honeſtate ponit beatitudinem pauper ſit neceſſe eſt cum bona foꝛtunę non numeret in bonis. Sobꝛietas arida. cum e contrario ebꝛietas ſit madida. Albo vultu. i. pallido. Tenui ſanguine. ſ. tantum in facie. vbi eſt ſedes pudoꝛis. Simplicitas aperta. quia nullam habet duplicitatem. Ad omne vulnus. quia quilibet poteſt illã decipere. Pꝛoſtrata in humũ. vnde dicitur humilitas. Nec libera ſed ſerua. Trepidatio. i. conſcientia pꝛopꝛij timoꝛis. Pꝛodit degenerum. i. facit degenerare. Faxo ego. ideſt faciam. Sub pedibus. conculcando nõ ferro percutiendo. Perſtringere. ideſt vulnerare. Imbuere ferrum. ideſt intingere. Sanguine algenti. id eſt hoſtium ignauoꝛum. Fragili triumpho. ideſt ex tam parua materia.

Rapidum cornipedem.i.equum velocem. Laxis frenis.i.ſolutis. Uergilius. Laxas ſciret dare iuſſus habenas. Umbonis equi.i.clypeo ſiue cetra ex corio equino. Ruinam.i.humilitatem ruentem. Fraus callida.quę pro parte ſuperbię in pugna ſtabat.
Aequore interciſo.i.campo medio effoſſo.vt in illa compleretur quod pſalmigraphus ſcribit: incidit in foueam quam fecit. Deteſtandis peſtibus.i.inter peſtes deteſtandas.

Talia vociferans rapidum calcaribus vrget
Cornipedem: laxis q; volat temeraria frenis
Hoſtē humilē cupiēs ĩpulſu vmbonis equini
Sternere: deiectam q; ſuper calcare ruinam.
Sed cadit ĩ foueam præceps: quā callida forte
Fraus interciſo ſuffoderat æquore furtim.
Fraus deteſtandis vitiorum peſtibus vna eſt
Fallendi verſuta opifex: quæ præſcia belli
Planiicem ſcrobibus violauerat inſidioſis
Hoſtili de parte latens: vt foſſa ruentes
Exciperet cuneoſ: atq; agmina merſa voraret:
Ac ne fallacem puteum depræendere poſſet
Clara acies: virgis adopertas texerat oras:
Et ſuper impoſito ſimularat ceſpite campū.
At regina humilis quanuis ignara manebat
Ulteriore loco: nec adhuc ad fraudis opertum
Uenerat: aut foueæ calcarat furta malignæ.
Hūc eques illa dolū: dū fert̃ præ pete curſu:
Incidit: & cæcum ſubito patefecit hiatum.
Prona ruētis equi ceruice inuoluitur: ac ſub
Pectoris impreſſu fracta iter crura rotatur.
At virtus placidi moderaminis vt leuitatem
Proſpicit obtritā mōſtri ſub morte iacentis:

Uerſuta.callida & aſtuta ſed in malū. Præſcia belli.gerendi inter ſuperbiam & humilitatem. Uiolauerat.effodiēdo corruperat. Deprēdere. quaſi quod lateret furto. Oras.ſ.foſſarū. Adopertas virgis.ſ. arborum ramis.
Simularat campum ceſpite.i.herbis congeſtis: cum reuera eſſet foſſa.
Quamuis ignara.ſcilicet latentis foſſe. Ulteriore loco.ideſt citra foſſam. Ad opertum fraudis.ideſt ad ſcrobem quem frauſ effoderat: in quem humilitas non incidit: quia ſuo pręcipicio ſuperbia loci fraudem patefecerat.
Eques illa.ideſt ſuperbia obequitans. Incidit hunc.ideſt in hunc. Hiatum cęcum.ideſt ramis & ceſpitibus opertum. Prona inuoluitur.ideſt pręceps deiſcitur. Ceruice equi.ideſt ſuper equi ceruicem. Sub impreſſu pectoris.ſcilicet ęqui qui ſuper ipſam ſeſtricem cecidit. Fracta.ideſt diſſipata et lacerata. Inter crura.ſcilicet equi. Uirtus placidi moderaminis.ideſt humilitas vitę humanę moderatrix. Lenitatem monſtri.ideſt ſuperbiam ſibi contrariam quod eſt quaſi monſtrum quoddam.

Intendit greſſum.i.properat. Erigit os parce.quod ſuperbia quaſſanti capite atq; directa ceruice feciſſet. Uultu comi.i.feſtiuo et hilari. Cunctanti.dubitanti quid faceret.vel quod humilitas nihil pręcipitanter agit. Amorem laudis.i.victorię. Hoſtem.ſuperbiam. Supinat faciem.quia prona erat. Leua reuocante.ideſt illam reſupinante. Orantis.miſericordiam victricis ſuppliciter implorantis. Colla.ſcilicet cum capite. Spes.humilitatis comes.quia ipſa humilitas nihil ſublime aut minax dixit. Grande loqui.quod ante hac faciebas. Magna cadũt. Lucanus.in ſe magna ruũt. Inflata crepant.ideſt rumpuntur tumeſcẽdo. Tumefacta premuntur.idez dicit alijs verbis. Supercilium.i.ſuperbiã Iuuenalis.Si cũ magnis virtutib⁹ affers grande ſupcilium. Sentencia chriſti. Luce capi.xiiij. Qui ſe exaltat humiliabitur:et qui ſe humiliat: exaltabitur. atq; vnus ex ſeptem ſapientibus.interroganti aeſopo quid faceret iupiter:reſpondit.extollit humiles atq; ſuperbos deprimit. Uidimus.quod de ſuperbia dixit:ſpes exemplo golię ex primo regum libro demonſtrat. Membris.erat quippe procerus. Animis.ideſt animoſitate grandiloquus. Inualida manu.dauid pueri debilis comparatione golię:cum alioqui robuſtiſſimus eſſet. Stridore fundali.ideſt miſſum ex funda cum ſtridore. Cauo vulnere.quia lapis deſcendit ad intimum cerebrum Amarus.amarulentis vtens verbis. Indomitum et formidabile.nomina ſunt pro aduerbijs. Dum territat auras. Ex Uergilio.xi.ęneidos.cęlum territat armis. Ludrica pueri.quia funda rem aliquam figere puerorum ludus eſt.

Intendit greſſum mediocriter:os quoq; parce
Erigit:& comi moderatur gaudia vultu.
Cunctanti ſpes fida comes ſuccurrit:& offert
Ultorem gladium:laudisq; inſpirat amorẽ.
Illa cruentatam correptis crinibus hoſtem
Protrahit:& faciem leua reuocante ſupinat.
Tunc caput orantis flexa ceruice reſectum
Eripit:& madido ſuſpendit colla capillo.
Extinctum vitium ſancto Spes increpat ore.
Deſine grãde loqui.frãgit deus oĩe ſuperbũ.
Magna cadũt.iflata crepãt.tumefacta p̃mũt.
Diſce ſupercilium deponere:diſce cauere
Ante pedes foueã:quiſquis ſublime minaris.
Peruulgata viget noſtri ſentencia Chriſti:
Scãdere celſa hũiles.& ad ima redire feroces.
Uidimus horrẽdũ membris animis que goliã
Inualida cecidiſſe manu.puerilis in illum
Dextera fundali torſit ſtridore lapillum
Trãſiectã que cauo penetrauit vulnere frõtẽ.
Ille minax.rigid⁹.iactãs.truculentus.amar⁹.
Dũ tumet indomitum.dũ formidabile feruet.
Dum ſeſe oſtentat clypeo.dum territat auras.

Bellator turbidus.i.pręcipitanter oia atq; ex perturbatiõe faciens. Teneris armis.i. puerilibus quia ętas tenera eſt. Secutus me.ſcilicet ſpem maiora in dies exequendi. Pube virtutis.i.adoleſcentia ſub virtutum exercitio educata. Tetendit in mea regna ideſt direxit. Animos florentes.ideſt animi actiones in ętate florida. Certa domus.nõ quod ſpes illuc vſq; perueniat dicente apoſtolo: cum venerit quod perfectum eſt:euacuabitur quod ex parte eſt: ſed quod in via ſperãtes in patria collocãdi ſunt Ad ſublime. id eſt regna cęleſtia. Cęſa labe culparum.ideſt ſuperata cauſa vitiorum Perſtringẽs aera.ideſt leniter verberans. Tollũt animos in vota.i. erigunt ſe in ſpem Volentes ire ſimul.cum ſpe in cęlum aſcendente. Bella terrena. q̃ in hac vita decertandum eſt cũ vitijs. Ad ſua pręmia. poſt victoriã de illis partam.

Expertus pueri quid poſſint ludicra parui.
Succubuit teneris bellator turbidus armis.
Me tunc ille puer virtutis pube ſecutus
Florentes animos ſurſũ i mea regna tetẽdit.
Seruatur qua certa mihi dom⁹ omnipotẽtis
Sub pedib⁹ dñi.me que ad ſublime vocãtem
Victores cæſa culparum labe capeſſunt.
Dixit.& auratis perſtringens aera pennis
In coelum ſe virgo rapit.mirantur euntem
Virtutes.tollunt que animos in vota.volẽtes
Ire ſimul.ni bella duces terrena retardent.
Confligunt vitijs.ſeq; ad ſua præmia ſeruant.

## Luxuriæ.& ſobrietatis pugna.

Venerat occiduis mundi de finibus hoſtis
Luxuria extinctæ iamdudum prodiga famæ:
Delibuta comas:oculis vaga:languida voce:
Perdita delitijs.vitæ cui cauſa voluptas.
Elumbẽ mollire animũ.petulanter amoenas

Venerat. deſcribit ſobrietatis cum luxuria certamen accipiens luxuriam in propria ſignificatiõe hoc eſt pro ſuperfluitate in omni re cuius eſt immoderatus vſus.Cicero primo officiorum.Intelligimus ꝙ ſit turbe defluere luxuria . delicate ac molliter viuere. De finibus occiduis:de aphrica:an de hiſpania? ſed a neutra mores corrupti venerunt in medium orbem.An de finibus occiduis. ideſt vergente mundi veſpere vt canit hymnographus:in quos vt inquit apoſtolus ſeculorum fines deuenerunt.prima cor.x.Unde paulo poſt veſpertinus edit populus.ideſt in mundi veſpere conſtitutus. Prodiga famę.non curans de infamia quę inde ſequitur. Delibuta comas. ſcilicet vnguento pręcioſo. Oculis vaga.Perſius:permiſit ſparſiſſe oculos. Langui da voce.i.habens vocem effęminatam. Cauſa vitę.quia niſi propter voluptates nollet viuere. Elumbem animum.id eſt eneruatum.Perſius.ſumma delumbe ſaliua.

Marcida.i.ex nimio cibo languens. Cenam peruigilem.idest que ab incipiente veſpere per totam noctem durauerat. Sub lucem.i.aduentante die. Lituos raucos.i.tubas bellicum canentes. Pocula tepentia.idest calefacientia potores. Greſſu lapſanti.idest paſſu titubante. Floribus.ſertis.que iam ex capitibus ceciderant.Vergilius.ſerta procul tantum capiti delapſa iaceb ant. Venuſto curru.idest pulchro. Corda ſaucia. iam pridē a ſe vulnerata. Ales arūdo. idest ſagitta alas ex plumis habēs. Pulſa neruo. idest arcus chorda. Lācea ſtridula. idest cū ſtridore miſſa. Framea.idest enſe. Calathos.q̄bus flores cōportantur. Inimica per agmina. ſ. ſobrietatis. Illex idest luxuria illiciens ad ſe om̄es. Eblanditis.i. blāditijs delinitis. Et male dulcis.i. in perniciem vtentium a luxuria oblatus. Domat. vincit. Ferratos toros. idest muſculos ꝛ neruos rigidos. vnde toroſa iuuenc⁹ dixit Perſius. Oblito robore. idest priſtino rigore. Gemmarum luce. quibus currus erat ornatus. Bracteolis.laminis aureis. Vergilius.vi.ene. Leni crepitabat bractea vento. Axem ex auro ſolido. Ouidius.ij.meta.aureus axis erat. Inhiāt idest quaſi hiantes admirantur. Vergilius.ij.georg.nec pulchros inhiant varia teſtudine poſtes. Defixis obtutibus.Vergilius pri.ene.obtutuq; manet defixus in vno. Et radiorum ſeriem. Ouidius ſecundo meta.radiorum argenteus ordo.

Haurire illecebras.ꝛ fractos ſoluere ſenſus.
Et tunc peruigilem ructabat marcida coenā
Sub lucē:quia forte iacēs ad fercula raucos
Audierat lituos.atq; inde tepentia linquens
Pocula lapſanti per vina ꝛ balſama greſſu
Ebria calcatis ad bellum floribus ibat:
Nō tamē illa pedes:ſed curru inuecta venuſto
Saucia mirantum capiebat corda virorum.
O noua pugnādi species.non ales harūdo
Neruo pulſa fugit:nec ſtridula lācea torto
Emicat amento:framea nec dextra minatur:
Sed violas laſciua iacit:folijſq; roſarum
Dimicat:ꝛ calathos īimica per agmina fūdit.
Inde eblanditis virtutibus halitus illex
Inſpirat tenerum labefacta per oſſa venenū:
Et male dulcis odor domat ora ꝛ pectora ꝛ arma:
Ferratos q; toros oblito robore mulcet.
Deijciunt animos ceu victi:ꝛ ſpicula ponunt
Turpiter heu dextris lāguētib⁹ obſtupefacti:
Dum currum varia gēmarum luce micātem
Mirantur:dum bracteolis crepitantia lora:
Et ſolido ex auro precioſi ponderis axem
Defixis inhiant obtutibus:ꝛ radiorum

Textura rotaruꝫ.ideſt curuatura vt Ouidius dicit. Aurea ſummę curuatura rotę.hęc a grecis canthus dicitur. Electri pallentis. eſt enim electrum in quo quinta pars argē ti auro miſcetur. Cuncta acies.ſcilicet virtutum deſciſcentium a ſobꝛitate. In amorem deditionis.cupiens dedere ſe luxurię. Perſida.atqꝫ ex perfidia tranſfuga. Fluentis ideſt fluxe et delicatę. Laxa lege.ideſt ampla ꝛ ſolutioꝛa. Ganeoꝛum.ideſt popinarum. ſiue cauponarum

Argēto albētē ſeriem: quam ſumma rotarum
Flexura electri pallentis continet oꝛbe.
Et iam cuncta acies in deditionis amoꝛem
Sponte ſua verſis tranſibat perfida ſignis
Luxuriæ ſeruire volens:dominæ que fluentis
Jura pati:ꝛ laxa ganeoꝛum lege teneri.
Jngemuit tam triſte nefas foꝛtiſſima virtus
Sobꝛietas dextro ſocios decedere coꝛnu:
Jnuictā que manū quondā ſine cæde perire.
Vexillū ſublime crucis:quod ī agmine pꝛimo
Dux bona pꝛætulerat:de fixa cuſpide ſiſtit:
Jnſtaurat que leueꝫ dictis moꝛdacibus alam
Extimulās animos:nūc ꝓbꝛis:nūc ꝑce mixta.
Quis furoꝛ inſanas agitat caligine mentes?
Quo ruitis?cui colla datis?quæ vicula tādē?
Pꝛoh pudoꝛ armigeris amoꝛ ē ꝑferre lacertis
Lilia luteolis interlucentia ſertis:
Et ferrugineo vernantes floꝛe coꝛonas.
His placet aſſuetas bello iā tradere palmas
Nexibus?his rigidas nodis innectier vlnas?
Vt mitra cæſariem cohibens aurata virilem

Dextro coꝛnu.i. quos ipſa in dextro pugnae coꝛnu collocauerat. Perire ſine cede. ſcilicet in hoc certamine. Pꝛetulerat ideſt pꝛę ſe tulerat Alam leuem.id eſt exercitum incō ſtantem. Jnſtaurat. in melioꝛem partem reducens confirmat. Agitat caligine. ideſt perturbat atqꝫ ob cecat. Quo ruitis.q.d. in perniciem manifeſtariaꝫ Cui colla datis? .q.d. ignominioſę luxurię. Quę vicula? quaſi dicat turpia et pꝛopter ignauiam recepta ſcilicet lilia pꝛo vinculis. Luteolis ſertis. ideſt coꝛonis ex floꝛibus pallidulis. Floꝛe ferrugineo.ex purpura nigricante:qualis eſt coloꝛ violaceus.Vergilius.ferrugine clarus ibera. His nexibus.ſcilicet floꝛum.Vergilius iniſciunt ipſis ex vincula ſertis Jnnectier vlnas.ideſt habere vlnas innexas.ꝛ eſt ſynechdoche per verbum paſſiuum.vt Vergilius expleri mentem nequit. Mitra aurata. qō oꝛnamentum mollium viroꝛum aut meretricum eſt.Vergilius.iiij.ęne. Meonia mentuꝫ mitra.et Juuenalis.Jte quibus grata eſt picta lupa barbara mitra.

Croceo religamine.i.reticulo in quo inuoluuntur comę. Iuuenalis.ſed nigrum flauo crinem abſcondente galero.⁊ illud reticulumqꝫ comis auratum ingentibus implet.

Signacula.ex chriſmate caracteres. Unguentum regale.i.oleo quo reges inungebantur. Et chriſma perenne:quia caracter ille nunꝗ delebitur. Ut tener.ſenſus eſt.vt togam ſiue tunicam cādidam quam in baptiſmate accepimus: incedamus veſtiti mollibꝰ indumētis. Syrmate. veſte caudata. nam ſyrma eſt veſtis pars quę ꝑ terram trahitur.

Membris infractis.ideſt effoeminatis et mollibus Fluitent. ideſt i ſinus effundātur.

Tunicam imortalē.de qua i baptiſmate dicitur. accipe veſtem candidam ⁊c. Pectoribus lotis. aqua baptiſmatis mundatis. Ipſa renaſci.vnde ⁊ regeneramur per illam.

Ite ad epulas. permiſſio eſt ironica. Cantharus ingens. Uas in ſacris bacchi. Deſpuit. quod redundat effundit. ideſt dicit damna ſpumantia. Falerni effuſi.ſcilicet in pateras. Fulcra rigantur.ideſt menſę. Toreumata.vaſa celata ſiue ſculpta. Rore veteri.ideſt vino. Eremi ſitis.quando hebrei in deſerto ſiti laborabant.⁊ ſyllabam natura longam breuiauit in hac particula eremus.

Myſtica virga.ſcilicet aaron et moſis. Elicuit.quaſi per vim extraxit. et ſumptum eſt ex exo.cap.x.ſicut quod ſequitur ex cap.x. Angelicus cibus.ideſt manna de coelo.

Noſtris auis.ideſt noſtris patribus et maioribus. Populus veſpertinus.ideſt chriſtianus qui in mūdi veſpere ſurrexit. De corpore chriſti.ideſt in corpore chriſti quem manna figurabat:de quo in pſalmo.Panem angelorum manducauit homo. His dapibus.ideſt pane coeleſti. Crapula turpis.ebrietas deformis. Lupanar madiduꝫ. ideſt quo ſe ebrij conferunt.

Combibat infuſum croceo religamine nardum
Poſt inſcripta oleo frontis ſignacula: poſtquæ
Unguentum regale datū.poſt chriſma perenne.
Ut tener inceſſus veſtigia ſyrmate verrat:
Serica ꝗ infractis fluitent vt pallia membris:
Poſt immortalem tunicam:quam pollice docto
Texuit alma fides dans impenetrabile tegmen
Pectoribus lotis:dederat quibus ipſa renaſci.
Ite ad nocturnas epulas:vbi cantharus ingens
Deſpuit effuſi ſpumantia damna falerni
Immēſam cyathis ſtillantibus vndā:vbi multo
Fulcra mero:veteri ꝗ toreumata rore rigantur.
Excidit ergo animis heremi ſitis.excidit ille
Fons patribus de rupe datus:quē myſtica virga
Elicuit ſciſſi ſalientem e vertice ſaxi.
Angelicus ne cibus prima in tentoria noſtris
Fluxit auis:quem nunc ſero foelicior æuo
Ueſpertinus edit populus de corpore chriſti.
His vos imbutos dapibus iā crapula turpis
Luxuriæ ad madidum rapit importuna lupanar.

Quoſq; viros ira fremens.ideſt perſecutores nominis chriſtiani. Idolaq;.ideſt deoꝝ gentilium cultus. Cedere.ideſt vinci. Saltatrix ebria.ideſt luxuria. Memores veſtri.ideſt virtutis priſtinę. Veſtra tribus.ideſt ex quo genere eſtis orti. Quę gloria. quia non oportet gloriari niſi in cruce domini noſtri ieſu chriſti. Quis deus et rex.quia ſolus rex regum ⁊ dominus dominantium. Germen iudę:ad illud referendum eſt q̄d ducit: quę ſit veſtra tribus. et eſt ordo gloria dauid celeberrima excitet vos germen.

Quos q; viros non ira fremens. nō idolaq; bello
Cedere compulerant:ſaltatrix ebria flexit.
State p̄coꝝ veſtri memores:memores quoq; xp̄i.
Quæ ſit veſtra tribꝰ:quæ gloria:quis deꝰ:⁊ rex:
Quis dominꝰ:meminiſſe decet.vos nobile iudæ
Germen ad uſq; dei genitricem:qua deus ipſe
Natus homo procerum veniſtis ſanguine longo.
Excitet egregias mentes celeberrima dauid
Gloria continuis bellorum exercita curis.
Excitet ⁊ ſamuel:ſpolium qui diuite ab hoſte
Attrectare vetat.nec victum viuere regem
Incircumciſum patitur: ne præda ſuperſtes
Victorem placidum rediuiua in prælia poſcat.
Parcere iam capto crimen putat ille tyranno.
At nobis contra vinci:⁊ ſuccumbere votum eſt.
Poeniteat:per ſiqua mouet reuerentia ſummi
Numinis:hoc tam dulce malum voluiſſe nefāda
Proditione ſequi.ſi poenitet:haud nocet error.

Ad dei genitricē. quia ab abraā p̄ iſaac.iacob. iudā et ceteros patriarchas propagata ē genealogia materna ſaluatoris. Longo ſanguine. ideſt ſtemate nobili. hoc q̄ ē adoptati eſtis in familiam chriſti p̄ baptiſmum. Excitet exēplis hortatur ſuos milites ſobrietas ad pugnam capeſſendam contra luxuriā. et primo de dauid rege qui bellis gerendis omne prope tempus contriuit. Samuel.hoc ex primo regum libro cap.xv. ſumptū eſt.vbi ſaul iuſſu ſamuelis profectus contra amalechitas illos vſq; ad internetionem cecidit.niſi quod pepercit illorum regi agag.et partem prędę ſeruauit cōtra pręceptum dei.

Regem victum.ſcilicet agag. Ne pręda ſuperſtes.ideſt aliquis qui ex ea pugna fuiſſet reliquus. Victorem placidum.ideſt ſaul. In pręlia rediuiua.ideſt quę inde poſt ea renaſcerentur. Iuuenalis. rediuiuus pullulet arca numus.ideſt renaſcens. Tyranno capto.quia nihilominus ſamuel iuſſit illum occidi. Contra. q̄ fecerunt dauid et ſamuel. Per ſi qua. per iurantis eſt.et eſt ordo.per reuerentiam ſummi numinis. ideſt dei.ſi qua reuerentia dei mouet vos.Sic Vergilius ſecūdo ęneidos.p̄ ſi qua eſt quę reſtat adhuc mortalibus vſquā intemerata fides. Proditione.quia proditis deum verum ſequentes dulce malum.ideſt luxuriam.

Poenituit ionathan.ex eodem primo regum libro cap.xiiij.quomodo in pugna contra philiſteos Jonathan contra præceptum Saul patris quod non audierat guſtauit mellis fauum. Male guſtato.quia contra patris adiurationem. Regni voluptas.quia in eadem pugna agebatur de ſumma regni. Reſoluit. ideſt violauit.Vergilius.iiij. æneidos. quam te violem aut tua iura reſoluam. Patrias ſecures.quia Saul iubebat filium ex lege occidi. Conſpirare. ſubaudi mecum. Maleſuada.ideſt quæ ad malum ſuadet Vergilius in. vi. Maleſuada fames. Feruentibus quadrigis.ideſt equis ardore percitis i pugnã. Lignum venerabile ideſt adorandam crucem. Feroces.ſcilicet equi. Expanſis cornibus. ideſt brachijs.duo eni brachia crux habet extenta. Fuſi.equi conſternati perterrefactiq; obiectu crucis. Per prærupta. ideſt loca aſpera et in præcipicium poſita. Auriga.quæ moderabatur currum luxuriæ. Reductis loris.quia fruſtra retinebat contrahebatq; lora. Dominam excuſſam.ſcilicet ipſam luxuriam ex curru deiectam. Suffiamine lacero. ideſt machina qua decurrens rota ex nimio impetu retinetur. De parte rupis.ideſt partem rupis ad magnitudinem lapidis molaris. Vexillifer. ideſt ſobrietati ſignum crucis pro vexillo ferenti. Hunc ictum.ſcilicet lapidis molaris.

Poenituit ionathã ieiunia ſobria dulci
Conuiolaſſe fauo ſumpto:melliſq; ſapore
Heu male guſtato:regni dum blãda voluptas
Oblectat iuuenem:iurata q; ſacra reſoluit.
Sed q̃a poenituit:nec ſors lacrymabilis illa ẽ:
Nec tinxit patrias ſententia ſæua ſecures.
En ego ſobrietas(ſi conſpirare paratis)
Pãdo viam cunctis virtutib⁹:vt male ſuada
Luxuries multo ſtipata ſatellite poenas
Cũ legione ſua chriſto ſub iudice pendat.
Sic effata crucem domini feruentibus offert
Obuia quadrigis.lignum venerabile in ipſos
Intentans frenos.quod vt expauere feroces
Cornib⁹ expãſis & ſumma frõte coruſcum:
Vertunt præcipitẽ cæca formidine fuſi
Per prærupta fugã.fertur reſupina reductis
Nequicquã loris auriga.comasq; madẽtes
Puluere foedat humi: tunc & vertigo rotarum
Implicat excuſſam dominã. nã prona ſub axe
Labitur:& lacero tardat ſufflamine currum.
Addit ſobrietas vulnus letale iacenti
Cõnijciẽs ſilicem rupis de parte molarẽ

Belli inſigne. ideſt verillum crucis. Caſus fortuna. immo prouidentia quędam diuina. Spiramen oris. ideſt qua ſpiramus ore. Palato recauo. ideſt ipſius oris coelo concauo. Dentibus reſolutis. ideſt diſſipatis et confuſis intra oris inanitatem.

Gulam reſectam. ideſt in gluuiem qua cibos glutimus ictu lapidis pertuſam. Cum fruſtis. ſuperabundat prępoſitio cum. Crudeſcit. ideſt ex cruditate redundat. Oſſa

Hunc vexiliferæ: quoniam ſors obtulit: ictum
Spicula nulla manu. ſed belli inſigne gerẽti
Caſus agit ſaxum. medij ſpiramen vt oris
Frangeret. ⁊ recauo miſceret labra palato.
Dẽtibꝰ introrſum reſolutis. lingua reſectã
Dilaniata gulam fruſtis cũ ſãguinis implet.
Inſolitis dapibus crudeſcit guttur. ⁊ oſſa
Colliq̃facta vorãs reuomit. q̃s hauſerat. offas.
Ebibe iã proprium poſt pocula multa cruorẽ.
Virgo ait icrepitans. ſunt hæc tibi fercula tãdẽ
Triſtia præteriti nimijs ſub luxibus æui.
Laſciuas vitæ illecebras guſtatus amaræ
Mortis. ⁊ horrifico ſapor vltimꝰ aſpat hauſtu.
Cæde ducis diſperſa fugit trepidãte pauore
Nugatrix acies. iocus. ⁊ petulãtia primi
Cymbala proijciũt. bellũ nã talibꝰ armis
Ludebãt reſono meditãtes vulnera ſyſtro
Dat tergum fugitiuus amor. lita tela veneno.
Et lapſũ ex humeris arcũ. pharetrã ꝗ cadẽtẽ
Pallidus ipſe metu ſua poſt veſtigia linquit.
Pompa oſtentatrix vani ſplendoris inani

colliquefacta. id ẽ fracta et cõminuta. Offas. fruſtra ſanguinis oſſium et carnis. Virgo. ſobrietas. Propriuz. ideſt tuum. Hęc fercula. ſenſus eſt. oportet eos qui ętatem in delitijs cõſumpſerunt exitꝰ. vitę triſtis ſequatur. Aeui pręteriti ſub luxibus. i. trans acti in voluptatibus. Guſtus amare mortis. et quod idem eſt ſapor vltimus. Aſperat hauſtu horrifico. id eſt aſperiores reddit et exacerbat. Illecebras. ideſt blanditias. Cędeducis ideſt morte luxurię. Acies nugatrix. ideſt vana et nihil agens. Jocus. filius veneris. Et petulantia. quę ipſa in comitatu veneris ſiue luxurię eſt. Cymbala. inſtrumenta libidinis excitatiua. Vergilius. Cymbala cum crotalis pruriginis arma. Talibus armis. ſcilicet cymbalis. Meditantes vulnera. ideſt exercentes pręlia. Juuenalis. ſtatua meditatur pręlia luſca. Siſtro. tuba proprie in ſacris iſidis. Amor. et ipſe veneris filiꝰ in comitatu quoq́ luxurię verſatus. Tela lita veneno. i. ſagittas

Arcum et pharetram. quę ſunt illius inſignia. Oſtentatrix. ideſt quę non ad veritatem ſed ad oſtentationem ⁊ ad id quod videtur ad pręſens viuit,

Exuitur peplo inani.ideſt veſte qua prius videbatur ſibi pudenda tegere.quę tamen in fine denudantur. Serta venuſtatis.i.veneris.ſicut econtrario venus pro venuſtate. Aurum colli et verticis.i.monilia et diſcriminalia ex auro. Diſcordia.i. tumultus et trepidatio in caſtris.quia nihil eſt tam diſſonum ꝙ ſunt vitia inter ſe. Per fruteta.i. per loca fruticoſa ⁊ vepribus aſpera. Pedibus attritis.cum antea non niſi mollia calcarent. Tolerare fugaꝫ.i. fugę labores ⁊ difficultates. Perdurat. actiue.i.duras et tolerãtes laboris reddit. Ad iter cruciabile.i.cruciãs actiue. Agmen fugax.i.exercitus luxurię fugitiuus. Damna iacẽt.i.ſpolia ſparguntur. Acus ermat.i.qua crines diſcriminantur. Flammeoluꝫ.velamẽ quod nouis nuptis ante faciem pręrtenditur. Strophium quod tum capitis diadema ſignificat.vt Vergili⁹ necte caput ſtrophio tum faſciaꝫ pectoralem.vt Catullus.non tereti ſtrophio lactentes vincta papillas. Exuuijs. ſpolijs ex hoſtibus. Scandala.ideſt offendicula.ſic enim ſcandalum gręce latine interpretatur. ſunt enim omnia huiuſmodi ornamenta occaſiones quędam ad vitia. Fronte conniuente.idſte ſaltem annuente.

Exuitur nudata peplo.diſciſſa trahuntur
Serta venuſtatis.colli que ac verticis aurum
Soluitur.⁊ gemmas diſcordia diſſona turpat.
Non piget attritis pedibus per acuta fruteta
Ire voluptatem:quoniam vis maior acerbam
Compellit tolerare fugam.formido pericli
Perdurat teneras iter ad cruciabile plantas.
Qua ſe cũcꝫ fugax trepidis fert curſib⁹ agmẽ:
Damna iacẽt.crinalis acus.redimicula.vitę.
Fibula.flãmeolũ.ſtrophiũ.diadema.monile.
His ſe ſobrietas ⁊ totus ſobrietatis
Abſtinet exuuijs miles:damnata que caſtis
Scãdala proculcat pedib⁹.nec fronte ſeueros
Cõniuente oculos prędarũ ad gaudia flectit.

## Auaritię ⁊ Largitatis pugna.

Fertur auaritia gremio pręcincta capaci
Quicquid edax luxus ꝑcioſum liquerat: vnca

FErtur auaricia.Certamen miſericordię vel potius liberalitatis cum auaricia. et quia dixerat paulo ante poſt victoriam partam de luxuria campũ relictum hoſtium exuuijs plenum.dicit nunc auariciam eo deſcendiſſe ſinuſcꝫ ſpolijs impleuiſſe. Pręcincta gremio.ita vt ex ſinuoſa veſte amplũ receptaculũ faceret. Luxus edax.oĩa cõſumens.vt Vergili⁹.ignis edax.

et eſt ordo. Auaricia fertur corripuiſſe manu vnca.i.ad rapiendum digitos habens aduncos. Ad ludibria pulchra.i.ad dicta ſpolia homines ludentia. Inhians.more nimis cupientium. Infarcire.inculcare id quod alioqui iam plenum.ſ.loculos et crumenas. Diſtendere.implere atq; infarcire.Vergilius.diſtendant vbera vaccę. Fiſcos.fiſcinos ſiue fiſcelas ex ſparto:in quibus reponebantur pecunię ex ęre pręſertim ex publicis vectigalibus. Iuuenalis. Et ꝑata multus in arca fiſcus.

Corripuiſſe manu pulchra ad ludibria vaſto
Ore inhians:auri que legens fragmenta caduci
Inter arenarum cumulos.nec ſufficit amplos
Impleuiſſe ſinus:iuuat infarcire crumenis
Turpe lucrū:⁊ grauidos furtis diſtēdere fiſcos:
Quos leua coelante tegit:lateris que ſiniſtri
Velat oprimento.velox nam dextera rapinas
Abradit:ſpolijs que vngues exercet ahenos.
Cura.fames.metus.anxietas.periuria.pallor.
Corruptela.dolus.commenta.inſomnia.ſordes.
Eumenides furiæ monſtri comitatus agūtur.
Nec minus interea rabidorum more luporum
Crimina perſultant toto craſſantia campo
Matris Auaritiæ nigro de lacte creata.
Si fratris galeam fuluis radiare ceraunis
Germanus vidit commilito:non timet enſem
Exerere:atq; caput ſotio mucrone ferire
De conſanguineo rapturus vertice gemmas.
Filius extinctum belli ſub ſorte cadauer
Aſpexit ſi forte patris:fulgentia bullis
Cingula:⁊ exuuias gaudet rapuiſſe cruentas.
Cognatam ciuilis agit diſcordia prædam:

Tegit.propriū auaricię occultare diuitias. Oprimento.ſyncopam fecit pro operimēto. Vngues ahenos.i.rigidoſ ⁊ duroſ acutoſq; ad rapiendum. Cura.quos habeat comites auaricia. Eumenides furię.quibus exagitatur. Monſtri.i.auaricię. Nec minus.quid auaricia in bello cogat mortales facere. Crimina craſſantia.ideſt ſęuiētia. Campo.in quo pugnandum eſt. Nigro lacte.cum alioqui ſit album. Germanus commilito.ideſt in eadem parte exercitus quod execrabilius eſt. Fuluis ceraunis.ſpeciem pro genere.neq; enim ceraunus lapis adeo eſt precioſus. Exerere.ſtringere in fratrem. Socio eiuſdem partis fautor:quod vt diximus magis eſt impium. Sub ſorte belli.ideſt fortuna quę vt ait Cicero cum alijs in rebus plurimum dominetur.tum in bello pręcipue vires ſuas oſtentat. Cingula fulgentia bullis.ideſt balthea. Vergilius.xij.eneidos.Baltheus et notis fulſerunt cingula bullis. Ciuilis diſcordia.quia hęc auaricię crimina in bellis maxime ciuilibus contingunt. Prędam cognatam.ideſt ex ſpolijs cognatorum.

Propꝛijs pignoꝛibus.i.etiam propꝛijs filijs. Suos natos.idem dicit ſed alijs verbis. Victrix oꝛbis.ideſt quę totum oꝛbem ſuis moꝛibus infecerat. Talia funera.ideſt crimina. Vulneribus varijs.quia alios alia via decipit. Unde ſubdit. Hunc lumine ademPto.obcęcat enim illum vt neſciat diſtinguere turpe ab honeſto. Effoſis oculis.ſcilicet mentis. Offenſacula.ideſt obijces quibus incurrat et in quos pedes impingat.

Baculo.q.d. ſi non oculis ducib⁹ ſaltem baculo: ita qꝫ omni ope illuꝫ deſtituit: ne poſſit cernere verum.
Intuitu.ideſt videntem: faciēs ea quę videat vt appareant meliora appetibilioraqꝫ qͣ ſint. Excipitur telo. quaſi ex inſidijs. Vergili⁹. vi. ęne. Aemulus exceptum triton.
Incaut⁹. nihil tale timens. Sub occulto cordis. id ſub corde occulto. Suſpirat ſaucius. videns iam ſe ſub auaricię dominio: ſed iam nō poſſe redire in priſtinam libertateꝫ.
Adactum. ideſt in intima preſſuꝫ.

Nec parcit propijs amoꝛ inſatiatus habendi
Pignoꝛibus: ſpoliat qꝫ ſuos fames impia natos.
Talia per populos edebat funera victrix
Oꝛbis auaritia ſternens centena viroꝛum
Milia vulneribus varijs. hunc lumine adempto
Effoſſis qꝫ oculis velut in caligine noctis
Cæcum errare ſinit: perqꝫ offenſacula multa
Ire: nec oppoſitum baculo tentare periclum.
Poꝛro alium capit intuitu: fallit que videntem
Inſigne oſtentans aliquid: quod dum petit ille:
Excipitur telo incautus: coꝛdis que ſub ipſo
Saucius occulto ferrum ſuſpirat adactum.
Multos præcipitans in aperta incendia cogit:
Nec patitur vitare focos: quibus æſtuat aurum:
Quod petit arſurus pariter ſpeculatoꝛ auarus.
Omne hominum rapit illa genus: moꝛtalia cūcta
Occupat interitu: neqꝫ eſt violentius vllum
Terrarum vitium: quod tantis cladibus æuum
Mūdani inuoluat populi: damnet que gehēnæ.
Quin ipſos tentare manu (ſi credere dignum eſt)
Auſa ſacerdotes domini. qui pꝛælia foꝛte

In aperta incendia.ideſt in manifeſta pericula. Quibus ęſtuat aurū. ideſt ardet Speculatoꝛ auarus.qui videt res pręcioſas incendio perire. Occupat interitu.ideſt interimit. Terrarum vitium.ideſt hominum in terra viuentium. Aeuum populi mundum.ideſt vitam hominum. Gehenne. moꝛti eternę. Sacerdotes domini. quos ſacerdotes ſignificet: non auſim dicere an heli cuius filios coꝛrupit.nam de ſamuele achimalech abiathar ſadoc non eſt dignum credere. Poſt iudā aſmonai hoc eſt machabeū: qđ interꝑtaꝛ pugnar: oēs auaricia ꝑpe ſubegit. Pro laude virtutum.non pro ſua gloꝛia. Claſſica.ideſt tubas ad pręlium animantes. Et foꝛs.foꝛte foꝛtuna.

Tinxiſſet ferruꝫ.ideſt in ſententiam ſuam illos traxiſſet. Ratio armipotens.immo quę potentioꝛ eſt omnibus armis. Una comes fida.ideſt quę ſola ſemper comitata eſt

ſacerdotes. Gentis leuitidis: ideſt ſacerdotum qui erant de genere leui. a leuita nanq; pro genere fœminino leuitis leuitidis dicimus. Ab incurſu atræ hoſtis. ideſt inuaſione turpis auariciæ. Stant fortes animi. ſubaudi ſacerdotum. In cute ſumma. quia vulnus non deſcendit ad viuum. Perſtringens. leuiter tangens. Paucis. ſcilicet ex ſacerdotibus: qui aliquando in paruis ab auaricia corrumpuntur. Lues improba. ideſt hominum peſtis. Sua tela repelli. iddeſt repercuti ⁊ non admitti. Iugulis caſtis. ideſt non corruptis. Heroum. ideſt ſacerdotum ſemideorum. de quibus ſcriptura dicit. ego dixi dii eſtis. Vincimur. quia hoc genus hominum nõ poſſumus ſuperare. Vim ſolitã qua ante hac omnes ſuperabam⁹. Quæ ſueuerat ideſt conſueuerat Ferrea natura dura ⁊ impenetrabilis. Cuius rigor. ideſt duricia. Sperneret æra. deſt pecunias. Noſtro auro. quo omnes expugnare cõſueuimus. Neci dedimus. ideſt vſq; ad internitionem profligauimus. Pectora tenera. quod in genere dixit ingenium omne neci dedimus: nunc per partes enumerat. Patuerunt. ideſt expoſita et aperta fuerunt meis telis. Sola. quaſi non et alia vitia plures demerſerit in inferos. ſed loquitur ex arrogantia quod prope ſola. cum plures quam alia vitia in ſtyga detruſerit.

Ductores primã ante aciẽ pro laude gerebant
Virtutũ: magnoque implebant claſſica flatu:
Et fors innocuo tinxiſſet ſanguine ferrum:
Ni ratio armipotens gentis leuitidis vna
Sẽper fida comes clypeũ obiectaſſet: ⁊ atræ
Hoſtis ab incurſu claros texiſet alumnos.
Stant tuti rationis ope. ſtant turbine ab omni
Immunes fortes q; animi. vix in cute ſumma
Perſtringens paucos tenui de vulnere lædit
Cuſpis auaritiæ. ſtupuit lues improba caſtis
Heroum iugulis longe ſua tela repelli.
Ingemuit: ⁊ dictis ardens furialibus infit.
Vicimur heu ſegnes: nec noſtra potentia perfert
Vim ſolitam. languet violentia ſæua nocendi:
Sueuerat inuictis quæ viribus omnia vbiq;
Rũpere corda hominũ. nec enĩ tã ferrea quẽq;
Formauit natura virum: cuius rigor æra
Sperneret: aut noſtro foret ĩpenetrabilis auro.
Ingeniũ oẽ neci dedim⁹. tenera. aſpera. dura.
Docta. indocta ſimul. bruta. ⁊ ſapiẽtia. nec nõ
Caſta. incaſta meæ patuerunt pectora dextræ.

Styx.palus apud inferos.Dij cuius iurare timent et fallere numen. Auaris gurgiti bus.quia quę ſemel vorauit:nunq̄ remittit. Ditiſſima tartara.quippe in quę oīa ter minantur.vnde ⁊ Pluto deus inferorum dis hoc eſt diues appellatur. Debent nobis. quia ego illos tranſmiſi illuc. Quod voluunt ſęcula.i.homines in hoc ſęculo quod mi ſcent atqꝫ perturbant mentiendo.peierando.imponendo.decipiendoqꝫ totum eſt auaritię opus. Quod miſcet.idem dicit.

Sola igitur rapui quicquid ſtyx abdit auaris
Gurgitibus.nobis ditiſſima tartara debent
Quos retinēt pp̄los.quod voluūt ſcl'a: nr̄m ē.
Qd miſcet mūdꝰ veſana negotia: noſtrū eſt.
Qui fit:prævalidas quod pollens gloria vires
Deſerit: ⁊ caſſos ludit fortuna lacertos:
Sordet chriſticolis rutilantis fulua monetæ
Effigies.ſordent argenti emblemata: ⁊ omnis
Theſaurus nigrante oculis vileſcit honore.
Quid ſibi docta volunt faſtidia:nōne triūphū
Egimus ex Scarioth:magnꝰ qui diſcipuloꝝ
Et cōuiua dei dum fallit foedere menſæ
Haud quāq̄ ignarꝝ:dextrāqꝫ paraplide tingit:
Incidit in noſtrū flammantē cupidine telum:
Infamē mercatus agrū de ſanguine amici
Numinis eliſo luiturus iugera collo.
Viderat ⁊ iericho ꝓpria inter funera quantum
Poſſet noſtra manus:cū victor cōcidit achan
Cædibus inſignis:murali ⁊ ſtrage ſuperbus
Succubuit capto victis ex hoſtibus auro:

Qui fit.i.quomodo poteſt fieri hoc Gloria pollēs.i. qua ante hac ego pollebā. Deſerit vires.ſ. meas priſtinas. Ludit lacertos.i qbꝰ nulle mihi ſūt vires ad torquenda tela in chriſtianos pręcipue. Effigies monetę rutilantis.i. moneta aurea habens effigiem impreſſam. Emblemata argēti.i.vaſa argētea in quibus ſūt imagines cęlatę. nā argumētum cęlaturę dicit emblema. Honore nigrāte.q̄a theſauri nō habētur in precio apud illos. Docta faſtidia.ideſt homines theſauros faſtidientes. Scarioth.ideſt ex iuda ſcariothe. Conuiua dei.chriſti contubernalis. Fallit haud ignarum.i.cōſcium coꝝ quę iudas ſubripiebat. In noſtrum telum.cum acceperit triginta argenteos proditionis pręcium. Mercatus agrum.non ipſe.ſed illi quibus ipſe pręcium reſtituit. Infamem agrum.ideſt teſtē infamis proditionis. De ſanguine.ideſt de pręcio ſanguinis chriſti. Luiturus.ideſt in pęnam ſoluturus Iugera.ideſt pręcium quo ager ille eſt emptus. Collo eliſo.q̄a ſe ſuſpendit laqueo. Viderat iericho.ex Ioſue libro cap.vij. quomodo achan fuit lapidatus a populo propter furtum ex pręda hoſtili. Noſtra manus. quia ſuperaui achan. Victor.expugnata vrbe Iericho. Succubuit.victus a me.

# Liber.

Legens anathema inſigne.i.furto ſurripiens pallium coccineum.ducentos ſiclos argẽti.&c.que erant domino conſecranda.& ſeparanda ab vſu profano. Fauillis vetitis.ſ.a ioſue.cap.vi. Haurit.i.ſubripit achan. Juda erat enim achan ex tribu iuda: qui numeratur in genealogia chriſti. Tali nepote.i.chriſto. Quis placet. pro quibus placet exemplum gẽneris ſumentes exemplũ a ſuis maioribus. Placeat forma.quam ex illis imitentur. Eadem poena.i.ęque peccãtes ęque puniantur. Populares iude. ex qua tribu fuit achan. Sacricole.ſ.aaron qui fuit ex tribu leui. Jmpar. ſcilicet ego. Nil refert. Vergi.ij.ęne. dolus an virt⁹ qs in hoſte requirat? Jn habitum honeſtum.cũ in proprio nõ poſſet fallere. Virtus frugi.i.frugalitas. et totũ hoc ſumptũ eſt ex Juuenale. Fallit enim vitiũ ſpecie virtutis et vmbra Nec dubie tanq̃ frugi laudatur auarus.Tanq̃ parcus homo & rerum tutela ſuarum. Tanquã nil raptet.ſed non ſatis eſt abſtinere ab alieno.niſi etiã de proprio benefeceris. Ceu ſedula.quaſi diligens cuſtos. Artis adumbrante.ideſt virtutis non vere.nam virtus et ars pro alterutro accipiuntur. Mendax bellona.ideſt auaricia bellum gerens cũ hominibus. Huius ſpecie.aut frugalitatis aut parſimonię Non vt auara lues.i.peſtilens auaricia. Sed virtus parca.i.parſimonia quę a liberalitate paululũ declinat ad auariciã. Pietatis tegmine.i.ſub colore acquirẽdi filijs: in quos eſt patrũ pietas. Crines anguinos.quos auaricia q̃ſi furia hẽt. Furori.ſ.acqui

Dũ vetitis inſigne legens anathema fauillis
Moeſta ruinarum ſpolia inſatiabilis haurit.
Non illum generoſa tribus:non plebis auitę
Juuit iuda parẽs chriſto quãdoq; propinquo
Nobilis:& tali felix patriarcha nepote.
Quis placet exẽplũ generis:placeat q̊ꝫ forma.
Exitij ſit poena eadem:quibus & gen⁹ vnũ eſt.
Quid moror aut iudę popl'ares.aut popl'ares
Sacricolę ſummi(ſummus nam fertur aarõ)
Fallere fraude aliqua martis cõgreſſib⁹ ĩpar.
Nil refert armis contingat palma dolisve.
Dixerat.& toruam faciem furialia que arma
Exuit:iq; habitum ſe ſe transformat honeſtũ.
Fit virtus ſpecie vultu que & veſte ſeuera:
Quã memorat frugi.parce cui viuere cordi ẽ:
Et ſeruare ſuum: tãquam nil raptet auare:
Artis ad vmbratę meruit ceu ſedula laudẽ.
Huius ſe ſpecie mendax bellona coaptat:
Non vt auara lues:ſed virtus parca putetur.
Necnon & tenero pietatis tegmine crines
Obtegit anguineos:vt cãdida palla latẽtẽ
Diſſimulet rabiem:diro q; intenta furori

ſendi. Quod rapere. i. rapinā. Clepere. i. furtū. nam clepo eſt furor. Iactat. i. fingit. Sub dulci nomine. i. honeſto. Corda male credula. i. qđ malū eſt credētia. Monſtrū ferale. i. auariciā. Impia erymnis. i. furia hoc eſt auaricia. Arctat caput manicis. improprie pro vinculis poſuit, poteſtq̄ legi caput vt fugiamus improprietatē. Cōſenſu faciles. i. conſentientes ſe vinciri. quaſi ſit figura ſynechdoche que nō cōſueuit fieri per verbum actiuum. ſed meli⁹ eſt legas cōſenſu facili. Nutabat. i. dubitabat Biformis portēti. i. auaricie ſub honeſta ſpecie ad malum ſuadētis. Loctū verſatile. ſubaudi erat. q̄a dubitabat acies virtutū ꝑ qua parte occūberet. Lubricat viſus idest huc atq̄ illuc voluit oculos qđ ipſum dubitātis eſt q̄d faciat. Miſeratio quam auctor opponit auaricie. Auxilio ſocijs. i. in auxiliū ſocioꝝ. Poſtrema gradu. ſed in hac pugna futura victrix. Triſte. i. timendū ab hoſte. Omnib⁹ ibat. nimirū que oīa pauperib⁹ bona ſua elargita ē. Onus. diuitiaꝝ Multe faſce. i. onere. Vergili⁹. ego hoc te vaſce leuabo. Libera. i. expedita & exonerata. Benigne. i. largiter. ſicut ecōtrario maligne ꝑ anguſte. Verg. vi. eñ. ſub luce maligna. Bene ꝓdiga. q̄a & ſi ꝓdigalitas vitiū eſt atq̄ vituperabilis hec tñ laudanda eſt. Loculos inanes. i. facta paup̄ ſed diues fide. Numerās ſummā eternā. i. expectās q̄ſi rē iā manib⁹ teneat. Foenore ꝛdituro. q̄a ꝓ ſimplis cētena reddētur. Fulmē inuicte virtutis. i. miſeratiōis impe

Qđ rape. & clepere ē. auideq̄ abſcōdere parta:
Natorum curam dulci ſub nomine iactat.
Talib⁹ illudēs male credula corda virorum
Fallit imaginib⁹. monſtrum ferale ſequuntur:
Dum credūt virtutis op⁹. caput ipia erinnys
Conſenſu faciles maniciſq̄ tenacib⁹ arctat.
Attonitis ducibus perturbatis que maniplis
Nutabat virtutum acies errore biformis
Portēti: ignorans quid amicū credat in illo:
Quid ve hoſtile vocet letū verſatile et anceps
Lubricat incertos dubia ſub imagine viſus.
Dum ſubito in medium frēdēs miſeratio cāpū
Proſilit auxilio ſocijs: pugnam q̄ capeſſit
Militie poſtrema gradu: ſed ſola duello
Impoſitura manū: nequid iam triſte ſuperſit.
Omne on⁹ ex humeris reiecerat: omnib⁹ ibat
Nudata exuuijs: multo & ſe faſce leuarat:
Olim diuitijs grauib⁹ q̄ oppreſſa talentis:
Libera nūc miſerēdo inopū: q̄s larga benigne
Fouerat effūdens patriū bene prodiga cēſum.
Iam loculos ditata fide ſpectabat inanes:
Aeternā numerans redituro foenore ſummā.
Horruit inuicte virtutis fulmen: inopsq̄
Mentis auaritia ſtupefactis ſēſibus heſit

tum animiqꝫ vigorẽ. Certa mori. pre deſperatiõe vincẽdi. Que via fraudis? q.d. null⁹ eſt relict⁹ locus dolo. Vt ipſa calcatrix mũdi.i.diuitiarum contẽptrix. Spreto auro. quo ſolo auaricia alios cõſueuit ſuperare. Virtus fortiſſima.i.miſeratio. Nodus vlnarũ. comprimens illã inter brachia. Exanguẽ gulã.i.mortuã. Vincla lacertorũ. eadẽ vincula ⁊ cõprimebant lacertos ⁊ guttur ſub mentũ. ⁊ extingũt animã. Nullo vulnere ſed tantũ vinculorum cõpreſſione.

Certa mori. nã quæ fraudis via reſtat? vt ipſa
Calcatrix mundi mundanis victa fatiſcat
Illecebris: ſpreto qꝫ iterum ſeſe implicet auro.
Inuadit trepidã virtus fortiſſima duris
Vlnarum nodis: eliſo ⁊ gutture frangit
Exanguem ſiccam qꝫ gulã. compreſſa ligantur
Vincla lacertorũ ſub mentũ: ⁊ faucib⁹ arctis
Extorquent animã: nullo quæ vulnere rapta
Palpitat: atqꝫ aditu ſpiraminis intercæpto
Incluſam patitur venarum carcere mortem.
Illa reluctanti genibus qꝫ ⁊ calcib⁹ inſtans
Perfodit ⁊ coſtas: atqꝫ ilia rumpit anhela.
Mox ſpolia extincto de corpore dirripit: auri
Sordida fruſta rudis: nec adhuc fornace recoctã
Materiem. cinctis etiam marſupia crebris
Exeſa: ⁊ virides obducta erugine nummos
Diſpergit ſeruata diu victrix: ⁊ egenis
Diſſipat: ac tenues captiuo munere donat.
Tunc circũfuſã vultu exultãte coronã
Reſpiciẽs alacris media inter milia clamat.
Soluite procinctũ iuſti: ⁊ diſcedite ab armis.

Palpitat. per partes corporis tremit. Intercepto aditu.i.intercluſo meatu ſpirandi. Carcere venarum quia nõ exhalauit aiam per fauces: ſed intercluſo ſpiramẽto quaſi in carcere extincta eſt. ⁊ loquitur de aia nõ qua ſentimus viuimus et intelligimus que imortalis eſt: ſed de anima quã ſpiramus ⁊ reſpiram⁹. Perſius. pulmo anime prelarg⁹ anhelet. Reluctãti .ſ. auaricie. Perfodit.i. trãſuerberat. Ilia anhela nã partes ille potiſſimũ ſpiritu intendũtur ⁊ remittuntur. Sordida ſpolia.i. turpiter acquiſita. Fruſta auri rudis. ideſt non formati in nummos aureos. et eſt appoſitio ad id quod dixit ſpolia. Marſupia exeſa. ideſt corrupta et nimia attritione conſumpta. Crebris cinctis. ideſt crebra cinctura. nam ex eo erant attrita marſupia quia crebro illa cingebat auaricia.

Nummos virides. quia pecunie ex ere contrahunt eruginem quandam viridem. Diu ſeruata. ab auaricia. Diſſipat. ideſt diuidit. Tenues. ideſt pauperes. Munere captiuo. ideſt quod ex hoſte auaricia cepit. Coronam.i. milites ſuos in circuitu aſſiſtentem.

Soluite procinctum.i. belli apparatum. vel potius procinctus dicebat; vt inquit Feſtus

cum exercitus cinctus erat ritugabino confeſtim pugnaturus. Plinius li. viii. cornibus in procinctu ad dimicandũ paratis. Ingluuie pereũte. i. voracitate pecuniarũ in auaricia. Sũma quies. i. maxima tranquillitas animi. Sup. i. vltra. Simplex alimonia. quę ſufficit intra naturę fines viuenti. Una veſtis. ex euãgelico cõſilio. qui habet duas tunicas det vnã nõ habẽti. Recreet ⁊ ad id qͦd dixit ſimplex alimonia refertur. Nõ trahat extra. i. quiſq̃ nõ trãſgrediatur. Modũ naturę expletũ. i. finẽ cũ natura habet quod ſatis eſt ad neceſſitates victus et veſtitus. Perã ne tollito. Conſilium quoqꝫ euãgelicuꝫ. Tunicę alteri⁹. ſubaudi ab ea q̃ habes. Redeũt cum ſole. qͦd fit ꝓuidentia quadam diuina. Cras cogitet. i. de craſtino ſolicita ſit. Non anxia. i. ſine cura. Credat ſe paſcẽdam. i. ꝙ nõ deficiet ſibi cibus. Uolucres viles. i. parui precij. Subeſt fides. ideſt credũt Modico aſſe. ad illud qͦ euangeliſta dicit duo paſſeres aſſe veneunt. et alt⁹ quinqꝫ paſſeres veneunt dipondio. Tu cura dei. i. cuius peculiarẽ curam habet deus. Facies chriſti. ad cuius ſimilitudinem factus es. Uitę dator. ⁊ hoc de iure naturali. Quęrite ordo eſt. vos immemores corporis. i. nullã curam illius habentes. Quęrite paſtum luciferum. i. cęleſtem et ſpiritalem. Dogmate cęleſti. i. ex ſaluatoris noſtri ſententia qui ait. operamini cibum qui non perit. Multiplicans ſpem. quia omnis illius ſpes ex futuro ſęculo pendet. Indiga membra. ideſt indigentia cibo potu et veſtitu. His dictis. hemiſtochium eſt Uergilij ex ſexto ęneidos. Metus et labor. ⁊c.

Cauſa mali tanti iacet interſecta lucrandi
Ingluuie pereunte. licet requieſcere ſanctis.
Summa quies. nil velle: ſuper q̃ꝫ poſtulat vſus
Debitus: ⁊ ſimplex alimonia: veſtis ⁊ vna
Infirmos tegat: ac recreet mediocriter artus:
Expletũ ꝗꝫ modũ naturæ non trahat extra.
Ingreſſurus iter peram ne tollito: ne ve
De tunicæ alterius geſtamine prouidus eſto.
Nec te ſollicitet res craſtina: ne cibus aluo
Deffuerit. redeunt eſcæ cum ſole diurnæ.
Nonne vides vt nulla auium cras cogitet: ac ſe
Paſcendam præſtante deo non anxia credat:
Confidunt volucres victum non defore viles.
Paſſeribus ꝗꝫ ſubeſt modico venalibus aſſe
Indubitata fides: dominum curare potentem
Ne pereant. tu cura dei facies quoqꝫ chriſti
An dubitas ne te tuus vnquam deſerat auctor:
Ne trepidate homines. vitæ dator eſt dator eſcæ.
Quærite luciferum coeleſti dogmate paſtum.
Qui ſpem multiplicans alit inuiolabilis æui
Corporis imemores. memor eſt: q̃ cõdidit illud:
Suppeditare cibos: atqꝫ indiga membra fouere.

Hęc in comitatu auaricię erant. Fraus iſiciatrix.i.negatrix ⁊ aduerſa. Fidei placidę .i.quę cōſiliat hoīes inter ſe vt placide viuant. Vertere ſolū.i.fugerūt.quanq̄ vertere ſolū propriū eſt fugere ob debita. Iuuenalis.qui vertere ſolū baias ⁊ ad oſtia currūt. Pax. quę ſecuta eſt poſt victoriā. Diſcinditur.i.diſſipatur. Exfibulat ilia.pro refibulat ⁊ reſoluit q̄ſi loricā. Veſtis defluit.qđ in pace fit.nā in pugna veſtes pręcinctę ſunt. Vergili⁹ pri.ęne. veſtis pedes defluxit ad imos. Priuata modeſtia.i.priuatam vitā agens.ſ. nō ductans exercitu. Curua ęra. cornua ęrea. nam tuba recta eſt. Ouidius.nō tuba directi non ęris cornua flexi. Placabilis. q̄ prius erat iratus. Implet vaginā.i.reponit. Suda facies.i. ſerena. Vergi.iiij. geor. ergo vbi vernacte ſudū. Liquide diei.ſ.purę ⁊ defecatę. Vultū tonantis.i.deum adeſſe. Turme arridere.p arridebāt inuicē. Et gaudere.p gaudebūt. Aperire arcē et portū profundū. q̄a portus quo pfundior eo ſecurior eſt.ponit autē portum pro regno coeleſti quo omnes tendimus. Dat ſignū.i.iubet canere receptui. Victrices aquilas.more romanorū loquitur quorū vexilla aquilas habebant. Cogi.i.plicata reponi. Tanta ſpecies.i.victorie pulchritudo. Nec par decus.i. ęqualis honore. Duceret.ſ.cōcordia. Bifida agmina.i.in duas partes diuiſa.ſ.peditū et equitū. Non aliter cecinit.Cōparatio eſt.q̄ poſt victoriā partā de auaricia ſic cecinit dei laudes victor exercitus:quemadmodū iſrael cum vidit inſequentes egyptios in mari ſubmerſos,Exo,cap.xv.Tunc cecinit moſes ⁊ filij iſrael carmen hoc ⁊c. Hiantem rabiē

His dictis curę emotę.metus.⁊ labor.⁊ vis.
Et ſcelus.⁊ placidę fidei fraus inficiatrix
Depulſę vertere ſolum.pax inde fugatis
Hoſtibus alma abigit bellū.diſcindit omnis
Terror:⁊ auulſis exfibulat ilia zonis.
Veſtis ad vſq̄ pedes deſcēdens defluit imos.
Temperat ⁊ rapidū priuata modeſtia greſſū.
Cornicinū curua ęra ſilent. placabilis implet
Vaginam gladius.ſedato ⁊ puluere campi
Suda redit facies.liquidę ſine nube diei
Purpuream videas coeli clareſcere lucem.
Agmina caſta ſuper vultū ſenſere tonantis
Arridere.hilares pulſo certamine turmę.
Et Chriſtum gaudere ſuis victoribus arcem
Aetheris.ac portum famulis aperire pfundū.
Dat ſignum felix concordia.reddere caſtris
Victrices aquilas:atq̄ in tentoria cogi.
Nunquā tāta fuit ſpecies:nec par Deus vlli
Militię:cum diſpoſitis bifida agmina lōge
Duceret ordinibus: peditū pſallente caterua.
Aſt alia de parte equitū reſonātibus hymnis.
Non aliter cecinit reſpectans victor hiantem

ponti.i.pontum in duas partes fiſſum. Littora vlteriora. quę erant ex aduerſo littorib⁹ ęgyptiorum. Mons aquę pendentis. Vergilius pri.ęñ. Inſequitur cumulo pręruptus aquę mons. Per extima calcis.i.extra pedes hebreorum.nam extimus.a.um.ab extra deducitur in forma ſuperlatiui. Nilicolas.i.ęgyptios. qui fere omnes habitāt iuxta nilum. Arenas vndas.cum apertum erat mare. Turba dei.iſrael. Plectro.quo tympana pulſantur.

Iſrael rabiem ponti poſt terga minacis.
Cum iam progrediens calcaret littora ſicco
Vlteriora pede:ſtridens ꝗ per extima calcis
Mōs rueret pendētis aquæ: nigrosꝗ relapſo
Surgite nilicolas fundo deprenderet imo:
Ac refluente ſinu iā redderet vnda natatum
Piſcibus:ꝛ nudas præceps operiret arenas.
Pulſauit reſono modulātia timpana plectro
Turba dī: celebrās mirꝫ ac memorabile ſæclis
Omnipotentis op⁹:liquidas inter freta ripas
Fluctibus inciſis:ꝛ ſubſiſtente procella
Creſcere:ſuſpenſos ꝗ globos potuiſſe teneri.
Sic expugnata viciorum gente:reſultant
Myſtica dulcimodis virtutū carmia pſalmis.
Vētū erat ad fauces portæ caſtrēſis:vbi arctū
Liminis introitū biſori dāt cardine clauſtra:
Naſcitur hic inopina mali lacrymabilis aſtu
Tempeſtas placidæ turbatrix inuida pacis:
Quæ tantū ſubita vexauit clade triumphum.

Opus omnipotentis. hoc eſt ripas. Liquidas .i.puras ꝛ purgataſ: ꝛ poſuit ripas pro littorib⁹. Subſiſtente procella.i. pendenti procelloſo mari facto hinc inde pariete. Creſcere.i. in longum qua ituri erant aperiri. Globos.i. maris vndas globoſas. Reſultāt .i.reſonant. Ventum erat.i.exercitus poſt victoriaꝫ venerat. Ad fauces.ad anguſtias.

Portę caſtrenſis. portam pręto riam dicit. erat et decumana ꝛ principalis. Biſori cardine.quia valuę duę ſunt oſtiorum pleruncꝫ.

## Concordiæ ꝛ Diſcordiæ pugna.

Inter confertos cuneos Cōcordia forte
Dum ſtipata pedē iā tutis moenib⁹ infert:

Inopina tempeſtas.ideſt ſubita ꝛ nō ꝑuiſa. Aſtu. i.aſtutu et dolo diſcordię. Inuida turbatrix.ea erat diſcordia quę inuidit paci quę ſecuta eſt victoriam ſuperiorem.

INter confertos.Inducit pugnā concordię cū diſcordia. Confertos cuneos.ideſt cōdenſatos ordines militum. Concordia ſtipata.ideſt ab omni parte armatis circundata. Moenibus.aut caſtrorum aut alicuius vrbis in qua triumphaturi erant.

Excipit occultum mucronem.i.vulnus accipit ab ictu. Vitij latitantis.ideſt diſcordię Texta ſquallentia.ideſt theraces ſiue loricę in modum ſquammarum contextae. Nam vt inquit Gellius libro ſecundo ſquallere dictum eſt a ſquammarum crebritate aſperitateq; quę in ſerpentium piſciumq; corijs viſuntur. Catenato ſub tegmine.ideſt contexto cum flamine vt ſic dixerim. Et reſpuerent.ideſt repellerent. Acumen vulneris.ideſt enſis ſiue teli. Hammis rigidis.ex quibus lorica contexta erat. Sutis.ideſt contextis.

Excipit occultum vitij latitantis ab ictu
Mucronē leuo in latere:ſquallentia quāuis
Texta catenato ferri ſub tegmine corpus
Ambirent:ſutis & acumen vulneris hamis
Reſpuerent:rigidis nec fila tenacia nodis
Impactū ſinerent penetrare in viſcera telum.
Rara tamē chalybē tenui trāſmittere puncto
Cōmiſſura dedit:qua ſeſe extrema politæ
Squama ligat tunicæ:ſin⁹ & ſibi cōſerit oras.
Intulit hoc vulnus pugnatrix ſubdola victæ
Partis:& incautis victoribus inſidiata eſt.
Nam pulſa culparū acie Diſcordia noſtros
Intrarat cuneos:ſociam mentita figuram.
Sciſſa ꝓcul palla:ſtructū & ſerpēte flagellum
Multiplici media cāporum in ſtrage iacebat
Ipſa redimitos olea frondente capillos
Oſtentans feſtis reſpondit læta choreis:
Sed ſicam ſub veſte tegit.te maxima virtus:
Te ſolam tanto in numero Concordia triſti
Fraude petens:Sed nō vitalia rumpere ſacri

Vergilius.v.ęne. Leuibus huic hamis cōſertam auroq; trilicem loricam. Fila tenacia. quibus hami loricę connectebāt per nodos. Telum impactum.i. viribus adactū & impulſum. Cōmiſſura rara. id ē qua parte loricę membra committuntur .i. coniunguntur. Tranſmittere chalybem .i.diloricare iuncturam illā. Sed puncto tenui.i.leui pſictura. Qua ſeſe. exponit qua parte lorica admiſit vulnus. Extrema ſquama.i. loricę ora. Ligat ſeſe tunicę. armatura quoq; eſt tunica. Iuuenalis tunicati fuſcina gracchi. Sinus conſerit oras.ideſt medium illud tungit extremitates. Pugnatrix ſubdola.ſcilicet diſcordia. Incautis.nihil tale cauentibus. Acie culparum.ideſt vitiorum. Sociam figuram.ideſt nobis amicam. Palla et flagellum. Vergilius ſexto ęneidos.diſcordia demens vipereum crinem vittis innexa cruentis et illud ſciſſa diſcordia palla. Structum ſerpente multiplici. ideſt textum ex implicatis ſerpentibus. Ipſa lęta.ſimulans ſe lętam. Olea frondente.quę in tutela pacis eſt atq; pacem petituri illam preferebant. Sicam. gladium. Petens te fraude triſti.ab effectu que triſticiam victoribus attulit.

Extima. exterior non interior. Summo tenus tactu. i. leuiter perſtringens. Vergilius. ſummo tenus attigit ore. Latet hic. ſcilicet in caſtris pacificis. Vibrat ferrum. torquet iaculaturq;. Sedaſſe. i. pacaſſe et ad tranquillitatem reduxiſſe. Omne ſanctum receptum. i. omnes virtutes a periculis liberatas et reſtitutas. Conuertere oculos. ſcilicet ad verba concordię. Index vulneris. appoſitiue. ideſt qui cruor ſignum erat vulneris.

Ferrata de veſte ideſt lorica ferrea Hoſtem. ſ. diſcordiam. Pallor cõſcius. i. ex conſcientia ſceleris pacti proueniens. Dat ſigna reatus. pro culpę vt Iuniores accipiunt: cuȝ reatus ſit eiꝰ qui poſtulatur coram iudice ſiue iuſte ſiue iniuſte. Manus deprenſa. ſ. in crimine Pallor albus. ideſt ad albedinẽ vergens. hoc eſt ip̃a pallida tremit. Strictis mucronibus. i. euaginatis enſibꝰ. Vergilius. ſtat ferri acies mucrone choruſco ſtricta parata neci. Et genus ⁊ nomẽ. quinq; ſunt q̃ a diſcordia quęruntur. genus. nomen. patria. religio. q̃s illaȝ miſit.

Corporis eſt licitũ. ſummo tenꝰ extima tactu
Læſa cutis tenuem ſignauit ſanguine riuum.
Exclamat virtus ſubito turbata: Quid hoc eſt?
Quæ manus hic inimica latet? q̃ pectora nr̃a
Vulnerat: ⁊ ferrũ tanta inter gaudia vibrat?
Quid iuuat indomitos bello ſedaſſe furores:
Et ſanctum vitijs pereũtibus omne receptũ:
Si virtꝰ ſub pace cadit? trepida agmina moe=
Cõuertere ocl'os. ſtillabat vulneris index (ſtos
Ferrata de veſte cruor. mox ⁊ pauor hoſtem
Cominus aſtantem prodit. nã pallor in ore
Conſcius audacis facti dat ſigna reatus:
Et deprẽſa tremit lãguẽs manꝰ: ⁊ color albẽs.
Circũſtat propere ſtrictis mucronibus omnis
Virtutũ legio: exquirens feruente tumultu
Et genus. ⁊ nomen. patriã. ſectãq; deumq;
Quem colat. ⁊ iuſſu cuiatis venerit. illa
Exanguis turbante metu Diſcordia dicor.
Cognomẽto Hæreſis. deꝰ ẽ mihi diſcolor inq̃t.
Nũc mior aut maior. mõ duplex ⁊ mõ ſimplex.
Cum placet aereus ⁊ de phantaſmate viſus:
Aut innata aia eſt. quoties volo ludere numẽ.
Præceptor belial mihi ẽ. domꝰ ẽ plaga mũdi.

Ad quęoia reſpondet. Cuiatis iuſſu. pro cuius deriuatiuũ pro primitiuo. Diſcordia dicor. ecce nomen. Heręſis. ecce genus. nam cognomentũ cõmune eſt multorum. Deus diſcolor. i. varius. Nunc minor aut maior. vt arrianꝰ qui dixit filiũ minorẽ patre. Modo duplex. vt quidam gręcorũ qui tertiã perſonã in diuinis excluſerunt. Modo ſimplex. vt Manicheus qui vnã tantũ perſonã poſuit ſortitã per officia diuerſa nomina. Aereꝰ ⁊ de phantaſmate. hoc manicheus de chriſto dixit ſumpſiſſe corpus phantaſticũ. Aia innata. i. aia mundi vt Plato. Numẽ. i. verus deus. ſed cum ludit non cũ re vera fatetur.

Fides quam a principio induximus cū idolatria pugnantem. Regina virtutuꝫ. quia eſt illarum fundamentū. Pilo. telo romanoꝝ proprio. cuius ferri acumine illius tranſfixit linguam. Carpitur. i. partes laceratur. Fruſtatim. i. per fruſta. Cloacis immundis. que ſunt emunctoria per que ſordes vrbis expellūtur: partim ex latrinis partim aliarū ſordiū colluuione. Columela. immūdis quecunqꝫ vomit latrina cloacis. Monſtris marinis. i. mari piſcibus ad deuorādam. ſed appellat monſtra: quia diuerſaꝝ formaruꝫ cotidie in mari reperiuntur aquatilia. Foedis animalibus. carniuoris ꝛ feris. Hereſis. nimis inconſtanter: cuꝫ prius primaꝫ breuiarit: hic eandē produxit. In cōmune. i. ad publicā omnium vtilitē. Trāquille plebis. ordo eſt. cōtigit ſenſus pacificos plebis trāquille frui hac ſtatione. i. vigilia ſiue loco in caſtris vbi milites ſtant expediti.

Foueri vallo. id eſt recreari intra caſtra vallo foſſa propugnaculiſqꝫ munita. Tribunal. ideſt ſuggeſtū vnde cōcordia ad populum concionatura erat. Quē. ſ. locū. Tumulus excitat in ſpeculā. i. erigit in cacumen ſiue mōtis verticē: vnde ſpeculari in oēs partes quiſpiā poſſet. Unde. i. ex q̄ ſpecula. Uiſus liber. i. expedit⁹. Cōſcendūt hūc apicē. i. hūc mōtis verticē. Jurate. cōiurate. Par ſanctū. q̄a ābe inter ſe pares erāt ſanctū quoqꝫ ꝛ charū ſibi dixit: q̄a de duob⁹ inter ſe certātib⁹, proprie dr. Hora. ꝑ. ſer. rupili ꝛ pſi par pugnat. Supeminet tribunal. i. eminet ſup tribunal

Non tulit vlterius capti blaſphemia monſtri
Uirtutum Regina Fides. ſed verba loquētis
Jmpedit: ꝛ vocis claudit ſpiramina pilo
Pollutam rigida tranſfigens cuſpide linguā.
Carpitur innumeris feralis beſtia dextris:
Fructatim ſibi quiſqꝫ rapit: qđ ſpargat i auraſ:
Qđ canibus donet: coruiſqꝫ edacibus vltro
Offerat: imꝫnūdis coeno exhalante cloacis
Qđ tradat: mōſtris qđ mādet habere mariniſ.
Diſciſſum foedis animalibus omne cadauer
Diuidit. hæreſis ruptis perit horrida mēbris.
Compoſitis igitur rerum moꝛūqꝫ ſecundis
Jn cōmune bonis: tranquille plebis ad vnum
Contigit hac ſtatione frui: valloqꝫ foueri
Pacificos ſenſus: ꝛ in ocia ſoluere curas.
Extruitur media caſtrorum ſede tribunal
Edictiore loco: tumulus quē vertice acuto
Excitat in ſpeculam: ſubiecta vnde omnia late
Liber inoffenſo circumſpicit aere viſus.
Hūc ſincera Fides ſimul et Cōcordia ſacro
Foedere iuratæ Chriſti ſub amore ſorores
Conſcendūt apicem: mox ꝛ ſublime tribunal:
Par ſanctū. charumqꝫ ſibi ſupereminet æquo
Jure poteſtatis. conſiſtunt aggere ſummo

Conſpicue.i.ab omnibus conſpiciendę. Frequentes.i.crebros et condenſatos. Nulla latet.ſenſus eſt.vſqꝫ adeo omnes alacri animo cōcurrebant ad cōtionem: ꝙ nulla erat animi pars quę non geſtiret in leticiam. Iners.i.otioſa. Quę interſepta.i.circumcluſa. Ullo ſinu corporis.i.quę animi pars aliquando ſolet recipere ſe ad intima cogitandi aliquid aut contēplandi gratia. Tegat ſeſe.i.in tanta celebritate recolligat ſeſe. Per cōceptacula.i. per īteriores receſſus. Languore degeneri.i.inertia. Uelis.ſ.tentoriorū tabernaculorumqꝫ. Carbaſa.i.vela ex carbaſo qḋ ē genus lini.⁊ dicit idē Ne quis marceat.in tāta ſolēnitate dormiat in loco abdito. Cōtio.i. q̄ venerūt ad contionē quaſi concilijū. Uirtutibus.ſ.alijs atqꝫ illarū ſtudioſis. Prima.i.prior q̄a de duobus loquitur. Gloria cumulata.i.cumulate parta. Pignora fidiſſima.ideſt filij. Barbaries.ſ.vitiorum barbar⁹ exercitus. Sancte vrbis.in qua boni habitant. Indigenaſ.i.incolas ibidem genitos. Publica requies ſenſus eſt ꝙ concordia publica conſtat ex amicitijs priuatis. Publica requies.i.ciuitatis tranquillitas. Rure ⁊ foro.i.intra vrbem:et extra vrbē. Sciſſura.i.diſcordia. Qḋ diſſidet int⁹.i.in domibus p̄uatis diſcordat. Titubat foris.i.fluctuat in rep. Senſib⁹ in vr̄is.i.intra vos. Erotica.i.extranea ⁊ peregrina opinio. Cōflata odijs tectis.i.occultis inimicitijs. Naſcat̄.⁊ qḋ eſt cōſequēs inualeſcat. Uolūtas ſciſſa.i.nō vniformis ſed diſcors. Arcana biformia.i.ambigua ⁊ incerta. Fibris varijs.i.intimis pręcordijs

Conſpicuę:populoſqꝫ iubēt aſtare frequētes.
Concurrunt alacres caſtris ex omnib⁹ omnes.
Nulla latet pars mētis iners:q̄ corporis vllo
Interſepta ſinu per conceptacula ſeſe
Degeneri langore tegat.tentoria apertis
Cūcta patent velis.reſerātur carbaſa:nequis
Marceat obſcuro ſtertēs habitator operto
Auribus intentis expectat cōcio:quid nam
Uictores poſt bella vocet:Cōcordia princeps
Quā velit atqꝫ Fides virtutib⁹ addere legē.
Erumpit primam in vocem Concordia tali
Alloquio cumulata quidem iā gloria vobis
O patris.o domini fidiſſima pignora Chriſti
Contigit.extincta eſt multo certamine ſęua
Barbaries:ſanctę quę circūſepſerat vrbis
Indigenas ferroqꝫ viros flāmaqꝫ premebat.
Publica ſed requies priuatis rure foroqꝫ
Conſtat amicicijs.ſciſſura domeſtica turbat
Rem popl'i:titubatqꝫ foris: qḋ diſſidet intus.
Ergo cauete viri:ne ſit ſentencia diſcors
Senſibus in veſtris:ne ſecta exotica tectis
Naſcatur conflata odijs:quia ſciſſa volūtas
Confundit varijs arcana biformia fibris.

variãtibus. Coniũgat amor. i. chriſti charitas cõciliet ⁊ cõſentire faciat. Nõ viuimus .i. tota vita nr̃a. Uno ſtudio. quia idẽ velle ⁊ idẽ nolle ea eſt vera charitas. Atq; homini. Similitudo eſt ꝙ queadmodum chriſtus mediator dei ⁊ hominũ: cõciliauit nos patri ita ſpiritus debet cõciliare partes intra nos metipſos diſſidentes. Mortale. i. genus humanũ. vel potius naturã humanã quia ſubdit. Ne carnea diſtent ſpiritui. i. humanitas a diuinitate. Utrũq;. ſ. hũanitas vni modis cõpagib⁹. i. iũcturis vtraq; vnum faciẽtibus.

Nõ ſapimus: cõiungat amor. qð viuim⁹: vno
Cõſpiret ſtudio. nil diſſociabile firmum eſt.
Ubiq; homini atq; deo mediũ interuenit ieſus:
Qui ſociat mortale patri: ne carnea diſtent
Spiritui æterno: ſitq; vt deus vnus vtrunq;.
Sic quicquid gerim⁹ mẽtiſq; ⁊ corporis actu:
Spiritus vnimodis texat compagib⁹ vnus.
Pax plenũ virtutis op⁹. Pax ſumma laborꝫ.
Pax belli exacti preciũ eſt: preciũq; pericli.
Sydera pace vigent. cõſiſtunt terrea pace.
Nil placitũ ſine pace deo. nõ munus ad aram
Cum cupias offerre: probat: ſi turbida fratreꝫ
Mens impacati ſub pectoris oderit antro.
Nec ſi flãmiuomis chriſti ꝑ nomine martyr
Ignibus inſilias ſeruans inamabile votum
Bile ſub obliqua: precioſam proſit Ieſu
Impẽdiſſe animã: meriti quia clauſula pax eſt.
Nõ inflata tumet. nõ inuidet æmula fratri.
Omnia perpetitur patiẽs: atq; omnia credit.
Nunq̃ læſa dolet. cũcta offenſacula donat.
Occaſum lucis venia præcurrere geſtit
Anxia: ne ſtabilẽ linquat ſol conſcius iram.

Pax eſt preciuꝫ .i. merces ſiue premium. Belli exacti. i. finiti. Et pericli ſubeuntati.

Sydera pace. q̃a in coelo nulla eſt perturbatio ſꝫ ſumma quies atq; cõſtantia. Terrea i. hoies i terra habitantes. Conſiſtunt pace. queadmodum diſſipant diſcordia. Sine pace. i. ſine animi tranquillitate ⁊ odij vacuitate. Nõ probat. ſubaudi de⁹ Ex Mach. cap. v. Pectoris impacati. i. nõ habẽtis pacẽ cuꝫ proximo. Antro. i. receſſu cordis penetrali.

⁊ accipit pacẽ ꝑ charitate. vñ ſubdit ex Ep̃la ad corin. pri. ca. xiij. Ignib⁹ flãmiuomis. qð ap̃ls ait. ſi tradidero corp⁹ meũ ita vt ardeã charitatẽ aũt nõ habuero nihil mihi ꝓdeſt. Seruãs inamabile votũ. i. nõ habẽs charitatẽ. Bile ſub obliq̃. i. irat⁹ primo. Proſit. iũge cũ superiori. nec. nec ꝓſit. Ieſu. xp̃o vitã dediſſe. Clauſula. i. in qua includitur omnis chriſtiana virtus: que ſola meritoria eſt. Pax. pro charitate vt ſupra. Nõ inflata. omnia hec ex apoſtolo vbi ſupra. Offenſacula donat. i. remittit offenſas. Anxia. i. ſollicita. Precurrere occaſum. i. antea ꝙ ſol occidat. Ex apoſtolo Epheſi. iiij. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Sol conſcius. ideſt tu ſole teſte nõ relinquas iram.

Litare deo.i.adeo aliquid ſacrificio impetrare.nam illud eſt litare. Liquido odore.alludit ad iudeorum holocauſta ex quibus incenſis aſcendebat fumus ad dominū quaſi illum oblectaturus. Liquidum vero appellat odorem ex flammis reſolutū. Perſius. Tot tibi cum inflammas tunicū omenta liqueſcant. Ad donaria.loca in templo quo dona feruntur. Vergi.iij.geor. Imparibus ductos alta ad donaria currus. Columbis niueis. Ex euāgelio mat. c.x. Eſtote prudē tes ſicut ſerpētes.

Colubrū plumatum.i. prudentiaꝫ ſerpētis. Tenera veſte pennarū. .i.ſub mollib⁹ plumis colūbarum.

Ingenio rimante internoſcere. i. inquirente ad dignoſcere. Mixtū. ideſt quod ſe vult immiſcere vt decipiat. Lupus ex eo quod ſcribitur Matthei.vij. attē dite a falſis prophetis ⁊c. Rict⁹ agninos. cum rictus proprie ſint ferarum et carniuororum animalium. Fotinus et arrius. iſignes heretici. Diſcrimina noſtra. quando paulo ante vulnerata ſum. Dedit gemituꝫ. recordata vulneris a concordia accepti.

Quiſqꝫ litare Deo mactatis vult holocauſtis:
Offerat in primis pacē.nulla hoſtia Chriſto
Dulcior.hoc ſolo ſancta ad donaria vultum
Munere cōuertens liquido oblectatur odore.
Sed tamen et niueis tradit deus ipſe columbis
Pennatum tenera plumarū veſte colubrum
Rimante ingenio docte internoſcere mixtum
Innocuis auibus.latet et lupus ore cruento
Lacteolam mentitus ouem ſub vellere molli.
Cruda per agninos exercens funera rictus.
Hac ſeſe occultantqꝫ Fotinus ⁊ Arrius arte
Immanes feritate Lupi.diſcrimina produ͞t
Noſtra recēſqꝫ cruor q̄uis de corpore ſummo:
Quid poſſit furtiua man⁹.gemitū dedit o͞mis
Virtutum populus caſu concuſſus acerbo.
Tunc generoſa Fides hæc ſubdidit.imo ſecūdis
In rebus ceſſet gemitus.Concordia læſa eſt:
Sed defenſa Fide.quin ⁊ Cōcordia ſoſpes
Germanam comitata fidē ſua vulnera ridet.
Hæc mea ſola ſal⁹.nihil hac mihi triſte recepta.
Vnum opus egregium reſtat poſt bella labori
O proceres.regni qđ tandem pacifer hæres
Belligeri armatæ ſucceſſor inermis et aulæ

Hęc ſubdidit.ideſt coepit loqui. In rebus ſecundis. ideſt pacificis. Defenſa fide.quia illam tutata ſum. Sua vulnera ridet.ideſt nihili facit me comite. Sola ſalus.quia hac ſoſpite ego ero ſoſpes. Hac recepta.ideſt a periculo liberata vt ſupra. Vnum opus.ſcilicet cōſtructio et dedicatio templi ſiue coeleſtis ieruſalem:quę non ex lapidibus manu quadratis ſed ex beatorum animis conſtruenda eſt.

Quod ſcilicet opus hoc eſt templum.per quod ſignificabatur templum hoc ſpirituale

Salomon pacifer. hoc enim ſolomon interpretatur. i. pacificus. Heres regis belligeri. i. dauid viri in bellis exercitatiſſimi vt in primo ⁊. ij. regũ legitur. Et ſucceſſor inermis. idem dicit aliis verbis. Genitoris anheli. i. dauid in bellis defatigati. De ſanguine calido. atqꝫ ideo noluit deus vt ab eo templum edificaretur. vnde in primo paralipo. cap. xxvij. nõ ędificabis mihi domũ eo ꝙ ſis bellator ⁊ ſanguinẽ multũ effuderis. Fũdatur fundari debet.

Inſtituit ſalomon: quoniã genitoris anheli
Fumarat calido regũ de ſanguine dextra.
Sanguine nam terſo templũ fundatur: ⁊ ara
Ponitur auratis chriſti domus ardua tectis.
Tunc hic ieruſalem templo luſtrata quieto
Suſcepit iam diua deum. circũuaga poſtquã
Sedit marmoreis fundata altaribus arca.
Surgat ⁊ i noſtris templũ venerabile caſtris:
Omnipotens cuius ſanctorũ ſancta reuiſat.
Nam quid terrigenas ferro pepuliſſe phalãges
Culparum prodeſt: hominis ſi filius arce
Aetheris illapſus purgati corporis vrbem
Intret in ornatam. templi ſplendentis egenꝰ.
Hactenus alternis ſudatũ eſt cominꝰ armis.
Munia nunc agitet tacitæ toga cãdida pacis:
Atqꝫ ſacris ſedẽ properet diſcincta iuuentus.
Hæc vbi dicta dedit. gradibus regina ſupbis
Deſiluit. tantiqꝫ operis Cõcordia conſors
Metatura nouum iacto fundamine templũ.
Aurea planiciem ſpaciis percurrit arundo

Domus chriſti. i. familia chriſtianorum. Ieruſalẽ diua. i. cęleſtis quę terrenã deſignat. Templo quieto ideſt pacifico: q̃a ieruſalẽ viſio pacis interpretatur. Suſcepit deum vt in ea hoc eſt animis fidelium habitaret. Arca circũuaga. habitans ex philiſtinorũ tabernaculis in domo obededõ. quo ad templũ eſt illi ędificatum a ſalomone. ex libro. ij. Regũ. cap. vi. vij. Sancta ſanctoꝝ ſicut arca in templi ſacrario fuit poſita. Phalanges terrigẽas culparum. i. vitiorum exercitum qui ex terra habet originem nihilqꝫ ſapit coeleſte. Illapſus. ideſt deſcendens de coelo. Purgati corporis. quia non ſatis eſt animã a vitiis purgatam eſſe niſi etiam ornetur quaſi ſponſa ſponſo. Egenus templi. non quod eget deus tali templo iuxta illud Pſal. xv. Bonorum meorum non eges. Sudatum eſt. elaborauimus in profligandis vitiis. Alternis. ideſt diuerſarum partium. Toga. veſtis cuius erat vſus tempore pacis. Munia et officia. Iuuentus diſcincta. ſicut econtrario in bello milites dicuntur precincti et eſſe in precinctu. Regina. ſcilicet fides. Metatura. graphice deſcriptura more eorum qui ędificaturi ſunt. Templum nouum. Iuxta illud Apocalipſis. xxi. Ieruſalem nouam deſcendentem de coelo. Arundo. hęc metiendi templi ratio ex apocalipſi tota ſumpta eſt.

Quadrent.i.in formam quadrati conſentiat. Angulus impar.i.acutus aut obtuſus hoc ē maior aut minor recto. Cōmiſſuris diſtātibus.i.in diſtantia commiſſurarum vbi duo latera in angulos coeſit. Mutilet normam.i.defraudet non conſentiendo cum illa. eſt autem norma hiſpane el cartabon. Argutam autem vocat.i.ingenioſam quia deprehendit errata. Symmetra diſſona.i.commenſurationes diſcordantes. Auroræ.clara eſt deſcriptio ternaruꝫ a quattuor mundi lateribus portarum. Saxuꝫ ſtructile.ideſt quale aliorū ędificiorum. Sed gēma caua. vt ex foratura in ędificio poſſit colligari.

Veſtibulū penetrabile.i.per quod introitus eſt ad tēpli penetralia.

Nomina biſſena.i.duodecīꝫ apoſtolorum. Spiritꝰ his titulis. quid ſibi velint nomīa duodecim apoſtolorum oſtendit dicens qđ ſpiritus ideſt ſenſus ſpiritualis. Ambit.i.inquirit. Arcana.i.ſecreta quędam myſtica. His titulis.ſcilicet duodecim nominum.

Dimēſis: quadrēt vt quattuor vndiqꝫ frontes.
Ne commiſſuris diſtātibꝰ āgulus impar
Argutā mutilet per diſſona ſymmetra normā.
Auroræ de parte tribus plaga lucida portis
Illuſtrata patet. triplex aperitur ad auſtrum
Portarum numerus. tres occidualibꝰ offert
Janua trina fores. totiens aquilonis ad axem
Pāditur alta domus. nullū illic ſtructile ſaxū:
Sed caua per ſolidū multo qꝫ forata dolatu
Gemma relucēti limē complectitur arcu.
Veſtibulū qꝫ lapis penetrabile concipit vnꝰ.
Portarum ſummis inſcripta in poſtibus auro
Nomina apoſtolici fulgent biſſena ſenatus.
Spiritꝰ his titulis arcana recondita mentis
Ambit: ⁊ electos vocat in præcordia ſēſus.
Quaqꝫ hoīs natura viget: quaꝫ corpore toto
Quadrua vis animat: trinis ingreſſibꝰ aram
Cordis adit. caſtis qꝫ colit ſacraria votis.
Seu pueros ſol pmꝰ agat: ſeu feruor ephebos
Incēdat nimiꝰ: ſeu conſumabilis æui

Vocat in pręcordia.ideſt ad intimam cogitationem reducit. Senſus electos.ideſt exquiſitos. Quaqꝫ hominis. Ordo eſt: ſpiritus adit aram cordis. qa ſacrificium deo ſpiritus contribulatus et cor contritum. Trinis ingreſſibus. ſubaudi ab vnoquoqꝫ quattuor laterum vt ter quattuor reddant numerum apoſtolorum. Qua viget natura hominis.quia a corde eſt fons ⁊ origo totius vigoris. Quadrina vis.quę per quattuor templi latera deſignantur; ſunt quattuor hominis ętates que quattuor quoqꝫ partibus diei aut anni coequantur. Prima pueritię a media nocte ad ortum ſolis. Secunda adoleſcentię ab ortu ſolis ad meridiem. Tertia ętatis perfectę.a meridie ad occaſum. Quarta ſenectutis.ab occaſu ad mediam noctem. Agat.ideſt regat. Ephebos.ideſt adoleſcentes. Aeui conſumabili.ideſt ętatis conſumate et perfecte.

 

Etas boree.i.ſenecta que reſpondet illi parti diei in qua ſol ab occaſu tendit ad ſeptē-trionem.ſed poſuit anapeſtum pro ſpondeo in ſexto loco. Ad pia ſacra.quia etas religi-oni vacare debet. Trinum.ſ.portarum. Ad quadrina compita.i.quattuor laterū cō-curſus. Totidem gemmarum.de quibus in Apocalypſi cap.xxi. Animas celorum vi-uentes.i.colores viuos per quos aie deſignantur. Profundo liquido.i.fundamentis ꝛ

Perficiat lux plena viros:ſiue algida boree
Aetas decrepitā vocet ad pia ſacra ſenectā.
Occurrit trinum quadrina ad cōpita nomē:
Quod bene diſcipulis diſponit rex duodenis.
Quin etiam totidē gemmarum inſignia textis
Parietibꝰ diſtincta micāt:animasqꝫ colorū
Viuētes liquido lux euomit alta profundo.
Ingēs chryſolitus natiuo interlitus auro
Hinc ſibi ſapphyrū ſociauerat inde beryllum:
Diſtātes que nitor mediꝰ variabat honores.
Hinc chalcedō hebes perfūditur ex hiacynthi
Lumine vicino.nam forte cyanea propter
Stagna lapis cohibēs oſtro fulgebat aquoſo.
Sardonychē pigūt amethyſtina.pigit hiaſpis
Sardoniū iuxta appoſitū.pulcher qꝫ topazō.
Has inter ſpecies ſmaragdina gramine verno
Prata virēt.voluitqꝫ vagos lux herbida fluctꝰ.
Te quoqꝫ cōſpicuū ſtructura interſerit ardens
Chriſopraſe.ꝛ ſydus ſaxis ſtellantibus addit.
Stridebat grauidis funalis machina vinclis
Immēſas rapiēs alta ad faſtigia gemmas.
At domus interior ſeptē ſubnixa columnis

medio diaphanō ꝛ pellucenti. Interlitus auro.habet enim chryſolitus maculas aureas. vnde et nomen. Hinc inde itaqꝫ ipſe erat medius. Diſtantes honores.i.pulchritudines.i.ex varietate colorum. Vergilius primo ene. letos oculis afflarat honores. Calcedon hebes.ideſt ſubobſcurꝰ. Perfunditur.i.eiꝰ color excitatur. Lapis.ſcilicet cyaneus.hic eſt quē ſeculo noſtro turchium dicimus propter ſtagna cyanea que ſunt in ponto ſiue in ſicilia vnde dictꝰ lapis vt vult poeta. aſtro aquoſo.id purpura marina. Pingunt varietate.colorum.vt Vergilius.pingit vacinia caltha. Prata ſmaragdina. ideſt ſmaragdi colorem prata habētia tempore verno. Lux herbida.ideſt coloris herbacei lapis. Fluctus vagos.i. colores fluctuū marinorū.qui virides ſunt.Martialis.duaſqꝫ ſimiles fluctibus pares gemmas. de ſmaragdis loquitur. Chryſopraſe.gemma viridis maculas habens aureas vnde nomen habet. Sydus.ideſt ſyderis ſplendorem.Columela ſic dixit.terreſtria ſydera flores. Machinafunalis. throclea ꝛ epagon dicitur a grecis.
Vinclis grauibus.ideſt craſſis et robuſtis funibus.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

Cryſtalli algentis vitrea de rupe reciſis
Conſtruitur: quarũ tegit edita calcul⁹ albens
In conũ cæſus capita: ⁊ ſinuamina ſubter
Subductum cõchæ in ſpeciẽ: qđ mille talẽtis
Margaritarum ingens opib⁹ ⁊ viribus arte
Adductis animoſa fides mercata pararat.
Hoc reſidet ſolio pollens ſepientia: ⁊ omne
Conſilium regni celſa diſponit ab aula:
Tutãdiq; hominis leges ſub corde retractat.
In manibus dominæ ſceptrũ nõ arte politũ:
Sed lignũ viuũ eſt. viridi quod ſtirpe reciſum
Quamuis nullus alat terreni ceſpitis humor:
Fronde tamẽ viret icolumi. tũc ſãguine tictis
Intertexta roſis candentia lilia miſcet
Neſcia marcenti florem ſubmittere collo.
Huius forma fuit ſceptri geſtamẽ aaron
Floriferum ſicco. qđ germina cortice trudens
Explicuit tenerum ſpe pubeſcente decorem:
In q; nouos ſubito viruit virga arida foetus.
Reddimus æternas indulgentiſſime doctor

Cryſtalli algentis. quia cryſtallus eſt aqua congelata et lapis qui ex mediis niuibus eruitur. Rupe vitrea. i. niuibus ⁊ glacie congelata. Quarum edita. i. altitudinem columnarum hoc eſt culmen. Ceſus in conum. i. formatus in cacumen. quod a grecis epiſtylium hieronymus capitellum interpretatur. Subductum capita. i. habent in capita ſubducta hoc eſt a parte inferiori excauata: et ſinnoſa. In ſpeciem conche. hoc eſt ſtriate ſiue canaliculate. petaſum greci vocãt partes que ex colũne epiſtylio propendẽt. Quẽ. ſcilicet. calculum albentem. Fides pararat. i. comparauit. hic eſt ille calculus albus q̃ in euangelio dicitur preciosa margarita: quam qui inuenit homo abijt ⁊ vendidit oia que habuit ⁊ emit eam. per quã chriſtus intelligitur.

Hoc ſolio. i. templo in quo eſt ſolium. Tutãdi hominis. i. humane reipub. cõſeruãde Sceptrũ. inſigne regiũ. Lignũ viuũ. ſemp virens Humor alat. per radices. Viret fronde. i. habet frondes virides. Miſcet lilia. cum ſceptri frondibus. Sanguine incolumi. i. vigente ⁊ non corrupto: vt roſe imitentur ſanguinis viui colorem. Collo marcenti. i. languido quod fit cum lilia flacceſcunt. Forma huius ſceptri. i. virga aaron fuit ſimilis huic ſceptro. nã quemadmodũ legitur in libro numerorũ cap. xvij. Virga aaron floruit inter ceteras virgas filiorum iſrael. que poſita eſt in tabernaculo teſtimonij a moſe.

Qđ. ſ. geſtamen aaron. i. virga. Trudens. i. emittens. Germinauit inquit virga aarõ. et turgentibus gẽmis eruperant flores qui folijs dilatatis in amygdalas deformati ſũt.

Explicuit tenerũ decorẽ. ideſt ſparſit flores teneros nimia pulchritudine. Spe pubeſcente. i. flore in quo eſt fructus ſpes germinante. In nouos foetus. ſ. amygdalinos.

Reddimus concluſio eſt operis conueniens principio. Indulgentiſſime. i. qui nos

moſliter et dedicate tractas. Reddimus grates.pro agimus atq; repetimus. Meritos honores.i.debitos. Nam cor.q.d.corde non poſſumus quia indigni igitur ore. Tu nos. ſenſus eſt.tu feciſti vt cognoſcere poſſemus hanc compugnantiam anime ſecum: id quod intra nos metipſos ſentimus. Ordo eſt.tu voluiſti nos agnoſcere. Pericula latebroſa.i. vnde imminet nobis periculum latens Operti corporei.i.quod occultum intra nos latet de quo pſal. ab occultis meis munda me. Animę luctantis.i.ſecum compugnātis. Ancipites ſenſus. de quibus apoſtolus. Ro.vij. video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee. Creſcere indole.i. vincere rationem.

Grates chriſte tibi: meritoſq; ſacramus honores
Ore pio.nam cor vitiorum ſtercore ſordet.
Tu nos corporei latebroſa pericula operti
Luctantisque animæ voluiſti agnoſcere caſus.
Nouimus ancipites nebuloſo in pectore ſenſus
Sudare alternis conflictibus:& variato
Pugnarum euentu nunc indole creſcere dextrā:
Nunc inclinatis ceruicibus ad iuga vitæ
Deteriora trahi:ſeſe que addicere noxis
Turpibus:& propriæ iacturam ferre ſalutis.
O quoties animam vitiorum peſte repulſa
Senſimus incaluiſſe Deo: quoties tepefactum
Coeleſte ingenium poſt gaudia candida tetro
Ceſſiſſe e ſtomacho.feruent bella horrida.feruēt
Oſſibus:atq; incluſa fremit diſcordibus armis
Non ſimplex natura hominis.nam viſcera limo
Effigiata premunt animum.contra ille ſereno
Editus afflatu nigrantis carcere cordis
Aeſtuat:& ſordes arcta inter vincla recuſat.
Spiritibus pugnant varijs lux atq; tenebræ.
Diſtantes que animat duplex ſubſtantia vires:
Donec præſidio Chriſtus Deus adſit: & omnes
Virtutum gemmas componat ſede piata.

Ad iuga deteriora.i. vinci et trahi ſub iugum peccati. Animam incaluiſſe deo cum ſuperauit vitia. Tepefactum.ex ardore illo diuino remiſſum Ceſſiſſe.i. fuiſſe victum. Stomacho tetro.i.turpi ſenſu. hoc eſt male ſentiē do. Oſſibus.i.intra nos ipſis medullis. Non ſimplex: q2 ex altera pte rōnalis ex altera irrōnalis pugnat. Viſcera.i.pars irrationalis q̄ corporis cōtagio tendit in malū. Editus afflatu ſereno.i. coeleſtem habens originē. Lux et tenebrę.i.ratio et appetitus. Duplex ſubſtantia. idem dicit. Diſtantes.i. diuerſas atq; contrarias. Deus adſit:quia ſine dei gratia ex tali pugna non poſſumus euadere victores. Sede piata.in regno cęlorum. Peccatū regnauerat.ſ.in homine. Atria templi. vt deus in illo habitet. Spectamine morum.i.moribus ſpectatis hoc eſt virtutibus perfectis Sapientia de qua dicitur Prouer.ix.ſapientia edificauit ſibi domum.

Oblectata.ſ. anime ornamentis: vt cum illa meat nuptias. Aeternū regnet nomen pro aduerbio. Verg.vi. eū ſedet æternumq; ſedebit.

Atq; vbi peccatum regnauerat: aurea templi
Atria conſtituens: texat ſpectamine morum
Ornamenta animæ: quibus oblectata decoro
Aeternum ſolio diues Sapientia regnet.

Finis.

# Aurelij Prudentij Clementis. V.C. Apotheoſis

## Hymnus de Trinitate.

EſSt tria ſumma deus. trinum ſpecimen. vigor vnus.
Corde patris genita eſt ſapientia: filius ipſa eſt.
Sanctus ab æterno ſubſiſtit ſpiritus ore.
Tempore nec ſenio: pater eſt. nec numine maior.
Nam ſapiens retro ſemper deus edidit ex ſe
Per quod ſemper erat gignenda ad ſæcula verbum.
Edere ſed verbum patris eſt. at cætera verbi
Adſumptū geſtare hominem. reparare peremptum.
Conciliare patri. dextraq; in ſede locare.
Spiritus iſta dei complet. deus ipſe fideles
In populos chariſsima ſuum diffundere promptus
Et patris et Chriſti virtutem in corpora tranſfert.

## Hymnus in infideles.

ESt vera ſecta: te magiſter conſulo:
Rectam ne ſeruamus fidem?
An viperina non cauemus dogmata:
Et neſcientes labimur?
Arctam ſalutis vix viam diſcernere eſt
Inter reflexas ſemitas:

Tam multa ſurgunt perfidorum compita
  Tortis polita erroribus:
Obliqua ſeſe conferunt diuortia
  Hinc inde textis orbitis:
Quas ſiquis errans ac vagus ſectabitur
  Rectum relinquens tramitem:
Scrobis latentis pronus in foueam ruet:
  Quam fodit hoſtilis manus.
Manus latronum: quæ viantes obſidet
  Iter ſequentes deuium.
Quid non libido mentis humanæ ſtruat?
  Quid non malorum pruriat?
Statum laceſſunt omnipollentis dei
  Calumnioſis litibus.
Fidem minutis diſſecant ambagibus:
  Ut quiſquis lingua eſt nequior.
Soluũt: ligant que queſtionum vincula
  Per ſyllogiſmos plectiles.
Væ captioſis ſycophantarum ſtrophis.
  Væ verſipelli aſtutiæ.
Nodos tenaces recta rumpit regula
  Infeſta diſſertantibus.
Idcirco mundi ſtulta delegit deus:
  Ut concidant ſophiſtica.
De que imbecillis ſubiugauit fortia:
  Simplex vt eſſet ⁊ credere.
Lapis ecce noſtro fixus offenſaculo eſt:
  Impingat in quem vanitas:
Signum cauenti: non cauenti ſcandalum.
  Hunc ſternit: illum dirigit.
Dum plura tentat cæcus in certo gradu:
  Incurrit id: quod obuium eſt.
Fax ſola fidei eſt præferenda greſſibus:
  Ut recta ſint veſtigia.

Quos in tenebris hoſtis errantes tamen
  Pulſat: trahitq; ꝛ proterit:
Qui ſparſa ad ipſum comeantum tranſitum
  Frumenta ſæuus deuorat.
Qui læta Chriſti culta fur interpolat
  Addens auenas æmulas:
Quas de veneni lacte in herbam fertilem
  Patitur colonus creſcere:
Ne forte culmum fibra inani ſpiceum
  Simul reuulſa internecet.
Expectat ergo dum doloſa ꝛ farrea
  Feruens coquat maturitas:
Det ventilabro lecta quæque vt horreis:
  Urat recrementum focis.
Refert ſed ipſa noſſe. quæ meſſem necant:
  Zizaniorum ſemina.

Contra Hereſem: quæ patrem paſſum affirmat.

PLurima ſunt: ſed pauca loquar: ne dira relatu
Dogmata catholicam maculent
  male prodita linguam.
Ille patrem pellens ſolio detrudit in arctum
Corporis humani geſtamen: nec pauet ipſum
Obiectare neci: duro que adfigere ligno.
Paſſibilis ue deus: cuius ſpecies ꝛ imago
Nulli viſa vnquam: nec enim comprendier illa
Maieſtas facilis ſenſuue oculiſue manuue:
Joannis magni celebris ſententia præſto eſt:
Haud vnquam teſtata deum potuiſſe videri.
Ille pater quem nulla acies violenta tuendo
Eminus ardentis penetrauit acumine viſus:
Qui ſe formam hominis non induit: ꝛ deitatis
Jmmenſum adſumpto nō temperat ore modoue.

Aut euangelici pietas ſpernenda libelli
Jam blaſpheme tibi eſt:aut nunquam viſa beati
Uis intacta patris non admiſcenda caducis.
Sed tamen ꝛ patris eſt ſpecimē:quid cernere fas ſit:
Humanis aliquando oculis concurrere promptū:
Quod q̄uis hebes intuitus ſpeculamine glauco
Humentiq; acie potuit nebuloſus adire.
Quiſque hominum vidiſſe deuz memoratur:ab ipſo
Infuſum vidit natum.nam filius hoc eſt
Quod de patre micans ſe preſtitit inſpiciendum
Per ſpecies:quas poſſit homo comprendere viſu.
Nam mera maieſtas eſt infinita:nec intrat
Obtutus aliquos:ni ſe moderamine formet.
Hoc vidit princeps generoſi ſeminis Abram
Jam tunc dignati terras inuiſcere Chriſti
Hoſpes homo in triplicem numen radiaſſe figuram.
Hoc conluctantis tractarunt brachia Jacob.
Ipſe dator legis diuinæ accedere coram
Juſſus amicitiæ conlato qui ſtetit ore:
Comminus et ſacris coniunxit verba loquelis:
Carnis in effigie Chriſtum ſe cernere ſenſit.
Sed maiora petens animum per vota tetendit
In conceſſa homini pluſquam mortale laborans
Ipſum quantus erat ſine corpore viſere Chriſtum.
Denique poſt multi ſermonis mutua:poſtq;
Conſpectum preſentis heri:ꝛ conſortia longa:
Quæſo ait:vt liceat te nunc deus optime noſſe.
Reſpondit dominus:mea non me cernere iuſtis
Poſteriora dabo:quod apertius abſque aliena
Quam ſumat facie verbum non poſſe videri:
Poſſe tamen cum malit idem nunquam patre viſo
Terrenis oculis habitu ſe oſtendere noſtro.
Sæpe et in angelicas vel mortales moderatum
Induci ſpecies queat.vt ſub imagine cerni

Hoc verbum eſt. quod vibratū patris ore benigno
Sumpſit virgineo fragilem de corpore formam.
Inde figura hominis non dum ſub carne Moyſi
Obiecta effigiem noſtri ſignauerat oris.
Quod quandoq; deus verbi virtute coactum
Sumpturus corpus faciem referebat eandem.
Sed tamen ⁊ ſentum viſa eſt excita cremare
Flamma rubum. deus in ſpinis volitabat acutis
Vulnificaſq; comas. innoxius ignis agebat.
Eſſet vt exemplo deus inlapſurus in artus
Spiniferos ſudibus. quos texunt crimina denſis.
Et peccata malis hirſuta doloribus implent
Inculto nam ſtirpe frutex vitioſus iniquis
Luxuriam iurgis inhoneſto effundere ſucco
Coeperat. ⁊ nodos per acumina crebra ligabat
Cernere erat ſteriles ſubito ſplendeſcere frondes.
Accenſiſq; folijs magno impete late
Conlucere deum. nec ſpinea lædere texta
Lambere ſanguineos fructus. et poma cruenta
Stringere mortiferi vitalia germina ligni.
Quandoquidem triſtes purgātur ſanguine culpæ.
Quem contorta rubus denſis cruciatibus edit.
Ergo nihil viſum niſi quod ſub carne videndum
Lumen. imago dei. verbum deus. ⁊ deus ignis.
Qui ſentum noſtri peccamen corporis implet.
Nam lucis genitor verbi ſator auctor. ⁊ ignis
Creditur extra oculos vt apoſtolus edocet author.
Qui negat intuitu fontem deitatis adiri.
Credite. nemo deum vidit. mihi credite. nemo.
Viſibilis de fonte deus. non ipſe dei fons
Viſibilis cerni potis eſt. qui naſcitur. at non
Innatus cerni potis eſt. lactet os patris illud.
Unde deus. qui viſibilem ſe præſtitit olim
Tale aliquid formans in ſeſe. quale ſecuta eſt

Paſſio.quæ corpus ſibi vendicat.ardua nam vis
Eſt impaſſibilis.quoniam natura ſuperni
Ignis ad horrificas neſcit deſcendere poenas.
Nec capit humanis angoribus excruciari
Pura.ſerena.micans.liquido prælibera motu.
Subdita nec cuiquam dominatrix vt pote rerum.
Cui non principium de tempore.ſed ſuper omne
Tempus.et ante diem maieſtas cuꝫ patre ſummo.
Immo animus patris.⁊ ratio.⁊ via conſiliorum.
Quæ non facta manu.nec voce creata iubentis
Protulit imperium patrio ructata profundo.
Hanc igitur non flagra ſecant.non ſputa ſaliuis
Aſpergunt.alapis non vexat palma reliſis.
Nec perfoſſa cruci clauorum vulnera figunt.
His affecta caro eſt hominis.quā foemina prægnās
Enixa eſt ſub lege vteri.ſine lege mariti.
Ille famem patitur.fel potat.et haurit acetum.
Ille pauet mortis faciem.tremit ille dolorem
Dicite ſacrilegi doctores.quia patre ſummo
Deſertum iacuiſſe thronum contenditis.illo
Tempore quo fragiles deus eſt in lapſus in artus.
Ergo pater paſſus? quid non malus audeat error?
Ipſe puellari conceptus ſanguine creuit.
Ipſe verecundæ diſtendit virginis aluum.
Et iam falſiloqua eſt diuini pagina libri.
Que verbum in carnis loquitur fluxiſſe figuram.
At non qui verbi pater eſt caro factus habetur.
Fige gradum ſcriptura tuum.nil mobile.et anceps
Adfirmaſſe decet.pater eſt quem cernere nulli
Eſt licitum.pater eſt qui nunquam viſus in orbe eſt.
Nec mundana inter radiauit lumina coram:
Verbum conſpicuum miſit.miſſum que recepit.
Cum voluit.verbo præſtrinxit viſcera puræ
Virginis.et verbo ſtruxit puerilia membra.

Ipſe quidem in terris virtute ⁊ numine præſens
Semper adeſt quocunq; loci. nec pars vacat vlla
Maieſtate patris. nuſquam eſt genitor deus abſens
Per verbum. ſed ſemper adeſt. atq; inde Philippo
Chriſtus ait. tanto tecum iam tempore verſor.
Et patrem te noſſe negas. quem perſpicis in me
Eſt inuiſibilis donum patris edere natum
Viſibilem. per quem valeat pater ipſe videri.
Nec ſolis ſanctorum oculis. ſed lumine caſſis.
Cæcorum cæcos loquor. atra ſecordia quorum
Corde tenebroſo verum perpendere neſcit.
Quem ſi perſpicuum mortalibus inficiaris
Fare age. quem videar Babylonis ab arce tyranni
Innocuas inter flammas procul ex ſpaciantem
Calcantem rapidos inaduſtis fratribus ignes
Nempe ait. o proceres tres vaſta incendia anhelis
Accepere viros fornacibus. additus vnus
Ecce vaporiferos ridens interſecat ignes
Filius ille dei eſt. fateor quem victus adoro
Inriſas remouere faces. tedaſq; tepentes
Subtrahite. friget ſuccenſi ſulphuris ardor.
Filius haud dubium eſt. ait hæc miracula rerum.
Quem video deus ipſe. dei certiſſima proles
Imperat. immenſis ardoribus. ⁊ domat iras
Inſultans famulante rogo. piceos que furores
Comprimit. ⁊ rabiem flammarum algeſcere cogit
Barbaricos calida aura ſinus non tangere iuſſa
Præterit. ⁊ tenues ſtridens tranſcurrit amictus
Ipſe per Aſſyrias metuit vapor ire tiaras
Ne coma. fuſa humeris fumo obſordeſcat amaro.
Hæc ait. ⁊ varios iubet obmuteſcere cantus
Organa. ſambucas. citharas. calamoſq;. tubaſq;.
Stulta ſuperſtitio tacuit. vox feſta quieuit.
Quæ male conſpicuæ celebrabat imaginis aurum

## Apotheoſis.

Carmina ſanctorum reſonant iam ſola virorum
Concentu triplici regem laudantia coeli
Qui mare. qui terras. qui lucida ſydera fecit
Ignibus ⁊ medijs ſecuros texit alumnos.
Semper in auxilium ſermo patris omnipotentis
Deſcendit ſeruando homini. mortalia ſemper
Admiſcenda ſibi proprio curauit amore.
Ut ſocianda caro. dominoqꝫ implenda perenni
Degenerem vitam. quæ tunc animalis agebat
Exemplo mutaret heri. ſimileſqꝫ per artus
Cernere conſortem terreni adſueſceret oris.
Participemqꝫ ſuum viſu velut obſide noſſe.
Et conſanguineo Paulatim accedere Chriſto.
Ergo animalis homo. quondam nunc ſpiritus illum
Tranſtulit ad ſuperi naturam ſeminis. ipſum
Infundendo deum mortalia viuificantem.
Nunc noua materies ſolidata intercute flatu.
Materies. ſed noſtra tamen de virgine tracta
Exuit antiquæ corrupta exordia vitæ.
Immortale bonum proprio ſpiramine ſumens.
Filius ille hominis. ſed filius ille tonantis
Iam ſolum vultum patris aſpicit. ⁊ videt ipſum.
Nemo patrem nouit. niſi filius. ⁊ cui monſtrat
Filius. ⁊ noſtri mediator. ⁊ omnipotentis.
Denique concludam breuis vt compendia ſummæ.
Non pater in carnem deſcendit. ſed patris arcem
Sumpta caro aſcendit. natus per vtrumqꝫ cucurrit.

## Contra Unionitas. i. Sabelianos hæreticos.

CEde profanator Chriſti: iam cede Sabelli.
Depoſitorqꝫ patris: nati que inſane negator.

Nonne patrem violas: dum natum ſcire recuſas?
Quandoquidem non eſt genitor. niſi filius extet.
Nec vocitare patrem potis es: quem germine fraudas.
Sed fortaſſe velis patriæ pietatis honore
Deſpoliare deum contentus nomine nudo
Quod deus eſt. adimaſqꝫ decus patris: ⁊ generis vim:
Et quis in idolio recubans inter ſacra mille:
Ridiculoſqꝫ deos venerans ſale. ceſpite. ture
Non putat eſſe deum ſummum ⁊ ſuper omnia ſolum:
Quamuis Saturnis. Iunonibus. ⁊ Citheræis.
Portentiſqꝫ alijs fumantes conſecret aras?
Attamen in coelum quoties ſuſpexit: in vno
Conſtituit ius omne deo: cui ſeruiat ingens
Uirtutum ratio varijs inſtructa miniſtris.
Quæ gens tam ſtolida eſt animis? tam barbara linguis?
Quæ ve ſuperſtitio tam ſordida? quæ caniformem
Latrantemqꝫ throno coeli præponat Anubim.
Nemo Cloacinæ. aut Tiphonæ ſuper aſtra deabus
Dat ſolium: quamuis ſolidam perſoluat acerram:
Sacrilegiſqꝫ molam manibus rimetur ⁊ exta.
Conſule barbati deliramenta Platonis:
Conſule ⁊ hircoſus Cynicus quod ſomniat: ⁊ quos
Texit Ariſtoteles torta vertigine neruos:
Hos omnes quamuis anceps labyrinthus ⁊ error
Circumflexus agat: quamuis promittere ⁊ ipſi
Gallinam ſoleant aut gallum: clinicus vt ſe
Dignetur præſtare deus morientibus æquum:
Cum ventum tamen ad normam rationis ⁊ artis
Turbidulos ſenſus. ⁊ litigioſa fragoſis
Argumenta modis concludunt numen in vnum:
Cuius ad arbitrium ſphæra mobilis atqꝫ rotunda
Uoluatur: ſeruentqꝫ ſuos vaga ſydera curſus.
Non recipit natura hominis: modo quadrupes ille
Non ſit: ⁊ erecto ſpectet coeleſtia vultu:

Non recipit:neget vt regimen pollere ſupremum.
Iſtud ꝛ ipſe Numæ tacitus ſibi ſenſit aruſpex.
Semifer ꝛ Scottus ſentit cane milite peior.
Sed nos qui dominum libris ꝛ corpore iam bis
Vidimus:ante fide mox carne ꝛ ſanguine coram.
Quinqꝫ voluminibus vatum Cruce teſte probatis:
Rimantes digitos coſtarum in vulnera cruda
Merſimus.ꝛ manuum viſu dubitante lacunas
Scrutati æternum regem cognouimus Jeſum.
Abiurare deo titulum nomenqꝫ paternum
Credimus eſſe nefas:qui regem protulit ex ſe
Non regem populi Parthorum aut Romulidarum:
Sed regem ſummæ ꝛ mediæ rationis ꝛ imæ.
Atqꝫ ideo rerum dominum ꝛ ſuper omnia regem
Carnis habet medium.ſummum patris.ꝛ ſtygis imum.
Defluit his gradibus:rurſuſqꝫ reuoluitur in ſe.
Eſt deus.eſt ꝛ homo.fit mortuus.ꝛ deus idem eſt.
Omnia percurrit naturæ munia pronæ:
Vt curſum patris in gremium replicata reportet:
Mortua quæ fuerant:ipſos quoqꝫ ſubuehat artus.
Hæc fore cum veterum cecinissent organa vatum:
Nos oculis.manibus.congreſſu.voce.loquela
Experti heroum tandem intelleximus orſa
Priſcorum:ꝛ viſo patefacta oracula Chriſto.
Hæc eſt noſtra ſalus.hinc viuimus.hinc animamur.
Hoc ſequimur.nunquam detracto nomine nati
Appellare patrem.patris ꝛ ſine nomine nunquam
Natum noſſe deum.nunquam niſi ſanctus ꝛ vnus
Spiritus interſit:natumqꝫ patremqꝫ vocare.
Sic tamen hæc conſtare tria:vt ne ſepare ductu
Tris faciam.tribus his ſubſiſtat ſed deus vnus.
Nec pater ipſe autem:qui filius.vt quia natum
Scimus ab innato:vere pater ꝛ ſata vere
Sit ſoboles:nec ſit genitor ſibi filius ipſe.

Siue pater natus fuerit. ſiue ipſe repente:
Perquam ridiculum eſt ⁊ futile: natus vt ex ſe
Naſcendi noua materies: ac ſe deus vltro
Ediderit: natumqꝫ ſibi ſe fecerit ipſum.
Nil falſum aut mendax diuina vocabula fingunt.
Qui pater eſt: gignendo pater. tum filius ex hoc.
Filius authore vt genitus quod ſit patre ſummo
Sumꝰ ⁊ ipſe tamē. nec eī̄ minor aut patre diſpar.
Unde in vtroqꝫ operis forma indiſcreta: niſi omnē
Uim maieſtatis patriæ generoſus haberet
Filius: idqꝫ deus genitor quod filius eſſet.
Pergunt vlterius ſcrutantes. quid ſit id ipſum
Gignere: ſi fas eſt humanos tendere ſenſus
Uſqꝫ ad ſecretum: quod tempora cuncta dieſqꝫ
Præuenit antiquos: et principium ſuper ipſum
Eminet: ⁊ quodcūqꝫ poteſt homo quærere: trāſit.
Cum ſit difficilis via noſcere principiorum
Semina: cui dabitur mortali exquirere: quid nam
Ultra principium deus egerit: aut quo pacto
Ediderit verbum: quod principio caret omni.
Hoc ſolum ſcimus: qnod traditur eſſe deum quod
Non genitus genitor generauerit: vnus ⁊ vnum.
Integer integrum. non coeptum ſed tamen ortuꝫ:
Et conperpetuum retro patri: ſed patre natum.
Sed nec deciſus pater eſt: Ut pars patris eſſet
Filius: extendens nec ſe ſubſtantia tractum
Produxit: minuit ve aliquid de numine pleno:
Dum mutata nouum procudit portio natum.
Non conuertibilis: nec demutabilis vnquam
Eſt deus: aut gignendo aliquid ſibi detrahit: atqꝫ
Totus et ex toto deus eſt de lumine lumen.
Quando autem lumen ſine lumine? quando refulgens
Lux fulgore caret? quando eſt vt prodigus ignis
Ignem deminuat? quando pater et deus ⁊ lux

Apotheoſis.

Non lucis deus & pater eſt: qui ſi pater olim
Non fuit: & ſerum genuit poſt tempora natum:
Fit nouus: inq; nouum ius proficit. abſit vt vnquam
Plenus proficiat: qui non eget incremento.
Et deus. & genitor. lumenq;. & gloria ſemper
Ille fuit: nec poſt ſibi contulit: vt pater eſſet.
Sic fit vt æternum credamus cum patre Chriſtum
Illo authore ſatum: cui nullus præfuit author.
Hæc tu ſi dubitas nati myſteria Chriſti
Perdite: catholica non es de plebe: ſed vnus
De grege turifero venerator deucalionum.
Deuotus cippo. ficulni ſtipitis vnctor.
Quin potius ſcrutare dei ſignacula in ipſo
Fonte vetuſtatis. percurre ſcrinia primi
Scriptoris: quem non Bardus pater. aut auus augur.
Fabula nec veteris famæ. nec garrula nutrix.
Nec ſago clangore loquax & ſtridula cornix
Rem docuere dei. ſed coram proditus ipſe:
Ipſe deus trepidum mortalem mitis amico
Imbuit alloquio: ſeq; ac ſua ſumma retexit.
Nimirum meminit ſcriptor doctiſſimus illo
Orbis principio non ſolum nec ſine Chriſto
Informaſſe patrem facturæ plaſma nouellæ.
Fecit ait condens hominem deus: & dedit olli
Ora dei: quidnam eſt aliud quam dicere ſolus
Non erat: atq; deo deus adſiſtebat agenti:
Cum dominus faceret domini ſub imagine plaſma:
Chriſtus forma patris. nos Chriſti forma & imago
Condimur in faciem domini bonitate paterna
Venturo in noſtram faciem poſt ſecula Chriſto.
Poſſum multa ſacris exempla excerpere libris
Ni refugis: quæ te doceant non in patre ſolo
Vim maieſtatis poſitam: ſed cum patre Chriſtum
Eſſe deum: velut ille ait genealogus idem.

A domino dñs flammas pluit in Sodomitas.
Quis dominus? de quo domino? ſi ſolus ab arce.
Syderea ſpectat pater: aut ardeſcit in iras?
Filius armatam domini patris ignibus iram
Spargebat dominus. ſunt vnum fulmen vtrãq́;.

Aduerſus Iudæos.

Hec ſi iudaicos ſic intellecta rigaſſent
Auditus: ſtupidas vt poſſent tãgere fibras:
Audiſſent dominũ virtutum: qui per eũtes
Venerat vt ſeruaret oues. ſ; ab aurib9 oĩs
Fluxerat ornatus: caput & iam coctile Baal
Finxerat: auriculas que ſuo ſpoliarat honore.
Dux populi peccantis adeſt de monte coruſci
Luminis: alloquio que dei tabulas que tremendo
Inciſas digito cæca ad tentoria defert.
Sed cadit in faciem plebs non viſura profundæ
Legis in effigie ſcriptum per ænigmata Chriſtum
Infelix: quæ luce oculos præſtricta pauentes
Texerit: & preſſo faciem velarit amictu.
At nos reiecto Chriſtum velamine coram
Cernimus: atq́; deum vultu ſpeculamur aperto:
Nec ſub lege graui depreſſa fronte iacemus:
Sed legis radium ſublimi agnoſcimus ore.
Heu frondoſa prius ramis felicibus arbor:
Pinguibus heu quondam radix oleagina baccis:
Ecce tibi inſerto reuireſcit nunc oleaſtro
Truncus: & externi veſtitur cortice libri.
Iam miſerere tui. non ſe ſilueſtris oliui
Surculus exultans alieno ſtipite iactat:
Sed monet vt generis ꝓprij memor vnguine amaro
Contriſtare comas deſueſcas: ſtirpe nec imo
Inuides miſſis in celſa cacumina virgis.
Blaſphemas dominum gẽs ingratiſſima Chriſtu;.

Paſcha tuum dic dic cuius de ſanguine feſtum
Tam ſolenne tibi eſt? quis tandem cæditur agnus?
Anniculus ſacer ille tibi redeuntibus annis
Sed ſacer in pecude ſtultum eſt ſic credere ſacrum
Sanguine balantis ſummos contingere poſtes
Laſciuire choris: ſimulaginis azimon eſſe
Cum fermentati turgeſcant crimine mores.
Non ſapis imprudens noſtrum te fingere paſcha?
Legis ꝛ antiq̃ꝫ præductis pingere ſulcis
Omne ſacramentum retinet: quod paſſio vera:
Paſſio quæ noſtram defendit ſanguine frontem:
Corporeaſmq̃ꝫ domum ſignato conlinit ore.
Hanc fugit excluſis Aegyptia plaga flagellis.
Hæc regis Pharij regnum ferale reſoluit.
Deq̃ꝫ poteſtatis mundanæ grandine denſa
Eripit Abraham cum ſtirpe ꝛ gente fideli.
Abrahæ genus eſt: verum cui ſanguis in ore
Creditur: inſcriptuſq̃ꝫ rubet cui viſus in orbe
Haud dubitante fide. deus eſt deus ex patre verus.
Ille deum vidit: viſum mox credidit: at tu
Poſteritas carnis carnaliter omnia cernens
Carnis opus ſub lege geris: quam ſpiritus implet
Interior. nec enim lex coelo carnea fluxit:
Quam tu carne colis. ſed Chriſto fixa meamq̃ꝫ
Spem paritura vtero: quam ſpem niſi numinis almum
Lumen: ꝛ aduentum domini quem viderat Abræ
Prima fides: noſtriſq̃ꝫ pater promiſerat olim
Perſpiciendum oculis ꝛ legis voce probandum.
Nec ſolum legis: nanq̃ꝫ iam littera Chriſtum
Non habet: aut quæ non ſcriptorum armaria Chriſti
Laude referta nouis celebrant miracula libris?
Hebræus pangit ſtilus. Attica copia pangit.
Pangit: ꝛ Auſoniæ facundia tertia linguæ
Pilatus iubet ignorans ſicribi tripictis

Digere verſiculis. quæ ſit ſuffixa poteſtas
Fronte crucis. titulus ſit triplex triplice lingua.
Agnoſcat iudæa legens. et Græcia norit.
Et venerata deum percenſeat aurea Roma:
Quicquid in ære canore boãs tuba curua remugit.
Quicquid ab arcano vomit ingens ſpiritus hauſtu.
Quicquid caſta chelys. quicquid teſtudo reſultat.
Organa diſparibus calamis quod cõſona miſcent.
Aemula paſtorum quod reddunt vocibus antra
Chriſtũ cõcelebrat. Chriſtũ ſonat. omnia Chriſtũ.
Muta etiam fidibus ſanctis animata loquũtur:
O nomen prædulce mihi. lux. et decus. & ſpes.
Preſidium que meũ. requies o certa laborum.
Blandus in ore ſapor. flagrans odor. inrigu9 fons.
Caſtus amor. pulchra ſpecies. ſyncera voluptas.
Si gens ſurda negat ſibi tot præconia de te
Tam multas rerum voces. elementaqꝫ tantæ
Nuntia letitiæ ſtolidas intrare per aures:
Audiat inſanum bacchantis energia monſtri
Quod rabidus clamat capta inter viſcera dæmon:
Et credat miſeranda ſuis. torquetur Apollo
Nomine percuſſus Chriſti: nec fulmina verbi
Ferre poteſt agitant miſerum tot verbera linguæ:
Quot laudata dei reſonant miracula Chriſti.
Intonat Antiſtes domini. fuge cãlide ſerpens.
Exue te membris. et ſpiras ſolue latentes
Mancipium Chriſti fur corruptiſſime vexas.
Deſine. Chriſtus adeſt humani corporis vltor.
Non licet vt ſpolium rapias: cui chriſtus inhæſit.
Pulſus abi ventoſe loquitur. Chriſtus iubet exi.
Has inter voces medias Cyllenius ardens
Eiulat: et notos ſuſpirat Jupiter ignes.
Ecce Geraſſenos legio ruit aſſera porcos:
Et poſt multiplices buſti ſub rupe catenas.

Poenarum gemitus longis grũnitibus edit.
Clamarat ſed ab ore hominis cognoſcimus Jeſum
Nate Deo. nate ſceptris & germine Dauid.
Quis ſis. quid venias. qua nos virtute repellas
Nouimus. aduentuſq; tui terrore iacemus.
Hæc Judæa tuas vox non peruenit ad aures.
Peruenit mentem. ſed non penetrauit egenam
Lucis & a primis foribus diſcluſa refugit.
Audit aduentum domini. quem ſolus iberi
Veſper habet roſeus. & quem nouus excipit ortus
Laxauit Scythicas verbo penetrante pruinas
Vox euangelica. hircanas quoq; feruida brumas
Soluit: vt exutus glacie iam mollior amnis
Caucaſea de cote fluat Rodopeius hebrus.
Manſueuere Getæ. feritaſq; cruenta Geloni
Lacte mero ſitiens exanguia pocula miſcet
Libatura ſacros Chriſti de ſanguine potus.
Nouit & Atlantis pridem plaga perfida Mauri
Dedere crinitos ad Chriſti alteria reges.
Ex quo mortalem præſtrinxit ſpiritus aluum
Spiritus ille dei. deus & ſe corpore matris
Induit: atq; hominem de virginitate creauit.
Delphica damnatis tacuerunt ſortibus antra.
Non tripodas Cortyna regit. non ſpumat anhelus
Fata Sibyllinis fanaticus edita libris.
Perdidit inſanos mendax dodona vapores.
Mortua iam mutæ lugent oracula cumæ.
Nec reſponſa refert libycis in ſyrtibus Ammon
Ipſa ſuis Chriſtum capitolia romula moerent
Principibus lucere deum: deſtructaq; templa
Imperio cecidiſſe ducum. iam purpura ſupplex
Sternitur Aeneadæ rectoris ad atria Chriſti:
Vexillumq; crucis ſummus dominator adorat.
Principibus tamen e cunctis non defuit vnus

Me puero: vt memini: ductor fortiſſimus armis.
Conditor ⁊ legum celeberrimus. ore manuq;
Conſultor patriæ: ſed non conſultor habendæ
Relligionis. amans tercentum millia diuum.
Perfidus ille deo. quamuis non perfidus vrbi
Auguſtum caput ante pedes curuare Mineruæ
Fictilis: ⁊ ſoleas Iunonis lambere plantis
Herculis aduolui: genua incuruare Dianæ.
Quin ⁊ Apollineo frontem ſubmittere gypſo:
Aut Pollucis equum ſuffire ardentibus extis
Forte litans Hecaten placabat ſanguine multo.
Pontificum feſtis ferienda ſecuribus illic
Agmina vaccarum ſteterant: vitulaſq; reuincta
Fronte coronatas vmbrabat torta cupreſſus.
Iamq; inſertato reſerarat viſcera cultro
Vittatus de more ſenex: manibuſq; cruentis
Tractabat trepidas letali frigore fibras.
Poſtremoſq; animæ pulſus in corde repenti
Callidus interpres numeris ⁊ fine notabat:
Cum ſubito exclamat media inter ſacra ſacerdos
Pallidus. en quid ago: maius rex optime maius
Numen neſcio quod noſtris interuenit aris:
Quam ſufferre queant ſpumantia cimbia lacte
Cæſarum ſanguis pecudum verbena coronæ
Accitas video longe diſpergier vmbras
Territa Perſephonæ vertit veſtigia retro.
Extinctis facibus tracto fugitiua flagello.
Nil agit hircanum murmur. nil Theſſala proſunt
Carmina. turbatos reuocat nulla hoſtia manes.
Nonne vides vt turibulis frigentibus ignis
Marceat: vt canis pigreſcat pruna fauillis?
Ecce Palatinus pateram retinere miniſter
Non valet. eliſa deſtillant balſama dextra.
Flamen ⁊ ipſe ſuas miratur vertice laurus
Cedere: ⁊ incertum fruſtratur victima ferrum.

## Apotheoſis.

Neſcio quis certe ſubrepſit chriſticolarum.
Hic iuuenum genus hoc hominū tremit. infula. ⁊ omne
Puluinar diuum. lotus procul abſit ⁊ vnctus.
Pulchra reformatis redeat Proſerpina ſacris.
Dixit. ⁊ exanguis conlabitur. ac velut ipſum
Cerneret exerto minitantē fulmine Chriſtum:
Ipſe quoq; exanimis poſito diademate princeps
Pallet: ⁊ aſtantes circumſpicit. ecquis alumnus
Chriſmatis inſcripto ſignaret tempora ligno.
Qui Zoroaſtreos turbas ⁊ fronte ſuſurros
Armigere cuneo puerorum flauicomantum
Purpurei cuſtos lateris deprenditur vnus.
Nec negat: ⁊ gemino gemmata haſtilia ferro
Proijcit: ac ſignum Chriſti ſe ferre fatetur.
Proſiluit pauidus deiecto Antiſtite princeps
Marmoreum fugiens nullo comitante ſacellum.
Dum tremefacta cohors dominiq; oblita ſupinas
Erigit ad coelum facies: atq; inuocat Jeſum:
Iam ne piget facti? iam poenitet? en tibi Chriſtum
Infelix Judæa deum: qui ſabbata ſoluens
Terrea: mortales æterna in ſabbata ſumpſit.
Gentibus emicuit. præfulſit regibus orbem.
Poſſidet imperij dominam: ſibi cedere Romam
Compulit: ⁊ ſimulacra deum Tarpeia ſubegit.
Diſce tuis miſeranda malis: quo vindice tandem
Vana ſuperſtitio lex ⁊ carnaliter acta
Plectatur. cuius vittus te proterat vltrix.
Deſtructo ne iacent Salomonia ſaxa metallo
Aedificata manu. iacet illud nobile templum.
Cur iacet? artificis quia dextra ſolubilis illud
Cementum ſtruxit. reſolubile iure ſolutum eſt.
Et iacet: in nihilum qm̄ redit omne politum.
Quod fieri recipit: recipit quandoq; perire.
Si noſtrum contra quod ſit. vis diſcere templum.
Eſt illud quod nemo opifex fabriliter aptans

Compoſuit. quod nulla abies pinus ve dolata
Texuit. exciſo quod nunquam mormore creuit.
Cuius onus nullis fultum ſublime columnis
Fornice curuato tenui ſuper arce pependit:
Sed verbum factum domini. non voce ſonora:
Sed verbo: quod ſemper erat: verbū caro factuz eſt.
Hoc templum æternū eſt. hoc finē non habet. hoc tu
Expugnare volens flagris Cruce felle petiſti.
Deſtructum iacuit poenis vexantibus. eſto
Matris enim ex vtero quod deſtrueretur: habebat.
Sed quod morte breui materna ex parte ſolutuz eſt:
Maieſtate patris viuum lux tertia reddit.
Vidiſti angelicis comitatum coetibus alte
Ire meum cuius feruor munimine templum
Illius æternæ ſuſpendunt culmina portæ:
Ac per inacceſſas ſcalarum gloria turres
Tollitur: et gradibus lucet via candida ſummis.
At tua congeſtæ tumulant holocauſta ruinæ.
Quid mereare: Titus docuit. docuere rapinis
Pompeianæ acies: quibus extirpata per omnes
Terrarum pelagiq́ꝫ plagas tua mēbra feruntur.
Exilijs vagus huc illuc fluitantibus errat
Iudæus: poſtquam patriæ de ſede reuulſus
Supplicium pro cæde luit: Chriſtiq́ꝫ negati
Sanguine reſperſus commiſſa piacula ſoluit.
En quo priſcorum virtus defluxit auorum.
Seruit ab antiquis delapſa fidelibus hæres
Nobilitas. ſed iam non nobilis illa recentem
Suſpectat captiua fidem. vis tanta nouellæ
Credulitatis in eſt. Chriſtum confeſſa triumphat
Gens infuſa prius. Chriſti ſed victa negatrix
Subditur imperio dominos ſortita fideles.

## Contra homuncionitas.

# Apotheoſis.

Sunt:qui iudaico cognatum dogma furori
Inſtituunt media Chriſtum ratione ſecuti
Hoc tantū:qđ verus homo eſt.at coelitus illum
Adfirmant non eſſe deum:pietate fatentur:
Maieſtate negant.morum pro laude ſacratum
Concelebrant.adimunt naturæ ſumma ſupernæ
Omne opus egregium:per quod ſolertia pollens
Emicat:ingenij eſt aut roboris.illud acuto
Corde viget:duris excellit viribus:iſtud
Mortale eſt:ſed vtrumqꝫ homini.nam cana ſeneſcūt
Ingenia:et validos conſumunt ſęcla lacertos.
Hæc nos in domini virtute et laude perenni
Non ſequimur:ſequimur nullo quod ſemine terræ
Germinat in mundum:quod non de labe virili
Sumit principium.tener illum ſeminat ignis:
Non caro.non ſanguis patrius.nec foeda voluptas
Intactam thalami virtus diuina puellam
Syncero afflatu per viſcera caſta maritat.
Incomperta ortus nouitas iubet vt deus eſſe
Credatur.Chriſtus ſic conditus.innuba virgo
Nubit ſpiritui vitium nec ſentit amoris.
Pubertas ſignata manet.grauis intus:ꝛ extra
Incolumis florens.de fertilitate pudica
Iam mater:ſed vir go tamen:maris inſcia mater.
Quid renuis?quid inane caput nō credule quaſſas?
Angelus hoc ſancto pronunciat ore.placet ne
Credere?et angelicis aurem reſerare loquelis?
Ipſa coruſcantis monitum ſacra virgo miniſtri
Credidit:atqꝫ ideo concepit credula Chriſtum.
Credentes nam Chriſtus adit.dubitabile pectus
Sub titubante fide refugo contemnit honore.
Virginitas et prompta fides Chriſtum bibit aluo
Cordis:et intactis condit paritura latebris.
Crede quod emiſſus ſolio patris angelus infit.

Uel ſi concretus liquidam de ſidere vocem
Non capit auditus:mulier quid coniuge pregnans
Clamet anus credens:et tandem ſobrius audi.
Mira fides. vtero interceptus anili
Uirgineum dominum materno ex ore ſalutat.
Primus et infantem non natus nunciat infans
Jam noſtrum vagire ſibi. nam puſio nondum
Norat:ꝛ orat deo reſerabat garrula Chriſto.
Promite ſecretos. faſtos date. pandite librum:
Euomuit ſpirante deo quem ſanctus Eſaias
Percēſere libet:calamuq́ꝫ reuoluere ſulcos:
Sydereis quos illa notis manus aurea duxit.
Jte hinc dum rutilos apices ſubmiſſus adoro:
Dum lachrymās veneror. dumq́ꝫ oſcula dulcia figo.
Gaudia concipiūt lachrymas. dant gaudia fletum.
Aduenit promiſſa dies:quem dixerat iſte
Adfore verſiculus cum virgo puerpera teſte
Haud dubie ſponſo:pacti cui cura pudoris
Edidit:Emanuelq́ꝫ meum me cernere fecit.
Eſt ne deus iam noſter homo? verſatur et aſtat
Nobiſcum. nomenq́ꝫ probat. verſumq́ꝫ vetuſtis
Obſcurum ſeclis præſenti inluminat ore.
Eſt ne deus:cuius cunas veneratus eous
Lancibus auratis regalia fercula ſupplex
Uirginis ad gremium pannis puerilibus offert?
Quis tam pennatus:rapidoq́ꝫ ſimillimus auſtro
Nuntius auroræ populos atq́ꝫ vltima bactra
Attigit inluxiſſe diem lactantibus oris:
Qua tener innupto penderet ab vbere Chriſtus.
Uidimus hunc aiunt puerum per ſydera ferri:
Et ſuper antiquos ſignorū ardeſcere tractus.
Diriguit trepidans Chaldæo in vertice pernox
Aſtrologus ceſſiſſe Anguem fugiſſe Leonem.
Contraxiſſe pedes lateris manco ordine Cancrum.

Apotheoſis.

Cornibus infractis domitum mugire Iuuencum.
Sidus et Hyrcinum laceris marceſcere villis.
Labitur hinc pulſus puer Hydrius. inde Sagittæ
Palantes Geminos fuga ſeparat. improba Virgo
Prodit amatores tacitos in fornice mundi.
Quinq; alij horrificis pendent in nubibus ignes
Luciferum timuere nouum. rota lurida ſolis
Hæret et excidium ſenſit iam iamq; futurum.
Seq; die medio velandam tegmine glauco.
Splendoremq; poli periturum nocte diurna
Orbe repentinis caput obnubente tenebris.
Hunc ego non cumulē myrrhæq; et turis et auri
Muneribus. ſcio quem videā. quæ dona rependam.
Hunc ego non venerer? qui coelo viſus humiq;
Inuentus rex atq; deus moderatur vtrumq;
Naturæ ſpecimen: tumuloq; inferna refringens
Regna reſurgentes ſecum iubet ire ſepultos.
Coelum habitat. terris interuenit. abdita rumpit
Tartara. vera fides deus eſt: qui totus vbiq; eſt.
Nunquid vana viros aut mēs aut lingua fefellit?
Nunquid fortuitis fruſtrantia dona dederunt
Caſibus? aut cæco votum ſub honore dicarunt?
Quæ porro cauſa aut ratio ſubmittere colla
Ante pedes Mariæ: pueriq; crepundia parui:
Si tantum mortalis erat: nec ſumma poteſtas
Implebat teneros diuinis flatibus artus.
Sed iam tolle magnos. tus. aurum. myrthea dona:
Quæ verum docuere deum: præſepia. pannos.
Matris adoratum gremium. face ſyderis ardens
Ipſa deum virtus factorum & mira loquantur:
Inſanos video ſubito miteſcere ventos:
Cum iubeat Chriſtus. video luctantia magnis
Aequora turbinibus tranquillo marmore tendi
Imperio Chriſti. video calcatus eundem

Cum patitur gurges tergum ſolidante liquore
Ipſe ſuper fluidas plantis nitentibus vndas
Ambulat:ac preſſo firmat veſtigia fluctu.
Increpat ipſe notos:⁊ flatibus otia mandat
Quis iubeat ſęuis aquilonibus(ite.ſilete
Carceribus veſtris.amploq; faceſſite ponto)
Sit niſi coelipotens aquilonum conditor idem.
Nnguidus agnoſcit boreas:atq; imbrifer eurus
Nimborum dominum tempeſtatumq; potentem:
Excitamq; hyemem verrunt ridente ſereno.
Quis pelagi calcarit aquas?quis per vada glauca
Greſſibus impreſſis ſpaciatus triuerit vdum
Non ſubmerſus iter ſola pendulus ⁊ pede ſicco
Aequoreę niſi factor aquę?qui ſpiritus olim
Ore ſuperfuſus patrio volitabat in vndis
Nondum diſcretis:nec certo littore clauſis.
Suſtinuit greſſum domini famulus liquor:ac ſe
Mobilitate carens ſolidos ſubſtrinxit aduſus.
Quid diuerſa dei memorem facta inclyta Chriſti:
Altius inſpecta quę maieſtate negantur?
Haud dubitans hominē tute ipſe fatebere numen.
Inleuit cęcos oculos:⁊ lumina limo
Reddidit.humectam ſacro ſputamine terram
Contrectans digitis luteum medicamen operta
Nox habuit.tenebras obducta vligo remouit.
Inſuper oſtendit quo nam caligo lauacro
Expurganda foret.varijs ſiloa refundit
Momentis latices:nec fluctum ſemper anhelat:
Sed vice diſtincta largos lacus accipit hauſtus.
Agmina languentum ſitiunt ſpem fontis auari
Membrorum maculas puro abluitura natatu.
Certatim interea roranti pumice raucas
Expectant ſcatebras:⁊ ſicco margine pendent.
Hoc limum iubet impoſitum de fonte lauari

Apotheoſis.

Chriſtus:⁊ infuſa vultum ſplendeſcere luce.
Norat enim limo ſeſe informaſſe figuram
Ante tenebroſam:proprij medicamen ⁊ oris
Adieciſſe nouo quem primum finxerat Adæ.
Nam ſine diuino domini perflamine ſummi
Arida terra fuit.nulli prius apta medelæ.
Sed poſtquam liquidus coeleſtis ſpiritus ore
Virgineam reſperſit humum.medicabilis illa eſt.
Inde trahit ſuccum.lentoqꝫ humore ſalutem
Inlinit.infunditqꝫ diem baptiſmate lota.
Cæcus adeſt oculis iam Chriſti ex ore retectis.
Seqꝫ luto ⁊ nitidis lucem ſumpſiſſe fluentis
Clamat.⁊ authorem ſtupefacta per oppida mõſtrat
Authorem lucis.largitoremqꝫ dierum
Non dedignatum medicæ purgamina lymphæ
Corpore ſub proprio monſtrare errantibus ægris.
Millibus ex multis pauciſſima quæqꝫ retexam.
Summatim relegam totus quæ non capit orbis.
Quinqꝫ in deſerto panes iubet.⁊ duo piſces
Adponi in paſtum populis.qui forte magiſtrum
Non reuocante fame ſtipabant vndiqꝫ ſeptum.
Immemoreſqꝫ cibi vicos.caſtella.macellum.
Oppida.mercatus.⁊ conciliabula.⁊ vrbes
Reſpuerant:largo contenti dogmate veſci.
Multa virum ſtrato feruent conuiuia foeno.
Centenos ſimul accubitus iniecere ſodales.
Seqꝫ per innumeras infundunt agmina menſas.
Piſciculis iam crede deum ſaturanda duobus.
Et paucis creſcente cibo per fragmina cruſtis
Ambeſis dapibus cumulatim aggeſta redundant
Fercula.biſſenos micarum molibus implent
Poſt coenam cophinos.crudus conuiua reſudat
Congeriem ventris.gemit ⁊ ſub faſce miniſter.
Quis cumulare poteſt epulas in grandia paruas?

Quis niſi.qui corpus.paſtumqꝫ.⁊ corporis omnem
Condens ex nihilo nulla exiſtente creauit
Mundum materia:non ſicut ſculptor ab aeris
Rudere decoctam conſueſcit viuere maſſam.
Sed deus omnipotens orbem ſine ſemine finxit
Nil erat omne quod eſt.nil id procedere ⁊ eſſe.
Atqꝫ nouum fieri mox.⁊ grandeſcere iuſſum eſt.
Paruum de nihilo primum fuit.addita paruo
Incrementa modis auxerunt omnia plenis.
Ergo ego cum videam manibus ſic creſcere Chriſti
Parua alimenta hominum: poſſum dubitare per ipſum
Exiguas rerum ſpecies elementaqꝫ mundi
Ex nihilo primum modica.⁊ mox grandia ſenſim
Creuiſſe ex modicis:quæ conſumata videmus.
Ac ne poſt hominum paſtus calcata perirent:
Neue relicta lupis ait:aut vulpibus exiguiſue
Muribus in prædam nullo cuſtode iacerent.
Bis ſex appoſiti cumulatim:qui bona Chriſti
Seruarent grauidis procul oſtentata caniſtris.
Sed quid ego hæc autem titubanti voce retexo:
Indignus qui ſancta canam:procede ſepulchro
Lazare:dic cuius vocem tellure ſub ima
Audieris:quæ vis penetrauerit intima leti.
Quod cum te Chriſtus penitus migrante profundo
Immerſum vocat:vt redeas:ceu proximus audis.
Nec remoratus ades.quæ tam vicina charybdis.
Regna tenebrarum tenui diſtantia fine
Coniungit ſuperis:vbi tęnara triſtia vaſto
In præceps deiecta chao:latebroſus ⁊ ille
Amnis inexpletis voluens incendia ripis.
Ante fores tumuli.quas ſaxa immania duro
Obijce damnarant.ſcopuloſis ſubſtructa cauatis
Stat dominus:nomenqꝫ ciet frigentis amici.
Nec mora funereus reuolutis rupibus horror

## Apotheoſis.

Euomit exequias gradiente cadauere viuas.
Soluite iam lætæ redolentia vincla ſorores.
Solus odor ſparſi ſpiramen aromatis efflat.
Nec de corporeo nidorem ſordida tabo
Aura refert oculos ſanie ſtillante ſolutos.
Priſtinus in ſpeculum decor excitat: ⁊ putrefactas
Tincta rubore genas paulatim purpura veſtit.
Quis potuit fluidis animam ſuffundere membris?
Nimirum qui membra dedit. qui fictilis vluæ
Perflauit venam madidam. cui tabida gleba
Traxit ſanguineos infecto humore colores.
O mors auritis iam mitis legibus: o mors
Surda prius iam docta ſequi quacunq; iubetur.
Cui tantum de te licuit conuicta fatere
Eſſe deum: ſolus qui me tibi præripit Ieſum.
Abde negatores Chriſti nemo inuidet. abde
Vtere ſorte tua blaſſemis nocte tenendis.
Perpetuam plebem iuſtorum capta reſolue.
Qui norunt hominem atq; deum ſic dicere Chriſtum
Vt verus ſummuſq; deus mortalia geſtet
Ipſe gerit: quod ſtruxit opus. nec ferre pudeſcit
Factor: quod peperit. corpus loquor atq; anime vim.
Finxerat hoc digitis. animam ſufflauerat ore.
Totum hominem deus adſumit: quia totus ab ipſo eſt.
Et totum redimit. quem ſumpſerat. omne reducens
Quicquid homo eſt. iſtud tumulis: aſt illud abyſſo.

## De natura Animæ.

OCcurrit dubitans hic diſſertator: ⁊ illud
Obijcit: an ne fides capit. vt ſubſtantia flante
Inſpirata deo cruciatum ſentiat: vtq;
Inferni petat ima poli: barathroq; coquatur.
Crede animam non eſſe deum: ſed crede creatis

Maiorem cunctis. ipſam quocꝫ crede creatam.
Formata eſt namqꝫ ore dei: quæ non erat ante:
Sed formata habitu pulcherrima: pictaqꝫ rebus
Diuinis: et plena deo: ſimiliſqꝫ creanti:
Non tamen ipſa deus. quoniam generatio non eſt:
Sed factura dei eſt. ſolus de corde parentis
Filius emicuit. verus deus ille: ſed iſtud
Conlatum eſt animæ ſubito: vt quæ non erat: eſſet.
Ille coeternus patris eſt: et ſemper in ipſo.
Nec factus: ſed natus habet quodcunqꝫ paternū eſt.
Hæc ſimilis velut vmbra dei eſt. ſic ipſe locutus
Factor vtroqꝫ hominem meditās de figmine iunctū
Aedificare ſui ſimilem: ſed non habet vmbra
Quod corpus ſolidum: cuius imitatio in vmbra eſt.
Atqꝫ aliud verum eſt: aliud ſimulatio veri.
Eſt ſimilis: ſęclis quod non conſumitur vllis.
Quod ſapiens iuſtiqꝫ capax reginaqꝫ rerum
Imperat. ante vidit. perpendit. præcauet. infit.
Verborum morumqꝫ opifex inſtructaqꝫ mille
Artibus: et coelum ſenſu precurrere docta.
His animam ſimilem ſibi conditor effigiauit
Cætera diſſimilem. quippe hanc cōprehendere promptum eſt:
Quem modꝰ et ſpecies determinat. at deus ingens
Atqꝫ ſuperfuſus trans omnia nil habet in ſe
Extremum: vt claudi valeat: ſenſuve teneri.
Incomprenſa manet virtus: cui linea deſit
Vltima: quam ſpacium non menſurabile tendit.
Ergo animam factam magno et factore minorem
Maioremqꝫ alijs atqꝫ omnibus imperitantem
Corruptela putris naſcentem turbida carnis
Concipit: ac membris tabentibus interfuſam
Participat de fęce ſua. fit miſta deinde
Peccandi natura luto cum ſimplice flatu.
Sed fortaſſe animam domini quia fluxit ab ore

# Apotheoſis.

Compoſitam factamq; neges:velut ipſa dei pars.
Quod dictu ſcelus eſt:tetras trahat oblita culpas:
Et peſſum damnata ruens chaos intret opertum.
Sit res illa dei non abnuo:pars tamen illa
Haudquaquaz dicenda dei eſt:quæ tempore coepit.
Nec prior aut ſenior quam primum plaſma putãdeſt.
Tunc etenim factam vidit concordis amici
Intrauit germana domum:limiq; recentis
Hoſpita et ipſa recens fraterna ſedit in aula.
Illa quidem flatus domini eſt:ſed ſpiritus et vis
Non eſt plena dei.tanto moderamine miſſa:
Quantum flans voluit flandi ſeruare tenorem.
Eſt impoſſibile ſpectare profunda ſabaoth:
Sed ſpeculum deitatis homo eſt.in corpore diſcas
Rem non corpoream ſoleres interprete Chriſto:
Qui patrem proprium mortali in corpore monſtrat.
Perſpice quam varios fundamus ab ore vapores.
Spiramus quoties animæ ſufflabilis auras.
Nunc flatum tepidum calor exhalatus anhelat
Rorantes nebulas vdis de faucibus efflans.
Cum libet in gelidum flabrali frigore ventum
Spiritus exiſtit tenuis:& ſibilat aer.
Adde et diſtinctum quem muſica tibia flatum
Concipit aut ille eſt preſſo modulamine parcus.
Aut tumidum largo ſublimat flamine bombum.
Aut raucos frangit modulos.aut lene ſuſurrat.
Aut exile trahens ſonitus producit acutos:
Aut murmur tenerum ſublidit voce minuta:
Hæc cum te videas mortali in corpore poſſe:
Cur non æternum potuiſſe infundere credas
Qualem animã voluit:præſcriptis quã quia cõdẽs
Efflauit:fuditq; modis:ſit facta neceſſe eſt.
Deniq; multa ſapit:ſed non ſapit omnia noſtræ
Vis animæ certum ſapere ac prænoſcere iuſſa.

Jam cui certus ineſt modus: et cui noſſe negatũ eſt
Omnia factura eſt: nam condita et aucta probatur.
Collige de ſimili ſit ne hæc factura creauit
Nempe manus domini corpus mortale: lutumq;
Compoſuit digitis: nunquid manus articulatim
Eſt digeſta dei? nunquid vola? nunquid et vngues
Claudere flexibiles? patulam ſeu tendere palmaz?
Iſta figura manus noſtræ eſt: quam non habet in ſe
Incircumſcriptus dominus: ſed tradita forma eſt.
Humanis quæ nota animis daret intellectum:
Ut per corpoream ſpeciem plaſmaſſe feratur
Corporis effigiem. ſic eſt plaſmata viciſſim
Flatu incorporeo res flabilis oris: et eſſe
Fertur opus. tenuis per quod conſtructa refulſit.
Forma animæ: atq; rudi factam ſe munere ſenſit.
Si non eſt factura manus caro noſtra: nec oris
Eſt factura anima flatu et ſpiramine coepta:
Inq; locum deducta aliquẽ. nanq; oẽ quod hora
Natalis profert: locus accipit. et locus vllus
Quod cohibere poteſt: modicũ eſt: nec in oĩa fuſuz.
Et quod tam modicũ eſt: vt certa ſede locetur:
Jam titubare poteſt. et quod titubauerit: intra
Naturam vitij eſt vitioſum deniq; triſte
Recidit in poenam: deus hoc mihi credite non eſt.
Aut ſi maieſtas anima eſt: oſtendite quid ſit:
Quod lapſã Chriſtiq; inopem noua gratia mũdat.
Spiritus et ſanctus baptiſmate iuſtificatam
Nobilitat: famulæq; decus quod defuit. addit.
Quod quia preſtatur meritis: meritiſq; negatur:
Abſurde fertur deus aut pars eſſe dei. quæ
Diuinum ſummumq; bonum de fonte perenni
Nunc bibit obſequio: nũc culpa aut crimine perdit.
Et modo ſupplicium recepit. modo libera calcat.
Miraris peccare animam: quæ carne coactam
Sortita eſt habitare domum: cum peccet ꝛ ipſe

# Apotheoſis.

Angelus:hoſpitium qui neſcit adire caducum
Gratis tabifluæ.peccat:quia factus et ipſe eſt
Non genitus:quocunqꝫ modo ſit factus:id vnus
Scit factor dominus.factum mihi credere ſat ſit.
Solus labe caret peccati conditor orbis.
Ingenitus genituſqꝫ deus pater et patre natus
Solus et exceptus tormentum admittere triſte
Inuiolatus agit:nec quicquam ſentit acerbi.
Exortem dic eſſe animam crucis atqꝫ doloris:
Si culpe immunem vacuamqꝫ crimine noſti.
Quæ peccare valet:valet et ſuccumbere poenæ.
Ipſa quidem ſyncera fuit dum conditur olim.
Que conlata rudem fecit viuiſcere limum:
Ut pote de liquido naturæ ſem ine primos
Accipiens habitus ſuperqꝫ expreſſa ſereno.
Sed mox vt grauido iuſſa eſt innectier aruo:
Suauibus inlecebris nimium blandita refrixit:
Deqꝫ volutabris pretioſum polluit ignem:
Dum tranſgreſſa dei poſitum fas improba calcat.
Hæc prima eſt natura animæ.ſic condita ſimplex
Decidit in vitium per ſordida foedera carnis.
Exin tincta malo precamine principis Adæ
Infecit genus omne hominum:quod pullulat inde:
Et tenet ingenitas animarum infantia in ortu
Primi hominis maculas:nec quiſquã naſcitur īſons.
Uitandus tamen error erit:ne traduce carnis
Tranſfundi in ſobolem credatur fons animarum
Sanguinis:exemplo cuntexta propagine vena eſt.
Non animas animæ pariunt:ſed lege latenti
Fundit opus natura ſuum:quo paruula anhelent
Uaſcula:vitaliſqꝫ adſit ſcintilla coactis.
Quæ quamuis infuſa nouum penetret noua ſemper
Figmentum:vetus illa tamen de crimine auorum
Dicitur in luto:quoniam concreta veterno eſt.

Inde ſecunda redit generatio:⁊ inde lauatur
Naturæ inluuies:iterumq renaſcimur intus
Perfuſi: vt veterem ſplendens anima exuat Adam.
Quæ quia materiam peccati ex fomite carnis
Conſociata trahit:nec non ſimul ipſa ſodali
Eſt incentiuum peccaminis:implicat ambas
Uindex poena reas peccantes mente ſub vna:
Peccandiq cremat ſocias cruciatibus æquis.
His crucibus Chriſtus nos liberat incorruptæ
Matris ⁊ innocui geſtator corporis vnus.
Naturam poenæ expoſitam:ſed non vitiorum
Naturam expoſitam contactibus:induit Jeſus.
Atq ideo poenæ nil debuit intemeratus.
Fraude carens omni.culparum aſpergine liber.
Quid Chriſti in membris peccati ſæua ſatelles
Poena ageret:quid mors hominis ſine crimine poſſet:
Nimirum caſſis conatibus ⁊ ſine neruis
Conſideret ſterilis peccati fomite nullo.
Mors alitur culpa.culpam qui non habet ipſo
Paſtus defectu mortem conſumit inanem.
Sic mors in domini conſumpta eſt corpore Chriſti.
Sic perijt ſolitum dum non habet arida paſtum.
Suſpice quapropter ſolum inculpabile numen
Uirtutem patris ⁊ Chriſti:⁊ iam deſine noſtræ
Inuidiam conflare animæ:quod ſit deus:aut quod
Portio parua dei:cum Chriſto abſcidere quicquã:
Et reſecare deo partem:vel carpere tantum
Numen non liceat plenum ſibi ſemper ⁊ in ſe.

Aduerſus phantaſmaticos.qui Chriſtum negant verum hominis corpus habuiſſe.

EſSt operæprecĩu nebuloſi dogmatis vmbram
Prodere:q̃ tenues atomi compage minuta

Inſtituunt.ſed caſſa cadit:ventoqꝫ liqueſcit
Aſſimilis:fluxu nec ſe ſuſtentat inani.
Aerium Manicheus ait ſine corpore vero
Peruolitaſſe deum mendax fantaſma:cauſaqꝫ
Corporis effigiem nil contrectabile habentem.
Ac primum ſpecta an deceat quicquā ſimulatum
Adſignare deo:cuius mera gloria falſi
Nil recipit membris hic ſe fallacibus aptans
Fingeret eſſe hominem ventos ac ſubdolus arte
Mentitus toties:cum diceret inueteratis
Do veniam morbis:ſimul et peccata remitto.
Filius eſt hominis:peſtem qui pellere carnis
Et ſcelerum nexus laxare et ſoluere poſſit.
Surge valens.ſurge innocuus.iam tolle grabatum.
Filius hoc hominis iubeo.dignus ne videtur:
Qui teſtis ſibi ſit:ſeqꝫ ac ſua carnea norit.
Quid cum diſcipulos hominis quid filius eſſet
Paſſurus fido iam præſcius ore monebat?
Non ne fatebatur ſecum virtute paterna
Eſſe hominem verum?quod ſi non credo:fefellit.
Si natura dei quæ ſit Manichee hæc requiris:
Omne quod eſt:verū eſt:nam ſi mendoſus ait quid
Nec deus eſt:mendum diuinus non capit vſus.
Obicis aeterno domino:quod lubricus ad nos
Venerit adſimulans aliud:quam verus habebat.
Obmuteſce furor.linguam canis improbe morde
Ipſe tuam.lacero conſumens verba palato.
Latranti obſiſtit Matthæus:rabiemqꝫ refellit:
Qui notat omne genus carnalis ſtirpis aduſqꝫ
Corporeum Chriſtum per ſex ſeptena virorum
Nomina deſcendens:⁊ venam ſanguinis alti
Ex atauis longo texens per ſtemmata filo.
Septimus hebdomadi venit ſuper addere ſextæ
Hunc numerū Chriſtus:placidū qui conficit annū

Cuncta remittentem contractibus inlaqueata
Multimodis: hominē𝛙 hominis de morte leuantē.
Imperfectus enim limus mortalis erat tunc.
Uir ſolus perfectus adeſt atq; integer Jeſus:
Cui nihil ex ſeptem ſeptenis defuit: ex quo
Perficeret mortale genus virtute perenni.
Hic ille eſt nobis: qui ſeptima ſabbata complet:
Ut caro noſtra deo tandem ſociata quieſcat:
Quam bis terna malis vexabāt ſabbata noxis.
Curramus nobis gradibus: tergumq; ſequamur:
Progeniem Chriſtum inuenies de carne parentū
Effluxiſſe hominum: qui ſit de ſemine Dauid
Stirpe recenſita numerandus ſanguinis hæres.
Quid cum ſanctilogus reuoluto germine Lucas
Surſum verſus ait ſeriem ſcandente nepotis
Corpore: perq; atauos curſum relegente vetuſtos
Septenos decies conſcendit Chriſtus in ortus.
Et duo nam totidem doctores miſit in orbem
Deſcenſos naſcendo gradus redeundo retexit
Actus aduſq; apicem terreni corporis adam.
Inde parens deitas recipit ſua noſtraq; miſtum:
Fitq; dei ſummi per Chriſtum filius adam.
Reſtat vt aeriam pingas ab origine gentem
Aerios proceres leui. iudam. Simeonem.
Aerium Dauid magnorum corpora regum
Aeria. atq; ipſam foecundæ virginis aluum
Aere fallaci: nebuliſq; et nube tumentem.
Uaneſcat ſanguis perflabilis. oſſa liqueſcant
Mollia. neruorum pereat textura volantum.
Omne quod eſt geſtum: notus auferat irritus. auræ
Diſpergant tenues. ſit fabula quod ſumus omnes.
Et quid agit Chriſtus: ſi me non ſuſcipit? aut quem
Liberat infirmum: ſi dedignatur adire
Carnis onus: manuumq; horret monumēta ſuarum?

Apotheoſis.

Indignum ne putat luteum conſciſcere corpus:
Qui non indignum quondam ſibi credidit ipſum
Pertractare lutum:cum vas componeret aruo
Nondum viſcereo:ſed inertis gultine limi:
Impreſſoq; putres ſub pollice duceret artus:
Tantus amor terræ:tanta eſt dilectio noſtri.
Dignatur prepinguis humi comprehendere mollem
Diuinis glebam digitis:nec ſordida cenſet
Hærentis maſſæ contagia. iuſſerat vt lux
Confieret:facta eſt:vt iuſſerat. omnia iuſſu
Imperitante nouas traxerunt edita formas.
Solus homo emeruit domini formabile dextra
Os capere:et flabro deitatis figmine naſci.
Quorſum igitur limo tanta indulgentia noſtro
Contigit:vt domini manibus tractatus honora
Arte ſacer fieret tactu iam nobilis ipſo?
Decrerat quoniam Chriſtum deus incorrupto
Admiſcere ſolo:ſanctis quod fingere vellet
Dignum habuit digitis:et carum condere pignus.
Deſtituit natura quidem deſtructa coactæ
Telluris formam:mortiq; obnoxia ceſſit:
Sed natura dei nunquam ſoluenda caducam
Tellurem noſtro vitiatam primitus vſu
Eſſe ſuam voluit.nec iam vitiabilis eſſet.
Chriſtus noſtra caro eſt.mihi ſoluitur.et mihi ſurgit.
Soluor morte mea.Chriſti virtute reſurgo.
Cum moritur Chriſtus : cum flebiliter tumulatur:
Me video.et tumulo cum iam remeabilis adſtat :
Cerno deum.ſi membrorum phantaſma meorum eſt:
Et fantaſma dei eſt.mendax in vtroq; neceſſe eſt
Sit Chriſtus ſpecie;ſi Chriſtus fallere nouit.
Si non verus homo eſt:quem mors hominē ꝓbat ipſa:
Nec verus deus eſt:operis quem gloria prodit
Eſſe deum.vel crede mori.vel ad eſſe refelle.

Et gemina verum Chriſtum ratione negato.
Nam quid magnificum: ſi non eſt mortuus Jeſus.
Et redit illa dei iuſtus memorabilis. eſt vt
Occiſus redeat ſuperis. ſurgatq; ſepultus.
Quiſq; deum Chriſtum vult dicere: dicat eundem
Eſſe hominē: ne maieſtas ſua fortia perdat.

## De reſurrectione carnis humanæ.

NOſco meū in Chriſto corpus conſurgere. quid me
Deſperare iubes? veniam: quibus ille reuenit
Calcata de morte vijs. quod credimus hoc eſt.
Et totus veniam. nec enim minor aut alius quam
Nunc ſum. reſtituar. vultus. vigor ⁊ color idem
Qui modo viuit: erit. nec me vel dente vel vngue
Fraudatum remouet patefacti foſſa ſepulchri.
Qui iubet vt redeam: non reddet debile quicquam.
Nam ſi debilitas redit: inſtauratio non eſt.
Quod caſus rapuit. quod morbus. quod dolor hauſit.
Quod truncauit edax ſenium populante veterno:
Omne reuertenti reparata in membra redibit.
Debet enim mors victa fidem: ne fraude ſepulchri
Reddat curtum aliquid: quamuis iam curta vorauit
Corpora debilitas. tamen ⁊ violentia morbi
Virtus mortis erat. reddet quod particulatim
Sorbuerat. quodcunq; modo ne mortuus omnis
Non redeat: ſi quid pleno de corpore deſit.
Pellite corde metum mea membra ⁊ credite voſmet
Cum Chriſto reditur a deo. nam vos gerit ille:
Et ſecum reuocat. morbos ridete minaces.
Inflictos caſus contemnite. tetra ſepulchra
Deſpuite. ⁊ ſurgens quo Chriſtus prouocat: ite.

Finit Apotheoſis.

## Aurelij Prudentij Clementis viri Conſularis Amartigenia.

FRatres Ephebi foſſor et paſtor duo:
Quos foeminarum prima primos ꝓcreat:
Siſtunt ad aram de laborum fructibus
Deo ſacranda munerum primordia
Hic terrientis: ille viuis fungitur.
Certante voto diſcrepantes immolant
Foetum bidentis alter: aſt alter ſcrobis.
Deus minoris comprobauit hoſtiam.
Reiecit illam: quam parauit grandior.
Vox ecce ſummo miſſa per ſultat throno.
Cain quieſce. namq; ſi recte offeras:
Oblata nec tu lege recte diuidas:
Peruerſa nigram vota culpam traxerint.
Armat deinde parricidalem manum.
Frater probatæ ſanctitatis æmulus
Germana curuo colla frangit ſarculo.
Mundum recentem cæde tingit impia:
Sero expiandum iam ſeneſcentem ſacro
Cruore Chriſti: quo peremptor concidit.
Mors prima coepit innocentis vulnere:
Ceſſit deinde vulnerato innoxio.
Per crimen orta: diſſoluta eſt crimine.
Abel quod ante perculit: Chriſtū dehinc.
Finita et ipſa eſt finis exortem petens
Ergo ex futuris priſca coepit fabula.
Factoq; primo res notata eſt vltima.
Vt ille mortis inchoator ruſticus
Inſulſa terræ deferens libamina:
Deumq; rerum mortuarum deputans
Raſtris redacta digna ſacris crederet:

Uiuentis atrox æmulator hostiæ:
Agnoſco nempe: quæ figura hæc denotet.
Quis fratricida. quis peremptor inuidus
Praue ſacrorum diſciplinam diuidat:
Mactare dum ſe vota cenſet rectius.
Martionarij forma corruptiſſimi
Docet duetas diſcrepare a ſpiritu
Contaminate dona carnis offerens:
Et ſegregatim numen æternum colens.
Qui ſi quieſcat: nec monentem negligat:
Pacem quietam diligat germanitas
Unum atq; viuum faſſa viuorum deum.
Hic ſe caduco dedicans myſterio
Summam profanus diuidit ſubſtantiam:
Malum bonumq; ceu deorum ſeperans
Regnum: duorum ſceptra cõmittit: duo
Deum eſſe credens quem fatetur peſſimum.
Cain cruentus. vnitatis inuidus.
Mundi colonus. immolator ſquallidus.
Cuius litamen ſordet: et terram ſapit.
Terram caduci corporis venam putrem
Humore denſo conglobatam. et puluere
Natura cuius fraude floret fertili
Foecunda fundens noxiorum crimina.
Animæq; vitam labe carnis enecat.
Caro in ſororem tela mentem dirigit.
Mens illecebro ventilatur ebrio.
Ex quo furores ſucculentos colligit
Madens veneno corporis lymphatico.
Deum perennem findit in duos deos.
Audet ſecare nomen inſecabile.
Cadet peremptor denegans vnum deum.
Cain triumphat morte fratris alitus.

## Amartigenia
## Aduerſus Marcionitas, qui duos deos eſſe affirmabant.

Quo te præcipitat rabies tua perfide Cain
Diuiſor blaſpheme dei? tibi conditor vnus
Non liquet: et bifidæ caligant nubila lucis.
Inſyncera acies duo per diuortia ſemper
Spargitur in geminis viſum fruſtrata figuris.
Terrarum tibi forma duplex obludit: vt excors
Diuiduum regnare deum ſuper ethera credas:
Bina boni atqꝫ mali glomerat diſcrimina ſordens
Hic mundus: domino ſed coelum obtemperat vni.
Non idcirco duos retinent coeleſtia reges:
Quod duo ſunt opera humanas agitantia curas.
Exterior terrenus homo eſt: qui talia cernens
Coniicit eſſe duo variaruꝫ numina rerum:
Dum putat eſſe deum: qui parua effinxerit olim:
Et qui recta itidem condens induxerit: ambos
Autumat eſſe deos natura diſpare ſummos.
Quæ tandem natura poteſt conſiſtere duplex:
Aut regnare diu? quam fons diuiſus ab arce
Seperat: alternaqꝫ apicum ditione recidit.
Aut vnus deus eſt: rerum cui ſumma poteſtas:
Aut quæ iam duo ſunt: minuuntur diſpare ſummo.
Porro nihil ſummum: niſi plenis viribus vnum:
Diſtantes quoniam proprium dum quiſqꝫ reuulſo
Vindicat imperio: nec ſumma nec omnia poſſunt.
Jus varium non eſt plenum: quia non habet alter:
Quicquid diſpar habet: cumulum diſcretio carpit.
Nos plenum ſine parte deum teſtamur ꝛ vnum:
In quo Chriſtus ineſt. idem quoqꝫ plenus ꝛ vnus.
Qui viget: ac viguit ſuper omnia: quiqꝫ vigebit
Participem nullum conlato foedere paſſus.
Summa poteſtatum. ſimplex dominatio rerum.
Virtutum ſublime caput. fons vnicus orbis.

Naturalis apex. generiſq; ⁊ originis author.
Ex quo cuncta fluunt ⁊ lux ⁊ tempora ⁊ anni
Et numerus. qui poſt aliquid dedit eſſe ſecundum.
Unus enim princeps numeri eſt: nec dinumerari
Tantum vnus potis eſt. ſic cum pater: ac deus alter
Non ſit: item Chriſtus non ſit genitore ſecundus.
Anterior numero eſt: cui filius vnicus vni eſt.
Ille deus meritoq; deus: quia primus ⁊ vnus
In virtute ſua. primus tum primus in illo
Quem genuit. quid enim differt generatio ſimplex.
Unum ſemper erit gignens: atq; vnus ab vno
Ante chaos genitus. numeroq; ⁊ tempore liber.
Quis dixiſſe duos rem maieſtate ſub vna
Regnantem propriamq; ſibi retroq; perennem
Auſit? ⁊ vnius naturæ excindere vires?
Nunquid adoptiuum genitor ſibi ſumpſit: vt alter
Externi generis numerum præſtare duorum
Debeat: ⁊ geminum diſtans inducere numen?
Forma patris veri verus ſtat filius: ac ſe
Unum rite probat dum formam ſeruat eandem.
Non amor adſcitus ſociat: nec iungit vtrumq;
Coniurata fides: pietas ſed certa: genuſq;
Unum quod deus eſt: ſummã reuocatur ad vnam.
Hæc tibi Marcion via diſplicet: hanc tua damnat
Secta fidem dominis coelum partita duobus.
Quæ te confundunt nebulæ? quis ſomnus inerti
Incubat ingenio? cui per phantaſmata duplex
Occurrit ſpecies biuio diſperſa ſuperno?
Si vim mentis hebes ſtupor obſidet: aſpice ſaltem
Obuia terrenis oculis elementa: quibus ſe
Res occulta dei dignata eſt prodere ſignis.
Hereſin hanc præſaga patris præuiderat olim
Maieſtas fore: quæ rectorem lucis ⁊ orbis
Scinderet in partes geminatum ſegrege regno.

Idcirco ſpecimen poſuit ſpectabile noſtris
Exemplumq; oculis: ne quis duo numina credat.
Una per immenſam coeli caueam reuolutos
Præbet flamma dies. texit ſol vnicus annum.
Triplex ille tamen nullo diſcrimine trina
Subnixus ratione viget. ſplendet. volat. ardet.
Motu agitur. feruore cremat. tum lumine fulget.
Sunt tria nempe ſimul lux. & calor. & vegetamen.
Una eademq; tamen rota ſideris indiſcretis
Fungitur his: vno ſeruat tot munera ductu:
Et tribus vna ſubeſt miſtum ſubſtantia rebus.
Non conferre deo velut æquiparabile quicquam
Auſim: nec domino famulum componere ſignum
Ex minimis: ſed grande ſuum voluit pater ipſe
Coniectare homines. quibus ardua viſere non eſt.
Paruorum ſpeculo non intellecta notamus.
Et datur occultum per proxima quærere verum.
Nemo duos ſoles niſi ſub glaucomate vidit.
Aut ſi fuſca polum ſuffudit palla ſerenum
Oppoſitus quoties radiorum ſpicula nimbus
Igne repercuſſo mentitus ſpargit in orbes.
Sunt animis etiam ſua nubila craſſus & aer.
Eſt glaucoma aciem quod tegmine vellet aquoſo
Liberane tetrum penetret meditatio coelum.
Neue deum rapidis comprendat ſenſibus vnum
Spargitur in bifidas maleſana intentio luces.
Et duplices geminis authoribus extruit aras.
Si duo ſunt igitur. cur non ſint multa deorum
Millia? cur numero deitas contenta gemello eſt?
An non in populos diſperſa examina diuum
Fundere erat melius: mundumq; implere capacem
Semideis paſſim nullo diſcrimine monſtris?
Quis fera barbaries perituros mactat honores:
Diſſona diſcretum retinent ſi numina coelum.

Conuenit ⁊ nebulis. ⁊ fontibus. ⁊ reboanti
Oceano. ⁊ ſiluis. ⁊ collibus. ⁊ ſpeluncis.
Fluminibus. ventis. fornacibus. atq; metallis
Adſignare deos proprios. ſua cuiq; iura.
Vel ſi gentiles ſordet venerarier vmbras.
Et placet eſſe duos ſceptris ſocialibus æquos.
Dic age quis terras ditionis ſorte retentet?
Quis regat æquoreas æterna lege procellas?
Ede cohæredum diſtinctum ius dominorum.
¶ Vnus ais triſti reſidet ſublimis in arce.
Author nequitiæ. ſcelerum deus. aſper. iniquus.
Qui quodcunq; malum vitioſo feruet in orbe:
Seuit: ⁊ anguineo medicans noua ſemina ſucco
Rerum principium mortis de fomite traxit.
Ipſe opifex mundi terrã. mare. ſydera fecit.
Condidit ipſe hominem: lutulenta ⁊ membra coegit
Effigians quod morbus edat. quod crimine multo
Sordeat. informi tumulus quod tabe reſoluat.
¶ Aſt alij pietatis amor. placidumq; medendi
Ingenium. recreans homines. mortalia ſeruans.
Teſtamenta duo fluxerunt principe vtroq;.
Tradidit iſte nouum melior. vetus illud acerbus.
Hæc tua Marcion grauis. ⁊ dialectica vox eſt.
Immo hæc attoniti cerebri manifeſta phreneſis.
¶ Nouimus eſſe patrem ſcelerum: ſed nouimus ipſum:
Haud quaquam tamen eſſe deum. quin immo gehennæ
Mancipium: ſtygio qui ſit damnandus auerno.
Marcionita deus. triſtis. ferus. inſidiator.
Vertice ſublimis: cinctum cui nubibus atris
Anguiferum caput ⁊ fumo ſtipatur. ⁊ igni
Liuentes oculos ſubfundit felle peruſto.
Inuidia impatiens iuſtorum gaudia ferre.
Hirſutos iuba denſa humeros errantibus hydris
Obtegit: ⁊ virides allambunt ora ceraſtæ.

Amartigenia.

Ipſe manu laqueos per lubrica fila reflexos
In nodum reuocat: faciliqꝫ ligamine tortas
Innectit pedicas: neruoſqꝫ in vincula tendit.
Ars olli captare feras: animalia bruta.
Inretit ore plagis retinacula. deniqꝫ cæcis
Indeprehenſa locis erranti opponere prædæ.
Hic ille eſt venator atrox: qui ſede frequenti
Incautas animas non ceſſat plectere Nembrod.
Qui mundum curuis anfractibus ⁊ ſyluoſis
Horrentem ſcopulis verſuto circuit aſtu
Fraude alios. tectiſqꝫ dolis innectit adortus.
Porro giganteis alios luctando lacertis
Frangere funereos late exercere triumphos.
¶ Improba mors quid non mortalia pectora cogis?
Ipſe ſuam (pudet heu contempto principe vitæ)
Perniciem veneratur homo. colit ipſe cruentum
Carnificem: gladijſqꝫ aciem iugulandus adorat.
Intantum miſeris peccati nectare captis
Dulce mori eſt. tanta in tenebris de peſte voluptas.
Qui mala principio genuit: deus eſſe putatur.
Quiqꝫ bona infecit vitijs: ⁊ candida nigris.
Par furor illorum: quos tradit fama dicatis
Conſecraſſe deas febrem ſcabiemqꝫ ſacellis.
Inuentor vitij non eſt deus. angelus illud
Degener infami conceptum mente creauit:
Qui prius Auguſtum radiabat ſydus: ⁊ ingens
Ex nihilo ſplendor nutrito ardebat honore.
¶ Ex nihilo nam cuncta retro factumqꝫ quod vſquã eſt.
At non ex nihilo deus ⁊ ſapientia vera.
Spiritus ⁊ ſanctus. res ſemper viua. nec vnquam
Coepta: ſed aerios etiam molita miniſtros.
Horum de numero quidam pulcherrimus ore
Maieſtate ferox: nimijs dum viribus auctus
Inflatur: dum grande tumens ſeſe altius effert.

Oſtentatq́ʒ ſuos licito iactantius ignes:
Perſuaſit proprijs genitum ſe viribus. ex ſe
Materiam ſumpſiſſe ſibi: qua primitus eſſe
Inciperet: naſciq́ʒ ſuum ſine principe coeptum.
Hinc ſcola ſub tacitā medicatur gignere ſectam:
Que docet e tenebris ſubditū micuiſſe tyrannuʒ.
Qui velut æterna latitans ſub nocte retrorſum
Vixerit: et tecto ſemper regnauerit æuo.
Aemulus: vt memorant: opera ad diuina repente
Corrumpenda. caput caligine protulit atra.
Hoc ratio ſed noſtra negat: cui non licet vnam
Infirmare fidem: ſacro quæ tradita libro eſt.
Nil ait abſq́ʒ deo factum: ſed cuncta per ipſum:
Cuncta: nec eſt alius quiſquā niſi factus ab ipſo.
Sed factus de ſtirpe bonus bonitatis in vſum
Proditus et primo generis de fronte ſerenus.
Deterior mox ſponte ſua dum decolor illum
Inficit inuidia: ſtimuliſq́ʒ inſtigat amaris:
Arſit enim ſcintilla odij de fomite zeli:
Et dolor ingenium ſubditus conflauit iniquum.
Viderat argillam ſimulacrum et ſtructile flatu
Concaluiſſe dei: dominum quoq́ʒ conditione
Impoſitum: natura ſoli pelagiq́ʒ poliq́ʒ
Vt famulans homini locupletem fundere partū
Noſſet: et effuſum terreno adijcere regi.
Qui cunctū proprio regeret moderamine mundū.
Inflauit fermento animi ſtomachante tumorem
Beſtia: deq́ʒ acidis vim traxit acerba medullis
Beſtia. ſorde carens cui tunc ſapientia longi
Corporis enodem ſeruabat recta iuuentam.
Complicat ecce nouos ſinuoſo pectore nexus.
Inuoluit nitidam ſpiris torquentibus aluum.
Simplex lingua prius varia micat arte loquendi:
Et diſciſſa dolis reſonat ſermone triſulco.

# Amartigenia.

Hinc natale caput vitiorum: principe ab illo
Fluxit origo mali: qui ſe corrumpere primum
Mox hominem didicit nullo informante magiſtro.
Ultimus exitium ſubuerſo præſide mundus
Sortitur: mundiqꝫ omnis labefacta ſupellex.
Non aliter quã cum incautum ſpoliare viantem
Forte latro adgreſſus prædæ prius immemor ipſum
Enſe ferit dominum pugnæ nodumqꝫ moramqꝫ:
Quo pereunte trahat captiuos victor amictus
Jam non obſtanti locuples de corpore prædo.
Sic hominis ſublecta domus ditiſſimus orbis
Scilicet in facilem domino peccante ruinam
Lapſus herile malum iam tunc vitiabilis hauſit.
Tunc lolium. lappaſqꝫ leues per adultera culta
Ferre malignus ager glebis male pinguibus auſus
Triticeam vacuis ſegetem violauit auenis:
Tunc etiam innocuo vitulorum ſanguine paſci:
Jamqꝫ iugo edomitos rictu laniare iuuencos
Occiſo paſtore truces didicere Leones.
Necnon τ querulis balatibus irritatus
Plenas nocte lupus ſtuduit perrumpere caulas.
Omne animal diri callens ſolertia furti
Jmbuit: τ tortos acuit fallacia ſenſus.
Quamuis maceries florentes ambiat hortos:
Sæpibus τ denſis vallentur vitea rura:
Aut populata rodit gemmantia germina bruchus:
Aut auibus diſcerpta feris lacerabitur vua.
Quid loquar herbarum fibras medicante veneno
Tinctas letiferi ſudiſſe pericula ſucci.
Noxius in teneris ſapor æſtuat ecce frutetis:
Cum prius innocuas tulerit natura cicutas.
Roſcidus τ viridem qui veſtit flos rhododaphnen
Pabula laſciuis dederit ſincera capellis.
Jpſa quoqꝫ oppoſitum diſtructo foedere certo

Tranſcendunt elementa modum:rapiuntqꝫ.ruuntqꝫ
Omnia lege ruptis quaſſantia viribus oꝛbem.
Frangunt vmbꝛiferos aquilonum pꝛælia lucos.
Et cadit immodicis ſylua extirpata pꝛocellis.
Parte alia violentus aquis toꝛrentibus amnis
Tranſilit obiectas pꝛæſcripta repagula ripas:
Et vagus euerſis late dominatur in agris.
Nec tamen his tantam rabiem naſcentibus ipſe
Conditoꝛ inſtituit:ſed laxa licentia rerum
Turbauit placidas rupto moderamine leges.
Nec mirum ſi membꝛa oꝛbis concuſſa rotantur:
Si vitijs agitata ſuis mundana laboꝛat
Machina:ſi terras lues incentiua fatigat
Exemplum datura hominum quo cætera peccent.
Vita hominum cui quicquid agit veſania.terroꝛ
Suppeditant vt bella fremant.vt fluxa voluptas
Diffluat:impuro ferueſcat vt igne libido:
Soꝛbeat vt cumulos nummoꝛum faucibus amplis
Gurges auaritiæ.finis quam nullus habendi
Temperat aggeſtis addentem vota talentis.
Auri nanqꝫ fames parto fit maioꝛ ab auro.
Inde ſeges ſcelerum radix ⁊ ſola maloꝛum:
Dum ſcatebꝛas fluuioꝛum omnes ⁊ operta metalla
Eliquat oꝛnatus ſoluendi leno pudoꝛis:
Dum venas ſqualentis humi ſcrutatur inepta
Ambitio ſcalpens naturæ occulta latentis:
Si quibus in foueis radiantes foꝛte lapillos
Rimata inueniat:nec enim contenta decoꝛe
Ingenito externam mentitur foemina foꝛmam.
Ac velut artificis domini manus imperfectum
Os dederit:quod adhuc res exigat.aut hiacinthis
Pingere ſculptilibus redimitæ frontis in arce:
Colla vel ignitis ſincera incingere ſertis.
Auribus aut grauidis virides ſuſpendere baccas

## Amartigenia.

Nectitur ⁊ nitidis concharum calculus albens
Crinibus. aureoliſq; riget coma texta catenis.
Tædet ſacrilegas matrum percurrere curas:
Muneribus dotata dei quæ plaſmata fuco
Inficiunt. vt figmentis cutis inlita perdat
Quod fuerat falſo non agnoſcenda colore.
Hæc ſexus malefortis agit: cui pectore in arcto
Mens fragilis facili vitiorum fluctuat æſtu.
Quid? quod ⁊ ipſe caput muliebris corporis ⁊ rex
Qui regit inualidam propria de carne reſectam
Particulam: qui vas tenerum ditione gubernat:
Soluitur in luxum. cernas molloſcere cultu
Heroas vetulos: opifex quibus aſpera membra
Finxerat: ⁊ rigidos durauerat oſſibus artus.
Sed pudet eſſe viros. quærunt vaniſſima quæq;
Quis niteant: genuina lues vt robora ſoluant.
Vellere non ouium: ſed eoo ex orbe petitis
Ramorum ſpolijs fluitantes ſumere amictus
Gaudent: ⁊ durum ſcutulis perfundere corpus.
Additur ars: vt fila herbis ſaturata recoctis
Inlaudant varias diſtincto ſtamine formas.
Vt quæq; eſt lanugo feræ molliſſima tactu
Pectitur. hunc videas laſciuas præpete curſu
Venantem tunicas: auium quoq; verſicolorum
Indumenta nouis texentem plumea telis.
Illum pigmentis redolentibus ex peregrino
Puluere foemineas ſpargentem turpiter auras.
Omnia luxus habet noſtræ vegetamina vitæ:
Senſibus in quinq; ſtatuens quæ condidit author
Auribus. atq; oculis. tum naribus. atq; palato
Quæritur infectus vitioſis artibus vſus.
Ipſe etiam toto pollet qui corpore tactus
Palpamen tenerum blandis ex fotibus ambit
Pro dolor ingenuas naturæ occumbere leges:
Captiuaſq; trahi regnante libidine dotes.

Peruerſum ius omne viget: dū quicquid habēdū
Omnipotens dederat ſtudia in contraria vertunt.
Idcirco ne rogo ſpeculatrix pupula molli
Subdita palpebræ eſt: vt turpia ſemiuirorum
Membra theatrali ſpectet vertigine ferri
Inceſtans miſeros foede oblectamine viſus:
Aut ideo ſpirant: mediaq; ex arce cerebri
Dimittunt geminas ſociata foramina nares:
Ut bibat in lecebras male conciliata voluptas:
Quas pigmentato meretrix iacit improba crine:
Num propter lyricæ modulamina vana puellæ
Neruorumq; ſonos et conuiuæ recalentis
Carmen nequitiæ patulas deus addidit aures:
Perq; cauernoſos iuſſit penetrare meatus
Uocis iter: nunquid madido ſapor inditus ori
Uiuit ob hanc cauſam: medicata vt fercula pigram
Ingluuiem vegetamq; gulam ganeonis ineſcent:
Per varios guſtus inſtructa vt prandia ducat
In noctem: laſſetq; grauem ſua crapula ventrem:
Quid durū. quid molle foret. q̄d lene. quid horrēs.
Quid calidum. gelidum ve deus cognoſcere noſmet
Adtactum voluit palpandi interprete ſenſu.
At nos delicias plumarum et linea texta
Sternimus: atq; cute fulcro attenuate polimus.
Foelix qui indultis potuit mediocriter vti
Muneribus: par cumq; modum ſeruare fruendi.
Quem locuples mundi ſpecies ⁊ amoena vetuſtas
Et nitidis fallens circunflua copia rebus
Non capit vt puerum: nec inepto addicit amori.
Qui ſub adumbrata dulcedine triſte venenum
Deprendit latitare boni mendacis operta.
Sed fuit id quondam nobis ſanctumq; bonumq;
Principio rerum Chriſtus cum conderet orbem.
Uidit enim deus eſſe bonum: velut ipſe Moyſes

Amartigenia

Hiſtoricus mundi naſcentis teſtificatus.
Uidit ait deus eſſe bonum quodcunqꝫ creauit.
Hoc ſequar.hoc ſtabili conceptum mente tenebo
Inſpirante deo:quod ſanctus vaticinator
Prodidit antiquæ recolens primordia lucis:
Eſſe bonum quicquid deus ⁊ ſapientia fecit.
Conditor ergo boni pater eſt:⁊ cum patre Chriſtus,
Nam deus atqꝫ deus pater eſt.et filius vnum.
Quippe vnum natura facit.quæ conſtat vtriqꝫ
Una voluntatis.iuris.virtutis.amoris.
Non tamen id circo duo numina:nec duo rerum
Artifices:quoniam generis diſſenſio nulla eſt:
Atqꝫ ideo nulla eſt operis diſtantia.nulla
Ingenij.peperit bona omnia conditor vnus.
Nil luteum de fonte fluit:nec turbidus humor
Naſcitur.aut primæ violatur origine venæ:
Sed dum liuentes liquor incorruptus harenas
Prælambit:putrefacta inter contagia ſordent.
Nunquid equus.ferrum.taurus.leo.funis.oliuum
Inſe vim ſceleris cum formarentur:habebant?
Quod iugulatur homo non ferrum cauſa furoris.
Sed manus eſt nece cum veſania feruida circi
Authorem leuitatis habet rapidi ve fragoris
Mens vulgi rationis inops.non curſus equorum
Perfurit.infami ſtudio perit vtile donum.
Sic Lacedæmonicas oleo maduiſſe paleſtras
Nouimus.et placidum ſeruire ad crimina ſuccum.
Inde per aerium pendens audacia funem
Ardua ſecuris ſcandit proſcenia plantis.
Inde feras volucri temeraria corpora ſaltu
Tranſiliunt:mortiſqꝫ inter diſcrimina ludunt.
Sanguinis humani ſpectacula publicus edit
Confeſſus: legeſqꝫ iubent venale parari
Suppliciū:quo membra hominū diſcerpta cruētis

Morſibus oblectent hilaram de funere plebem:
Mille alia ſtolidi bacchantia gaudia mundi
Percenſere piget: quæ veri oblita tonantis
Humanum miſeris voluunt erroribus æuum.
Nemo animum ſummi memorem genitoris in altum
Excitat: ad coelum mittit ſuſpiria nemo:
Nec recolens apicem ſolij natalis ad ipſum
Reſpicit authorem: nec ſpem ſuper aera librat:
Sed mentem grauidis contentam ſternere curis
Indigno ſubdit domino: peritura[que] pronus
Diligit: & curuo quærit terreſtria ſenſu.
Hoc pulchrum quod terra parit. quod gloria confert
Lubrica. commendat quod pernicioſa voluptas.
Quod velut excitus difflato puluere ventus
Præterit: exemplo tenuis quod tranſuolat vmbræ.
His ægras animas morborum peſtibus vrget
Prædo potens: tacitis quem viribus interfuſum
Corda bibunt hominum. ferit ille medullitus omnes
Nequitias: ſpargit[que] ſuos per membra miniſtros.
Nan[que] illic numeroſa cohors ſub principe tali
Militat. horrendiſ[que] animas circumſedit armis
Ira. ſuperſtitio. moeror. diſcordia. luxus.
Sanguinis atra ſitis. vini ſitis. & ſitis auri.
Liuor. adulterium. dolus. obtrectatio. furtum.
Informes horrent facies: halitu[que] minaces.
Ambitio ventoſa tumet. doctrina ſuperbit.
Perſonat eloquium. nodos fraus addita nectit.
Inde Canina foro latrat facundia toto.
Hinc gerit Herculeam vilis ſapientia clauam.
Oſtentat[que] ſuos vicatim gymnoſophiſtas
Incerat lapides fumoſos idololatrix
Relligio: & ſurdis pallens aduoluitur aris.
Heu quantis mortale genus premit improbus hoſtis
Armigeris. quanto ferrata ſatellite ducto:

Bella gerit. quanta victos ditione triumphat.
Surgit in auxilium Chananæus. atq; agmina denſet
Caſſide terribili ſetarum ponderamento
Concutiens: dextramq; graui cum cuſpide quaſſans.
Aſt alia de parte furens exercitus ardet
Regis Amorrei. tum millia Gergeſæorum
Effundunt aciem toto volitantia campo.
Eminus hi feriunt. confligunt comminus illi.
Ecce Gebuſaicæ feruent ad prælia turmæ.
Aurea tela quibus de ſanguine tincta draconis
Mortifero ſplendore micant. radiantq;. micantq;.
Nec non terrificas pilis armare cateruas
Tecethee iuuat. ſed gens Ferezea ſagittis
Inſultat virtute pari. ſed diſpare ferro.
Poſtremum cuneum rex promouet Euueorum.
Squamoſum thoraca gerens de pelle colubri.
His ſubnixa viris ſcelerum peruerſa poteſtas
Edomat inualidas mentes. quæ ſimplicitate
Indociles. belliq; rudes ſub foedere falſo
Triſtis amicitiæ primum ſocia agmina credunt.
Mammoneamq; fidem pacis ſub amore ſequuntur.
Mox faciles ad vincla rapi iuga dura volentes
Addictis ſubeunt ceruicibus. & nebulonum
Spirituum iuſſis ſeruire ferocibus aptant.
Ille ſuperuacuis augens patrimonia fundis.
Finitimiſq; inhians contempto limite agellis.
Ducitur innexus manicis. & mille cathenis
Ante triumphales currus poſt terga reuinctus.
Nec ſe barbaricis addictum ſentit habenis.
Hic qui ventoſæ ſcandit faſtigia famæ.
Inflaturq; cauo pompæ popularis honore.
Qui ſummum. ſolidumq; bonum putat ambitionis
Creſcere ſucceſſu. præconum voce trementes
Examinare reos. miſerorum in corpora faſces

Frangere terribiles. legum exercere ſecures
In laqueum iam colla dedit. iam compede dura
Flectitur. & pedibus ſeruilia vincula limat.
Credite captiui mortales: hoſtica quos iam
Damnatos cohibent ergaſtula: quos famulatu
Poenarum virtus non intellecta coercet:
Hæc illa eſt Babylon: hæc trāſmigratio noſtræ
Gentis: & horribilis victoria principis Aſſur.
Carmine luctifico quam deflens Hieremias.
Orbatam proprijs vlulauit ciuibus vrbem.
Num latet. aut dubium eſt animas de ſemine Jacob
Exilium gentile pati: quas perſica regna
Captiuas retinent: atq; in ſua foedera cogunt:
Illic natali deſueſcunt viuere ritu.
Moribus & patrijs exutæ in barbara iura
Degenerant. linguamq; nouam: veſtemq; ſequuntur:
Deq; profanato diſcunt ſordeſcere cultu:
Nutricemq; abolent petulanti e pectore Sion.
Jam patriæ meminiſſe piget. iam myſtica frangunt
Organa. & externi laudant anathemata regni.
Nonne fuit melius ſæuum Memphitidis aulæ
Imperium toleraſſe patres: penituſq; ſiniſtris
Adſediſſe focis: poſitos Pharaonis iniqui
Sub pedibus limo: & paleis ſeruire paratos:
Carnis & immodicæ ſpurco ructamine crudos.
Quo tantum auxilij per prodigialia ſigna
Effudit dominus. populum dum forte rebellem
Seruat ope immerita. vinclis dum ſubdita colla
Soluit. & Aegyptum virga ſerpente coercet:
Quid iuuat equoreum pelago cedente profundum
Puluerea calcaſſe via: cum conſcia ponti
Saxa ſub ignota patuerunt prodita coelo:
Aruit & medio ſitiens in gurgite limus:
Si victor virtute dei. mediaſq; tenebras

Amartigenia.

Luce columnari ſcindens exercitus olim.
Perdidit inuenti vallē botryonis opimam:
Si neſcit verſare ſolum cui melle perenni
Gleba fluens niueos permiſcet lactea riuos.
Si domitam hierico lituis atq; ære canoro
Rurſus in antiquos patitur conſurgere muros:
Si riuis reſtui iordanis pellitur. et iam
Deſerit adſcriptam dimenſa in iugera ſortem:
Deniq; ſi ſtrictam tantis ſudoribus vrbem.
Et quæ nubigenas tranſcendunt culmina nimbos
Defenſare nequit. ſi neſcit. quis lapis ille ſt
Hoſtibus obſiſtens. et inexpugnabile turris
Præſidium. quē non fragor hoſticus arietis. aut quē
Uis impacta quatit. non æris machina roſtro
Arietat inſiliens. nec ferrea verbera quaſſant:
Angulus hic portæ in capite eſt. hic cōtinet omnem
Saxorum ſeriam conſtructaq; limina firmat.
Quam qui rite ſuis per propugnacula muris
Mouerit inſertum ſeq; ac ſua moenia vallo
Præcingat triplici celſa ſtans eminus arce
Fretus amore petræ. caſtis ⁊ peruigil armis
Non illum regina Tyri. non accola magni
Eufratis Parthus rapiet. non decolor indus
Tempora pennatis redimitus nigra ſagittis.
Quin ſi fulmineos cogens ad bella gigantas
Allophylus tua caſtra velit delere tyrannus.
Tutus eris. nec te firma ſtatione mouebit
Ipſe Charon mundi numen Marcionis ipſe.
Qui regit aerio vanas ſub ſole tenebras.
Nam vanum quicquid ſol aſpicit. ex elementis
Cuncta ſolubilibus. fluxoq; creamine conſtant.
Fallo. creaturam niſi doctor apoſtolus omnem
Subiectam vanis non ſponte laboribus orſus
Periuro ingemuit miſerans ſeruire latroni

Errat ait.qui luctamen cum ſanguine nobis.
Et carne .et venis feruentibus. et vitioſo
Felle putat.calidiſq; animam peccare medullis.
Non mentē ſua membra premūt nec terrea virtus
Oppugnat ſenſus liquidos.bello ve laceſſit
Sed cum ſpiritibus tenebroſis nocte.dieq;
Congredimur.quorum dominatibus humidus iſte.
Et pigris denſus nebulis obtemperat aer.
Scilicet hoc medium.coelum inter.& infima terræ.
Quod pater et vacuo nubes ſuſpendit hiatu
Frena poteſtatum variarum ſubſtinet ac ſub.
Principe Belial rectoribus horret iniquis.
His conluctamur prædonibus.vt ſacra nobis
Oris apoſtolici teſtis ſententia prodit.
Nemo habitum naturæ.aut inritamina peccans
Corporis accuſet.facile eſt frenare rebelles
Affectus carnis.nimioſq; retundere pulſus
Materiæ fragilis.et viſcera victa domare.
Quippe animus longe præſtantior.vt pote ſummo
Aethere demiſſus.ſubiectos.ſi velit artus
Imperio quaſſare graui.iuſſiſq; ſeueris
Dedere regnanti domino.vis nulla reſiſtit.
Maior ineſt.vis illa homini.quæ flatile virus
Ingerit.& tenuem tenui ferit aere mentem.
Parthica non æque ventos tranſcurrit harundo.
Cuius iter nullus potis eſt comprendere viſus.
Præpes enī volucris dū pennis tranſuolat auras.
Improuiſa venit.nec ſtridor nuntiat ante.
Aduentum leti.quam pectoris abdita rumpat.
Securam rapiens medicato vulnere vitam.
Sed magis aligera eſt.magis et medicata ſagitta.
Quam iacit vmbroſi dominatio lubrica mundi.
Eludens excuſſa oculos.calamiq; volantis
Præpete tranſcurſu cordis penetralia figens.

Nec ſegnis natura animæ. vt tarda cauendi
Vulneris ignitum. quoniam deus indidit olli
Ingenium purum. ſapiens. ſubtile. ſerenum.
Mobile. ſolicitum. velox. agitabile. acutum.
Factorem modo facta ſuum veneretur. et ipſi
Militet. ac victum proculcet ſobria mundum
Nil de peſtiferis opibus. aut falſificatis
Terrarum ſpolijs. ſtulto oblectamine libans
Nec ſub faſce iacens alieno. ꝛ dedita regno.
Nequeat argutas hoſtis vitare ſagittas.
Sed quid ego oẽ malũ mũdiq́ꝫ hominũq́ꝫ maligni
Hoſtis ad inuidiam detorqueo? cum mala noſtra
Ex noſtris concreta animis genus et caput ꝛ vim
Quid ſint: quid valeant: ſumant de corde parente?
Ille quidem fomes noſtrorum ꝛ cauſa malorum eſt.
Sed tantum turbare poteſt aut fallere: quantum
Nos volumus. qui decrepito ſuggeſta Leoni
Armamenta damus: friget fera futile frendens:
Humani generis ni per ſuffragia gliſcat.
Signimus omne malum proprio de corpore noſtro.
Vt genuit Dauid alias pater optimus vnum
Crimen Abeſſalom tetrum pater ille: ſed vnum
Innocuas inter ſoboles genuit patricidam:
Auſus in authorem generis qui ſtringere ferrum.
Ah pietas. ſignis contraria ſigna paternis
Egit: ꝛ vnius commiſit ſanguinis arma.
Noſtra itidem diros vrente propagine natos
Pectora parturiunt: verſis qui protinus in nos
Morſibus inſueſcunt gignentum viuere poenis.
Depopulantur enim nimium foecunda parentum
Viſcera: et interitu genitalis ſtirpis aluntur.
Progeniem verum ille ſuam rex vt pote ſummus
Atq́ꝫ dei vates paritur̃æ et virginis author
Triſtibus atq́ꝫ pijs variauerat; vt Salomonis

Frater Abeſſalom miſceret crimina iuſtis
Pignoribus:ducemq; domum turbaret amaris.
Nos dignum Salomone nihil.nos degener implet
Solus Abeſſalom lacerans pia viſcera ferro.
Si licet ex ethnicis quicquam præſumere:vel ſi
De phyſicis exempli aliquid:ſic vipera(vt aiunt)
Dentibus emoritur fuſæ per viſcera prolis.
Mater morte ſua non ſexu fertilis aut de
Concubitu diſtenta vterum.ſed cum calet igni
Percita foemineo moriturum obſcoena maritum
Ore ſitit patulo.caput inſerit ille trilinguæ
Coniugis in fauces:atq; oſcula feruidus intrat
Inſinuans oris coitu genitale venenum
Nupta voluptatis vi ſaucia mordicus hauſtum
Frangit amatoris blanda inter foedera guttur:
Infuſaſq; bibit caro pereunte ſaliuas.
His pater inlecebris conſumitur.at genitricem
Clauſa necat ſoboles.nam poſtquam ſemine adulto
Incipiunt calidis corpuſcula parua latebris
Serpere:motatumq; vterum vibrata ferire.
Aeſtuat interno pietatis crimine mater:
Carnificemq; gemit damnati conſcia ſexus
Progeniem ſepti rumpentem obſtacula partus.
Nam quia naſcendi nullus patet exitus:aluus
Foetibus in lucem nitentibus excruciata
Carpitur:atq; viam lacerata per ilia pandit.
Tandem obitu altricis prodit grex ille dolorum
Ingreſſum vitæ vix eluctatus ⁊ ortum
Perſcelus exculpens.lambunt natale cadauer
Reptantes catuli:proles dum naſcitur orba.
Haud experta diem miſeræ niſi poſthuma matri.
Non diſpar noſtræ conceptus mentis abore
Vipereo infuſum ſic combibit illa venenum
Coniuge Beliadæ:ſic oſcula deuorat hauſto:

Interiuſq; rapit. ſic felle libidinis ardens
Impletur vitijs perituro miſta marito.
Tunc prægnans loetale genus concepta maligni
Fert opera ingenij de ſemine complicis hydri:
Quem poenis penſare prius ſua facta neceſſe eſt
Corruptæ pro ſtupro animæ proq; orbe perempto.
Ipſam porro animam crudelia vulnera carpunt
Mille puerperijs: ſoboles dum parturit ex ſe
Contra naturam genitas: peccamina crebra
Scilicet & partos materno funere natos.
Hinc illa eſt domini iuſta obiurgatio Chriſti:
Nonne pater dæmon vos increpo peccatores
Concubitu carnis ſemen ſitiens iniquum
Vos genuit. ſanctum lector percenſe volumen:
Quod loquor inuenies dominum dixiſſe profanis
Vera obiectantem mortalibus. ex patre nam vos
Eſſe meo genitos pietas ait ipſa probaret
Ac pietatis opus. pro cæca libido. quid hoc eſt?
Quod cum ſe thalamis deſponſam mens bona iuſtis
Nouerit: inq; thronum regis nuptura vocetur:
Et regis ſemper iuuenis. ſenioq; repulſo
Diuinum decus æterno ſeruantis in ore:
Malit adulterium: furuo & ſe munere vilem
Vendat nocticolæ ſpurcis complexibus indi
Aſpernata dei fuſam per virginis artus
Progeniem: dulceſq; vocans in fornice natos?
Sentio quam contra moueat pellacia litem:
Quod dente obnitens ſpinoſa calumnia pugnet:
Noſq; laceſſito vocet ad luctamina vero.
Si non vult deus eſſe malum: cur non vetat inquit.
Nil refert author fuerit factorq; malorum:
An ne opera in vitium ſceleris pulcherrima verti
Cum poſſit prohibere: ſinat? q; ſi velit omnes
Innocuos agere omnipotens. nec ſancta voluntas

Degener ⁊ facto nec ſe manus inquinet vllo.
Condidit ergo malum dominus:quod ſpectat ab alto:
Et patitur:fieriqꝫ probat:tanquam ipſe crearit.
Ipſe creauit enim:quod cum diſcludere poſſit:
Non abolet:longoqꝫ ſinit craſſarier vſu.
Damna aures pater alme meas:⁊ claude meatus
Obruteſcentis capitis:ne peruia tales
Concipiat flexura ſonos.eſt perdere tanti
Extinctum vitæ officium de parte cerebri:
Immunem modo ſeſe anima expertemqꝫ nefandi
Auditus felix ſtolida conſeruet ab aure.
Quis ferat hæc iniecta deo conuitia?qui ſe
Diuinis meminit præcellere nobilitatum
Muneribus.multa vt taceam:vel ſola benignum
Res probat eſſe deum:vetiti quod amore peremptos
Excitat e tumulis homines:regniqꝫ per æuum
Particeps iubet eſſe ſui.qui ſi foret author
Seruatorqꝫ mali:nunquam poſt damna ſalutis
Peccantumqꝫ obitus rediuiuam ferre medelam
Vellet:⁊ amiſſos opere inſtaurare ſecundo.
Labi hominis:ſeruare dei eſt.meritis perit iſte:
Ille abolet pereuntis opus:meritumqꝫ reſoluit.
Argumentum ingens:dominum qui talia præſtet:
Nolle malum.nec quod poſt abluit:ante probare.
Inuito ne aliquis potis eſt peccare tonante?
Cui facile eſt in corde hominis componere ſenſus
Quos libeat:fibraſqꝫ omnes animare pudicis
Pulſibus:⁊ totum venis infundere honeſtum?
Neſcis ſtulte tuæ vim libertatis ab ipſo
Formatore datam.neſcis ab origine quanta
Sit conceſſa tibi famulo ſuper orbe poteſtas.
Et ſuper ingenio proprio laxeqꝫ ſoluto
Iure poteſtatis liceat cui velle.ſequiqꝫ
Quod placitum eſt:nulliqꝫ animū ſubiungere vinclo.

Amartigenia

An cum te dominum cunctis quæcunqꝫ crearat:
Præficeret: mundumqꝫ tuis ſeruire iuberet
Imperijs. cumqꝫ arua. polum. mare. flumina. ventos
Dederit: arbitrium de te tibi credere auarus
Nollet vt indigno: libertatemqꝫ negaret?
Quale erat electus magni rex orbis vt eſſet:
Non rex ipſe ſui curto foedatus honore.
Nam quis honos domini eſt: cuius mens libera non eſt:
Vna ſed impoſitæ ſeruit ſententia legi?
Quæ laus porro hominis: vel quod meritum ſine certo
Inter vtramqꝫ viam diſcrimine viuere iuſte?
Non fit ſponte bonus: cui non eſt prompta poteſtas
Velle aliud: flexoſqꝫ animi conuertere ſenſus.
At qui nec bonus eſt: nec conlaudabilis ille:
Qui non ſponte bonus. quoniam probitate coacta
Gloria nulla venit: ſordetqꝫ in gloria virtus.
Nec tamen eſt virtus: ni deteriora refutans
Emicet: ⁊ meliore viam petat indole rectam.
Vade ait ipſe parens opifexqꝫ ⁊ conditor Adæ:
Vade homo adflatu noſtri prænobilis oris
Inſubiecte. potens. rerum arbiter. arbiter idem
Et iudex mentis propriæ. mihi ſubdere ſoli
Sponte tua: quo ſit ſubiectio ⁊ ipſa ſoluto
Libera iudicio. non cogo: nec exigo per vim:
Sed moneo iniuſtum fugias: iuſtumqꝫ ſequaris.
Lux comes eſt iuſti: comes eſt mors horrida iniqui.
Elige rem vitæ. tua virtus temet in æuum
Prouehat. alternum tua damnet culpa viciſſim:
Præſtet ⁊ alterutram permiſſa licentia ſortem.
Hac pietate vagus. ⁊ tanto munere abundans
Tranſit propoſitum fas: ⁊ loetalia prudens
Eligit atqꝫ volens: magis vtile dum ſibi credit:
Quod prohibente deo perſuaſit callidus anguis.
Perſuaſit certe hortatu: non impulit acri

Imperio. hæc mulier rea criminis exprobranti
Reſpondit domino ſuadelis ſe male fabris
Illectam ſuaſiſſe viro: vir et ipſe libenter
Conſenſit. licuit ne hortantem ſpernere recti
Libertate animi? licuit. nãq; et deus ante
Suaſerat: vt meliora volens ſequeretur. at ille
Spernens conſilium ſæuo plus credidit hoſti.
Nunc inter vitæ dominum mortiſq; magiſtrum
Conſiſtit medius. vocat hinc deus: inde tyrannus
Ambiguum atq; ſuis ſe motibus alternantem
Accipe geſtarum monumenta inſignia rerum:
Præluſit quibus hiſtoria ſpectabile ſignum.
Loth fugiens Sodomis ardentibus omnia ſecum
Pignora cara domus properabat ſede relicta
Nubibus vrbicremis ſubducere: ſulphure cum iam
Nimboſo ignitus coelum ſubtexeret aer:
Flagrantemq; diem crepitans incenderet imber.
Angelus hanc hoſpes legem præſcripſerat ollis
Emiſſus virtute dei ſub imagine dupla:
Omnis vt e portis iret domus atq; in apertum
Dirigeret conſtans oculos: nec pone reflexo
Lumine regnantes per moenia cerneret ignes.
Nemo memor Sodomæ: q̃ mũdi forma cremãdi eſt:
Vt ſemel e muris greſſum promouerit: ore
Poſt tergum verſo reſpectet funera rerum.
Loth monitis ſapiens obtemperat. at leuis vxor
Mobilitate animi torſit muliebre retrorſus
Ingenium: Sodomiſq; ſuis reuocabilis hæſit.
Traxerit Eua virum diræ ad conſortia culpæ:
Hæc peccans ſibi ſola perit. ſolidata metallo
Diriguit fragilis: ſaxumq; liquabile facta
Stat mulier: ſicut ſteterat prius omnia ſeruans
Caute ſigillati longum ſalis effigiata
Et decus. et cultum. frontemq;. oculoſq;. comamq;.

Et flexam in tergum faciem.paulumq3 relata
Menta retro:antiquæ monumenta rigentia noxæ.
Liquitur illa quidem ſalſis ſudoribus vda:
Sed nulla ex fluido plenæ diſpendia formæ
Sentit deliquio:quantumq3 armenta saporum
Adtenuant ſaxum:tantum lambentibus humor
Sufficit:attritamq3 cutem per damna reformat.
Hoc meruit titulo peccatrix foemina ſiſti
Infirmum fluidumq3 animum per lubrica ſoluens
Conſilia ⁊ fragilis iuſſa ad coeleſtia voti
Propoſitum contra non commutabile ſeruat.
Loth ingreſſus iter nec moenia reſpicit alto
In cinerem conlapſa rogo populumq3 peruſtum.
Et mores populi.tabularia.iura.forumq3.
Balnea.propolas.meritoria.templa.theatra.
Et circum cum plebe ſua.madidaſq3 popinas.
Quicquid agunt homines.Sodomorum incendia iuſtis
Ignibus inuoluunt:⁊ Chriſto iudice damnant.
Hæc fugiſſe ſemel ſatis eſt.non reſpicit vltra
Loth noſter:fragilis ſed coniunx reſpicit:⁊ quæ
Fugerat inuerſo mutabilis ore reuiſit:
Atq3 inter patrias perſtat durata fauillas.
En tibi ſignatum libertatis documentum:
Quod voluit nos ſcire deus.quodcunq3 ſequendum eſt
Sub noſtra ditione ſitum:paſſimq3 remiſſum
Alterutrum calcare viam.duo cedere iuſſi
De ſodomis:alter ſe præripit:altera muſſat.
Ille gradum celerat fugiens:contra illa renutat.
Liber vtriq3 animus:ſed diſpar vtriq3 voluntas.
Diuidit huc illuc rapiens ſua quenq3 libido.
Talem multa ſacris ſpeciem notat orbita libris.
Aſpice Ruth gentis moabitidis:⁊ ſimul Orfam.
Illa ſocrum Noemi fido comitatur amore:
Deſerit hac.atqui thalamis.⁊ lege iugali

Exutæ. hebreiſq; thoris. ſacriſq; vacantes.
Iure fruebantur proprio. ſed priſtinus Orſæ
Fanorum ritus præputia barbara ſuaſit
Malle: & ſemiferi ſtirpem nutrire Goliæ.
Ruth dum per ſtipulas agreſti amburitur eſtu:
Fulcra Booz meruit: caſtoq; adſcita cubili
Chriſtigenam foecunda domum dauidica regna
Edidit: atq; deo mortales miſcuit ortus.
Sæpe egomet memini fratres geminos ad hiulcum
Perueniſſe ſimul biuium nutante iuuenta:
Et dubitaſſe diu bifido ſub tramite: quod nam
Eſſet iter melius. cum dextrum ſpinea ſylua
Sentibus arctaret: ſcopuloſaq; ſemita longe
Duceret aerium cliuoſo margine callem.
At leuum nemus vmbriferum per amoena vireta
Ditibus ornaret pomis: & leue iacentem
Planicies daret ampla viam. ſqualentibus vnum
Contentum ſpinis reptaſſe per ardua ſaxa:
Porro alium campo ſeſe indulſiſſe ſiniſtro.
Illum ſyderibus caput immiſcere propinquis:
Hunc incoenoſas ſubito cecidiſſe paludes.
Omnibus vna ſubeſt natura: ſed exitus omnis
Non vnus peragit placitorum ſegrege forma.
Haud ſecus. ac ſi olim per ſudum lactea forma
Lapſa columbarum nubes deſcendit in aruum
Ruris frugiferi: laqueos vbi callidus auceps
Prætendit: lentoq; inleuit vimina viſco:
Sparſit et inſidias ſiliquis vel farre doloſo.
Iniiciunt alias fallantia grana: gulamq;
Innectunt auidam tortæ retinacula ſetæ:
Molle vel implicitas gluten circunligat alas:
Aſt aliæ quas nullus amor prolectat edendi:
Greſſibus innocuis ſterili ſpatiantur in herba:
Suſpectamq; cauent oculos conuertere ad eſcam.

Amartigenia

Mox vbi iam coelo reuolandum:pars petit æthram
Libera ſydeream plaudens ſuper aera pennis:
Pars captiua iacet.laceris et ſaucia plumis
Pugnat humi:et volucres nequiquã ſuſpicit auras
Sic animas coeli de fontibus vnicolores
Infundit natura ſolo:ſed ſuauibus iſtic
Deuinctæ inlecebris retinentur:⁊ æthera paucæ
Conſcendunt reduces. multas viſcoſus ineſcat
Paſtus et ad ſuperas percurrere non ſinit auras.
Preſcius inde pater liuentia tartara plumbo
Incendit liquido:piceaſqꝫ bitumine foſſas
Infernalis aquæ furuo ſuffodit auerno:
Et flegethonteo ſub gurgite ſanxit edaces
Perpetuis ſcelerum poenis inoleſcere vermes.
Norat enim flatu ex proprio vegetamen ineſſe
Corporibus noſtris:animamqꝫ ex ore perenni
Formatam non poſſe mori.non poſſe viciſſim
Pollutam virtus rurſum ad conuexa reuerti
Merſandam penitus puteo feruentis abyſſi.
Vermibus.⁊ flammis.et diſcruciatibus æuum
Immortale dedit.ſenio ne poena periret
Non pereunte anima carpunt tormenta.fouentqꝫ
Materiem ſine fine datam.mors deſerit ipſa
Aeternos gemitus:et flentes viuere cogit.
At diuerſa procul regionibus in paradiſi
Præmia conſtituit maieſtas gnara futuri
Spiritibus puris ⁊ ab omni labe remotis.
Quiqꝫ Gomorrææs non reſpexere ruinas:
Auerſis ſed rite oculis poſt terga tenebras
Liquerunt miſeri properanda pericula mundi.
Ac primum facili referuntur ad aſtra volatu:
Vnde fluens anima ſtructum vegetauerat Adam.
Nam quia naturam tenuem decliuia vitæ
Pondera non reprimunt:nec tardat ferrea compes:

Concretum celeri relegens ſecat aera lapſu.
Exuperatqꝫ polum feruens ſcintilla remenſum
Carcereos exoſa ſitus: quibus hæſerat exul.
Tunc poſt liminio redeuntem ſuſcipit alto.
Cana fides gremio: teneriſqꝫ oblectat alumnam
Delitijs multos poſt diuerſoria carnis
Ore renarrantem querulo: quos paſſa labores.
Illic purpureo latus exporrecta cubili
Floribus aeternis ſpirantes libat odores:
Ambroſiumqꝫ bibit roſeo de ſtamine rorem.
Ditibus et longo fumantibus interuallo
Fluminaqꝫ et tutos coeli ſitientibus imbres
Implorata negat digitum inſertare palato:
Flammarumqꝫ apices humenti extinguere tactu.
Nec mirere locis longe diſtantibus inter
Damnatas iuſtaſqꝫ animas concurrere viſus
Conſpicuos: meritaſqꝫ vices per magna notari
Interualla: polus medio quæ diuidit orbe.
Errat quiſque animas noſtrorum fine oculorum.
Aeſtimat inuolui: vitreo quos lucida palla
Obice: quis ſpeculum concreta coagula texunt:
Impediuntqꝫ vagas obducto humore feneſtras.
Num ne animarum oculis denſo vegetamine guttæ
Voluuntur teretes: aut palpebralius extra
Horreſcunt ſetis: cilio ve vmbrante teguntur?
Illis viua acies. nec pupula parua. ſed ignis
Traiector nebulæ: vaſti et penetrator operti eſt.
Nil ferrugineum ſolidum ve tuentibus obſtat.
Nocturnæ cædunt nebulæ. nigrantia cedunt
Nubila. patenti cedit teres area mundi.
Nec tantum aerios viſu tranſmittit hiatus
Spiritus: oppoſitos ſed tranſit lumine montes.
Oceani fines. atqꝫ vltima littora Thules
Trans adijt: volucreſqꝫ oculos in tartara mittit.

## Amartigenia.

Noſtris nempe omnes pereunt ſub nocte colores
Viſibus: & cæco delentur tempore formæ.
Nunquid & eruti membris ac viſcere perdunt
Agnitione notas rerum: vel greſſibus errant?
Vna animam ſemper facies habet. & color vnus
Aeris. vt cuiq; eſt meritorum ſumma ſiniſtri
Seu dextri alternas nec commutabile tempus
Conuertit. variatq; vices. longum atq; perenne eſt:
Quicquid id eſt. vnus voluit ſua ſecula curſus.
Expertus dubitas animas percurrere viſu.
Abdita corporeis oculis cum ſæpe quietis
Rore ſoporatis cernat mens viua remotos:
Diſtanteſq; locos aciem per rura. per aſtra.
Per Maria intendens. nec enim ſe ſegregat ipſa
Ante obitum viuis ex artubus: aut fugit exul
Sanguinis & carnis penetralia. ſeq; medulis
Exuit: abductam ve abijt de pectore vitam:
Viſcerea ſed ſede manens ſpeculatur acutis
Omnia luminibus. & qua circuntulit acrem
Naturæ leuis intuitum nullo obice rerum
Diſcluſa ante oculos ſubiectum proſpicit orbem:
Atq; orbis ſub mole ſitum ſordens elementum.
Ob iacet interea tellus: nec viſibus obſtat:
Quin ſi ſtelligerum vultus conuertat ad axem:
Nil intercurrens obtutibus impedit ignem
Peruigilis animæ: quamuis denſata grauentur
Nubila: & oppoſito nigreſcat vellere coelum.
Sic arcana videt tacitis cooperta futuris
Corporeus Ioannes adhuc nec carne ſolutus:
Munere ſed ſomni pauliſper carne ſequeſtra
Liber ad intuitum ſenſuq; oculiſq; peragrans
Ordine diſpoſitos venturis ſolibus annos.
Procinctum videt angelicum: iam iamq; cremandi
Orbis in excidium raucos & percipit aure

Mugitus grauium mundi ſub fine tubarum.
Hæc ille ante obitum membrorum carcere ſeptus
Secedente anima non diſcedente videbat.
Nonne magis flatus ſine corpore cuncta notabit
Corporis inuolucris tumulo frigente repoſtis
Certa fides rapidos ſubterna nocte caminos.
Qui pollutam animam per ſecula longa perenni
Igne coquunt oculis longum per inanē remotis
Pauperis expoſitos: nec ſecius aurea dona
Iuſtorum dirimente chao. rutilaſq; coronas
Eminus oſtendit poenarum carcere merſis.
Hinc paradiſicolæ poſt vlcera dira beato
Proditur infoelix vlulans in peſte reatus
Spiritus: inq; vicem meritorum mutua cernunt.
O dee cunctiparens animæ dator: o dee Chriſte:
Cuius ab ore deus ſubſiſtit ſpiritus vnus:
Te moderante regor. te vitam principe duco.
Iudice te pallens trepido. te iudice eodem
Spem capio fore quicquid ago veniabile apud te.
Quam libet indignum venia faciamq; loquarq;:
Confiteor. dimitte libens: & parce fatenti.
Omne malum merui: ſed tu bonus arbiter aufer
Quod merui. meliora fauens largire precanti
Dona animæ quandoq; meæ: cum corporis huius
Liquerit hoſpicium neruis. cute. ſanguine. felle.
Oſſibus extructum: corrupta quod incola luxu
Heu nimium complera fouet: cum flebilis hora
Clauſerit hos orbes: et conclamata iacebit
Materies: oculiſq; ſuis mens nuda fruetur:
Ne cernat truculentum aliquem de gente latronum
Immitem rabidum. vultuq; & voce minaci
Terribilem: qui me maculoſum aſpergine morum
In preceps vt prædo trahat: nigriſq; ruentem
Immergat ſpecubus cuncta exacturus adusq;

Quadrantem minimum damnoſæ debita vitæ.
Multa in Theſauris patris eſt habitatio Chriſte
Diſparibus diſcreta locis. non poſco beata
In regione domum. ſint illic caſta virorum
Agmina puluereum quæ dedignantia cenſuꝫ
Diuitias petiere tuas. ſit flore perenni
Candida virginitas animum caſtrata reciſum.
At mihi tartarei ſatis eſt ſi nulla miniſtri
Occurrat facies: nec flamma gehennæ
Deuoret hanc animam merſam fornacibus imis.
Eſto cauernoſo: quia ſic pro labe neceſſe eſt
Corporea: triſtis me ſorbeat ignis auerno:
Saltem mitificos incendia lenta vapores
Exhalent: æſtuq; calor languente tepeſcat.
Lux immenſa alios et tempora vincta coronis
Glorificent: me poena leuis clementer adurat.

Finit Amartigenia.

## Aurelij Prudentij Clementis. V.C. Contra Symmachum liber primus

Paulus præco Dei qui fera gentium
Primus corda ſacro perdomuit ſtilo:
Chriſtum per populos ritibus aſperis
Immanes placido dogmate ſeminans
In manſueta ſuas vt cærimonias
Gens pagana deo ſperneret agnito:
Actus turbinibus forte nigerrimis
Hibernum pelagus iam rate debili:
Et vim naufragi pertulerat noti.
Sed cum cerulei prælia gurgitis

Juſſiſſet domini dextra quieſcere:
Ad portum fluitans cumba relabitur:
Exponitq; ſolo littoris vuidi
Contractos pluuio frigore remiges.
Tunc de littoreis ſepibus algidi
Arentum propere brachia palmitum
Conuectant: rapidos vnde focos ſtruant.
Faſcem quiſq; ſuum congerit ignibus
Expectans calidi luxuriam rogi.
Paulus dum fragiles cogere ſurculos:
Et denſare foci congeriem ſtudet:
Incautam cumulis inſerit manum.
Torpebat glacie pigra vbi vipera
Sarmentis laqueos corporis implicans.
Quæ poſtquam intepuit fomite fumeo:
Laxauitq; ferox colla rigentia:
Jam flecti facilis rettulit ad manum
Vibrato capite ſpicula dentium
Hærentem digiti vulnere mordicus.
Pendentemq; gerens Paulus inhorruit.
Exclamant alij: quod cute liuida
Virus mortiferum ſerpere crederent.
At non intrepidum terret Apoſtolum
Triſtis tam ſubiti forma periculi.
Attollens oculos ſydera ſuſpicit
Chriſtum ſub tacito pectore murmurans.
Excuſſumq; procul decutit aſpidem.
Abiectus coluber verberat aera.
Atq; oris patuli ſoluit acumina.
Mox omnis ſanies deſerit & dolor
Ceu nullo laceram vulnere dexteram.
Siccatuſq; perit vipereus liquor.
Hydrum præcipitem dum rotat impetus:
Arſurum medijs intulit ignibus.

Sic nunc poſt hyemem vimq; trucis freti
Quo iactata ratis tunc ſapientia eſt:
Cum ſub ſacricolis territa regibus
Vix panſo poterat currere carbaſo:
Afflictoſq; ſuos turbine ſeculi
Vectarat rabidis fluctibus innatans:
Morſum vulnificum lex pia pertulit.
Occultabat enim ſe prius abditum
Virus: nec grauidum protulerat caput.
Contentum inuolucris atq; cubilibus.
Subter quo premeret clauſa ſilentia.
Sed dum forte latens impietas riget:
Dextram iuſtitiæ pigra momorderat
Succenſi ſtomacho fellis inæſtuans.
Heu quam catholicam nil prope profuit
Puppem naſſe ſacri remigio ſtili:
Quem Paulus variis gentibus edidit.
Vix portu placido tuta quieuerat
Victrix: edomitis mille furoribus:
Vix adſtricta ſuis iam retinaculis
Vectores ſtabili condiderat ſolo:
Erupit ſubito triſte periculum.
Nam dum præcalidos igniculos ſibi
Soluendis adolent et ſenio et gelu:
Dum virgas ſteriles atq; ſuperfluas
Flammis de fidei palmite concremant.
Ut concreta vagis vinea crinibus
Siluoſi inluuiem poneret idoli:
Palpauit nimius perniciem tepor.
Spes inſueta ſubit ſerpere flexibus.
Et vibrare ſagax eloquij caput.
Sed dextra impatiens vulneris irritos
Oris rhetorici depulit halitus:
Effuſum ingenij viras inaniter

## Liber primus.

Summa Chriſticolis in cute ſubſtitit.
Saluator generis Romulei precor:
Qui cunctis veniam das pereuntibus:
Qui nullum ſtatuis non operis tui
Mortalem: facili quem releues manu:
Huius ſi potis eſt iam miſereſcito
Præruptam in foueam præcipitis viri.
Spirat ſacrilegis flatibus inſcius:
Erroreſq; ſuos indocilis fouet.
Obteſtor iubeas: ne citus impetus
Arſurum medijs inferat ignibus.

Finit præfatio.

Credebam vitijs ægram gentilibus vrbem
Iam ſatis antiqui pepuliſſe pericula morbi:
Nec quicquam reſtare mali: poſtquam medicina
Principis immodicos ſedarat in arce dolores.
Sed quoniam renouata lues turbare ſalutem
Tentat Romulidũ: patris ĩploranda medela eſt:
Ne ſinat antiquo Romam ſquallere veterno:
Ne ve togas proceruꝫ fumoq; & ſanguine tingui.
Inclytus ergo parens patriæ moderator & orbis.
Nil egit prohibenda: vagas ne priſtinus error
Crederet eſſe deum nigrante ſub aere formas:
Aut elementorum naturą (quæ patris ars eſt
Omnigeni) ſumma pro maieſtate ſacraret
Vir ſolus: cui cura fuit: ne publica morum
Plaga cicatricem ſumma leuiter cute clauſam
Duceret: et latebram tabentis vulneris alte
Impreſſam: penituſq; putri de pure per eſam
Iuncta ſuperficies medico fallente foueret.
Sed ſtuduit quo pars hominis generoſior intus
Viueret: atq; animam lętali peſte piatam
Poſſet ab interno tutam ſeruare veneno.

Contra Symmachum
Illa tyrannorum fuerat medicina videre:
Qui ſtatus ante oculos præſentibus ac perituris
Competeret rebus:nec curam adhibere futuris.
Heu male de populo meriti:male patribus ipſis
Blanditi:quos præcipites in tartara mergi
Cum Ioue ſiuerunt:multa ꝛ cum plebe deorum.
Aſt hic imperium protendit latius æuo
Poſteriore ſuis cupiens ſancire ſalutem.
Nimirum pulchre quidem doctiſſimus:eſſet
Publica res inquit tunc fortunata ſatis:ſi
Uel reges ſaperent:vel regnarent ſapientes.
Eſt ne ille e numero paucorum:qui diadema
Sortiti ætheriæ coluerũt dogma ſophiæ?
Contigit ecce hominum generi.gentiqꝫ togatæ
Dux ſapiens.felix.noſtræ res publica Romæ
Iuſtitia regnante viget.parete magiſtro
Scepta gubernanti.monet vt deterrimus error:
Ut que ſuperſtitio veterum procul abſit auorum.
Nec putet eſſe deum.niſi qui ſuper omnia ſumm⁹
Emineat:magniqꝫ immenſa creauerit orbis.

De Saturno.

Num melius Saturnus auos rexiſſe latinos
Creditur:edictis qui talibus informauit
Agreſtes animos:et barbara corda virorum?
Sum deus.aduenio fugiens.prebete latebras.
Occultate ſemen nati feritate tyranni
Deiectum ſolio:placet hic fugitiuus et exul
Ut lateam:genti atqꝫ loco latium dabo nomen.
Uitibus incuruum (ſi qua eſt ea cura)putandis
Procudam chalybem.nec non et moenia veſtri
Fluminis in ripa ſtatuam Saturnia vobis.
Uos nemus appoſitaſqꝫ meo ſub honore ſacrãtes:
Sum quia nam coelo genitus:celebrabitis aras.
Inde deos:quorum patria ſpectata ſepulchra

Scimus:in ære hebetes informauere minores:
Aduena quos profugus gignens ⁊ equina libido
Intulit Italiæ.thuſcis nanq; ille puellis
Primus adhinniuit ſimulato numine moechus.

De Ioue.

¶ Mox patre deterior ſiluoſi habitator olympi
Iuppiter incoeſtas ſpurcauit labe Lacęnas.
Nunc boue ſubuectam rapiens ad crimen amatam.
Nunc tenera pluma leuior:blandoſq; ſuſurros
In morem recinens ſuaue immorientis oloris.
Capta quibus volucrem virguncula ferret amorem.
Nunc foribus ſurdis ſera quas vel peſſulus arctis
Firmarat cuneis per tectum diues amator
Imbricibus ruptis vndantis deſuper auri
Infundens pluuiam gremio excipientis amicæ.
Armigero modo ſordidulam curante rapinam
Compreſſu immundo miſerum cupiens catamytum:
Pellice iam puero magis indignante ſorore.
Hæc cauſa eſt ⁊ origo mali:quod ſęcla vetuſto
Hoſpite regnante crudus ſtupor aurea finxit.
Quodq; nouo ingenio verſutus iuppiter aſtus
Multiplices varioſq; dolos texebat:vt illum
Vertere cum vellet pellem faciemq;:putarent
Eſſe bouem.prædari aquilam.confingere cygnum.
Et nummos fieri:⁊ gremium penetrare puellæ.
Nam quid ruſticitas non crederet indomitorum
Stulta virum.pecudes.interituſq; ferinos
Dedere ſueta:animum diuæ rationis egenum
In quancunq; fidem nebulonis callida traxit
Nequitia.infelix facilem gens præbuit aurem.

De Mercurio.

¶ Succeſſit Iouis imperio corruptior ætas:
Quæ docuit rigidos vitijs ſeruire colonos.
Expertes furandi homines hac imbuit arte

Contra Symmachum.

Mercurius Maia genitus: nunc magnus habetur
Ille deus. cuius dedit experientia fures.
Necnon theſſalicæ doctiſſimus ille magiæ
Traditur. extinctas ſumptæ moderamine virgæ
In lucem reuocaſſe animas: cocytia loeti
Iura reſignaſſe ſurſum reuolantibus vmbris:
Aſt alias damnaſſe neci: penituſqꝫ latenti
Immerſiſſe chao. facit hoc ad vtrumqꝫ peritus
Ut fuerit: geminoqꝫ amarit crimine vitam.
Murmure nam magico tenues excire figuras:
Atqꝫ ſepulchrales ſcite incantare fauillas:
Uita itidem ſpoliare alios ars noxia nouit.
Artificem ſcelerum ſimplex mirata vetuſtas
Supra hominem coluit ſimulans per nubila ferri:
Aligeriſqꝫ leues pedibus tranſcurrere ventos.

De Priapo.

¶Ecce deum innumero formatus ⁊ æneus adſtat
Graius homo: auguſtaqꝫ Numæ præfulget in arce.
Strenuus exculti dominus quondam fuit agri:
Hortorumqꝫ opibus memorabilis. hic tamen idem
Scortator nimius: multaqꝫ libidine ſuetus
Ruſticolas vexare lupas: interqꝫ ſalicta
Et denſas ſepes obſcoena cubilia inire.
Indomitum intendens animum ſemperqꝫ paratum
Ad facinus: nunquam calidis dabat ocia venis.
Hic deus e patrio prænobilis Helleſponto
Uenit aduſqꝫ italos ſacris cum turpibus hortos.
Sinum lactis ⁊ hæc votorum liba quotannis
Accipit: ac ruris ſeruat vineta ſabini:
Turpiter adfixo pudeat quem viſere ramo.

De Hercule.

¶Herculeus mollis pueri famoſus amore
Ardor: ⁊ in tranſtris iactate ferbuit Argus:
Nec maris erubuit nemeæa pelle fouere

Concubitus: et Hylan pereuntem quærere coelebs.
Nunc ſalius: cantuq; domus pinaria templum
Collis Auentini conuexa in ſede frequentat.
Thebanus iuuenis ſuperatis fit deus indis.
Succeſſu dum victor ouans laſciuit: et aurum
Captiuæ gentis reuehit: ſpolijſq; ſuperbus
Diffluit in luxum cum ſemiuiro comitatu:
Atq; auidus vini multo ſe proluit hauſtu
Gemmantis pateræ ſpumis multoq; falerno
Perfundens bijugum rorantia terga ferarum.
His nunc pro meritis Baccho caper omnibus aris
Cæditur. & virides diſcindunt ore chelydros
Qui Bromium placare volunt: quod & ebria iam tunc
Ante oculos regis ſatyrorum inſania fecit:
Et feciſſe reor ſtimulis furialibus ipſas
Mænadas inflammante mero in ſcelus omne rotatas.
Hoc circum ſaltante choro tumulentus adulter
Inuenit expoſitum ſecreti in littoris acta
Corporis egregij ſcortum: quod perfidus illis
Liquerat incoeſto iuuenis ſatiatus amore.
Hanc iubet aſſumptam feruens poſt vina Neæram
Secum in delitijs fluitantis ſtare triumphi:
Regalemq; decus capitis geſtare coronam.
Mox Ariadnæus ſtellis coeleſtibus ignis
Additur: hoc pretium noctis perſoluit honore
Liber: vt ætherium meretrix illuminet axem.
Tantum poſſe omnes illo ſub tempore reges.
Indocilis fatui ducebat ineptia vulgi:
Ut tranſire ſuis cum ſordibus induperator
Poſſet in æternum coeli ſuper ardua regnum.
Regia tunc omnis vim maieſtatis & omnis
Parua licet coeli imperium retinere poteſtas
Credita. thure etiam ducibus paruoq; ſacello
Impertitus honos: quē dum metus. aut amor. aut ſpes

Accumulant longum miſeris proceſſit in æuum
Mos patrius. coepit falſæ pietatis imago
Ire per ignaros nebuloſo errore nepotes.
Tunc quia quæ viuis veneratio regibus ante
Contigerat functis: eadem iam munere lucis
Ceſſit: ⁊ ad nigras altaria tranſtulit vrnas.
Inde puellarum ludibria. pignora. partus.
Et furtiuus amor iuuenum: ⁊ deprehenſa iugalis
Corruptela tori: quoniam regalibus aula
Feruere tunc vitijs ſolita eſt: nec perdita luxu
Diuorum ſoboles ſancti meminiſſe pudoris.
Atqȝ vt Roma tuos coeleſti ex ſede parentes:
Quis te ſemideam iactant authoribus ortam:
Perſtringam breuiter Gradiuum vel Cithercam:
Ille ſacerdotem violat. contra illa marito
Succumbit Phrygio. coitus fuit impar vtrīqȝ.
Nec terreſtre deam decuit mortale ſubire
Coniugium: nec coelicolam deſcendere Ephoebum
Virginis ad vitium: furtiuoqȝ igne calere.
Sed Venus auguſto de ſanguine foemina vili
Priuatoqȝ viro vetitum per dedecus hæſit.
Et ſi Rhea ſacram laſciui Martis amore
Luſa pudicitiam fluuiali ammiſit in vlua:
Crediderim generoſæ aliquem ſtirpis: ſed eundem
Moribus infamem compreſſa virgine per vim
Si dixiſſe deum: ne ſtuprum numinis vllus
Obicere auderet turpi miſeræqȝ puellæ.
Hæc Italos induxit auos vel fama vel error:
Martia romuleo celebrarent vt ſacra campo:
Vtqȝ palatinis capitolia condita ſaxis
Signarent titulo proaui Iouis: atqȝ pelaſgæ
Palladis: ⁊ Libyca Iunonem ex arce vocarent
Cognatos de Marte deos: Veneris quoqȝ nudum
Accirent proceres hericino e vertice ſignum:

Utqꝫ deum mater Phrygia veheretur ab ida.
Bacchica de viridi peterentur vt orgia Naxo.
Facta eſt terrigenæ domus vnica maieſtatis.
Et tot templa deo Romæ: quod in vrbe ſepulchra
Heroum numerari licet. quos fabula manes
Nobilitet noſter populus veneratus adorat
Hos habuere deos Ancꝰ. Numitor. Numa. Tullꝰ.
Talia pergameas fugerunt numina flammas.
Sic veſta eſt. ſic Palladium. ſic vmbra penatum.
Talis et antiquum terra aſſeruauit aſylum.
¶ Ut ſemel obſedit gentilio pectora patrum
Uana ſuperſtitio: non interrupta cucurrit
Aetatū per mille gradus. tener horruit hæres:
Et colui: quicquid ſibimet venerabile cani
Monſtrarant ataui. puerorum infantia primo
Errorem cum lacte bibit. guſtauerat inter
Uagitus de farre molæ. ſaxa illita cæris
Uiderat: vnguentoqꝫ lares humeſcere nigros.
Formatū fortunæ habitum cum diuite cornu:
Sacratum que domi lapideʒ conſiſtere paruus
Spectarat: matremqꝫ illic pallere precantem.
Mox humeris poſitus nutricis triuit et ipſe
Impreſſis ſilicem labris. puerilia vota
Fudit. opeſqꝫ ſibi cæca de rupe popoſcit.
Perſuaſumqꝫ habuit: qđ quis velit ide petendum.
Non qui oculos animūqꝫ leuans rationis ad arcem
Retulit: inſulſum tenuit ſed credulus vſum
Priuatos celebrans agnorum ſanguine diuos.
Iamqꝫ domo egrediēs vt publica feſta dieſqꝫ
Et ludos ſtupuit: celſa et capitolia vidit:
Laurigeroſqꝫ deū templis aſtare miniſtros
At ſacram reſonare viam mugitibus ante
Delubrum Romæ: colitur nam ſanguine et ipſa
More deæ: nomenqꝫ loci ceu numē habetur

Atq3 urbis: Venerisq3 pari ſe culmine tollunt
Templa: ſimul geminis adolentur thura deabus.
Vera ratus: quæcunq3 ſenatu authore probentur.
Contulit ad ſimulacra fidem: dominoſq3 putauit
Aetheris: horrifico qui ſtant ex ordine uultu.
Illic. Alcides ſpoliatis gradibus hoſpes
Arcadiæ fuluo ære riget: gemini quoq3 fratres
Corrupta de matre nothi ledeia proles.
Nocturniq3 equites celſæ duo numina Romæ
Impendent retinente ſolo: magniq3 triumphi
Nuntia ſuffuſo figunt veſtigia plumbo.
Aſſiſtunt etiam priſcorum inſignia regum
Dir italus. Januſq3 bifrons. genitorq3 Sabinus.
Saturnuſq3 ſenex. maculoſo ꝛ corpore Picus
Coniugis epotum ſparſus per membra venenum.
Omnibus ante pedes poſita eſt ſua cuiq3 vetuſta
Arula. Jano etiam celebri de menſe litatur
Auſpicijs epuliſq3 ſacris. quas inueterato
Heu ſub honore miſeri agitant. ꝛ gaudia ducunt
Feſta calendarum. ſic obſeruantia creuit
Ex atauis quondam male coepta. deinde ſecutis
Tradita temporibus ſeriſq3 nepotibus aucta
Traxerunt longam corda inconſulta catenam.
Moſq3 tenebroſus vitioſa in ſæcula fluxit.
¶ Hunc morem veterum docili iam ætate ſecuta
Poſteritas. menſe. atq3 adytis. ꝛ flamine. ꝛ aris
Auguſtum coluit. vitulo placauit ꝛ agno.
Strata ad puluinar iacuit. reſponſa popoſcit.
Teſtantur tituli. produnt conſulta ſenatus.
Cæſareum Jouis ad ſpeciem ſtatuentia templum.
Adiacere ſacrum: fieret quo Liuia Juno
Non minus infamis thalami ſortita cubile:
Quam cum fraterno caluit Saturnia lecto.
Nondum maternam partu vacuauerat aluum:

Liber primus.

Conceptamq; viri ſobolem paritura gerebat
Pronuba iam grauidæ fulcrum & geniale parantur.
Iam ſponſus ſaliente vtero nubentis amicos
Aduocat. haud ſterilē certus fore iam ſibi pactam.
Vitricus ante venit tardum præferuidus ortum
Priuigni nondum geniti. mox editur inter
Feſcennina nouo proles aliena marito:
Idq; deum ſortes & Apollinis antra dederunt
Conſilium: nunquam melius nam cederet tædas
Reſponſum eſt: quā cū prægnans noua nupta iugatur.
Hanc tibi Roma deam titulis & honore ſacratam
Perpetuo flores inter venereſq; creaſti.
Nec mirum. quis enim ſapiens dubitauerat illas
Mortali de ſtirpe ſatas vixiſſe: & eaſdem
Laude venuſtatis claras in amoribus vſq;
Ad famæ excidium formæ nituiſſe decore?
Quid loquar Antinoum coeleſti ſede locatum?
Illum delitias nunc diui principis: illum
Purpureo in gremio ſpoliatum ſorte virili?
Adrianiq; dei Ganymedem non erat os dis
Pergere: ſed medio recubantem cum Ioue fulcro.
Nectaris ambroſij ſacrum portare lyæum:
Cumq; ſuo in templis vota exaudire marito.
Ergo his auſpicibus Traianus. Nerua. Seuerus.
Et Titus. & fortes geſſerunt bella Nerones:
Quos terrena viros illuſtres gloria fecit:
Et virtus fragilis prouexit in ardua famæ
Adſcitæ terris ſub relligione iacentes.
Quam pudet hoc illis perſuaſum talibus: vt ſe
Romanaſq; acies cenſerent Martis amore
Poſſe regi: dum ſe Paphiæ male blandus adulter
Venditat: æneadaſq; ſuos ſucceſſibus auget.
Felices ſi cuncta deo ſua proſpera Chriſto
Principe diſpoſita ſciſſent: qui currere regna

Contra Symmachum.
Certis ducta modis: Romanorumqꝫ triumphis
Creſcere: ꝛ impletis voluit ſe infundere ſeclis.
Sed caligantes falſo animes ꝛ luce carentes
In Iouis Auguſtiqꝫ adytis templiſqꝫ duarum
Iunonum Martiſqꝫ etiam Veneriſqꝫ ſacellis
Mactatas tetro læti immerſere baratro.
Suppremum regimen craſſis in partibus orbem
Eſſe rati: merſoqꝫ poli conſiſtere fundo.
Quicquid humus. pelagus. coelũ mirabile gignunt:
Id duxere deos. colles. freta. flumina. flammas.
Hæc ſibi per varias formant elementa figuras.
Conſtituere patres hominumqꝫ vocabula mutis
Scripſerunt ſtatuis: vel Neptunum vocitantes
Oceanum: vel cyaneas caua flumina nymphas:
Vel ſiluam dryadas: vel deuia rura napæas.
Ipſe ignis noſtrum factus qui ſeruit ad vſum.
Vulcanus perhibetur: qui virtute ſuperna
Fingitur: ac delubra deus ꝛ nomine ꝛ ore
Aſſimilatus habet: necnon regnare caminis
Fertur: ꝛ æoliæ ſummus faber eſſe vel ætnæ.
Eſt qui conſpicuis ſuperos quæſiuit in aſtris
Auſus habere deum ſolem: cui tramite certo
Conditio impoſita eſt vigilem tolerare laborem
Viſibus obiectum mortalibus: orbe rotundo
Precipitem: teretiqꝫ globo permane volantem.
Et quod nemo negat mundo coeloqꝫ minorem.
Area maior enim. quam qui percurrit in illa.
Et longe campi ſpatium diffuſius. in quo
Emicat. ac volucri feruens rota voluitur axe.
Quamuis nonnullis placeat terram breuiore
Dicere circuitu: quam ſit pulcherrimus ille
Circulus ꝛ flammas immenſi ſyderis vltra
Telluris normam porrecto extendere gyro.
Num ne etiam coeli minor ꝛ contractior orbis:

Cuius planiciem longo tranſmittere tractu
Circinus excurrens meta interiore laborat:
Ille deus verus. quo non eſt grandior vlla
Materies: qui fine caret: qui præſidet omni
Naturæ: qui cuncta ſimul concludit: et implet.
Solem certa tenet regia. plaga certa coercet.
Temporibns varijs diſtinguitur. aut ſubdit ortu.
Aut ruit occaſu. latet. aut ſub nocte recurrẽs
Non torquere facem potis eſt ad ſigna trionum:
Orbe nec obliquo portas aquilonis adire:
Nec ſolitum conuerſus iter reuocare retrorſum.
Hic erit ergo deus preſcriptis lege ſub vna
Deditus officijs? Libertas laxior ipſi
Conceſſa eſt homini: formam cui flectere vitæ:
Atqꝫ voluntatis licitum eſt ſeu tramite dextro
Scandere: ſeu leuo malit decurrere campo.
Sumere ſeu requiem: ſeu continuare laborem:
Seu parere deo: ſiue in contraria verti.
Iſta miniſtranti regimen ſolenne dierum
Haud quaquam ſoli datur a factore poteſtas:
Sed famulus ſubiectus ait. quodcũqꝫ neceſſe eſt.
Hoc ſydus currũ. rapidas q̃ agitare quadrigas
Commenti et radios capitis. et verbere dextræ.
Et frenos. faleraſqꝫ ⁊ equorum pectora anhela
Aeris inaurata. vel marmoris. aut orichalci
Iuſſerunt nitido fulgere polita metallo.
Poſt trabeas et eburnã aquilam ſellamqꝫ curulẽ
Cernuaqꝫ ora ſenex barbatus. ⁊ oſcula figit
Cruribus aeripedum ſi fas eſt credere equorũ:
Immotaſqꝫ rotas et flecti neſcia lora
Aut ornat redimita roſis. aut ture vaporat.
Hoc tamẽ vtcunqꝫ eſt tolerabile. quid? qđ ⁊ iſtos
Dant tibi Roma deos inferni gurgitis vmbræ.
Eumenidum domina ſtygio caput exerit antro

Rapta ad tartarei thalamum Proſerpina regis:
Et ſi quando ſuos dignatur adire quirites.
Placatur vaccæ ſterilis ceruice reſecta:
Et regnare ſimul coeloqȝ ereboqȝ putatur.
Nunc bigas frenare boues: nunc ſæua ſororum
Agmina vipereo ſuperis immittere flagro:
Nunc etiam volucres caprearum in terga ſagittas
Spargere: terqȝ ſuas eadem variare figuras.
Deniqȝ cum luna eſt: ſubluſtri ſplendet amictu.
Cum ſuccincta iacit calamos: latonia virgo eſt.
Cum ſubnixa ſedet ſolio: plutonia coniunx
Imperitat furijs: et dicta iura Megæræ.
Si verum quæris. triuiæ ſub nomine dæmon
Tartareus colitur: qui te modo raptat ad æthram:
Sydereoqȝ deum venerandum ſuadet in aſtro.
Per ſiluas modo mortiferi diſcurrere mundi:
Erroreſqȝ ſequi ſubigit: nemorumqȝ putare
Eſſe deam: quæ corda hominum pauitantia figat:
Quæqȝ feras perimat letali vulnere mentes.
Depreſſos modo ſubter humum formidine ſenſus
Obruit: implorent vt numina lucis egena:
Seqȝ poteſtati committant noctis opertæ.
¶ Reſpice terrifici ſcelerata ſacraria Ditis:
Cui cadit infauſta fuſus gradiator harena
Heu male luſtratæ phlegethontia victima Romæ.
Nam quid veſani ſibi vult ars impia ludi?
Quid mores iuuenū? quid ſanguine paſta voluptas?
Quid puluis caueæ ſemper funebris? et illa
Amphitheatralis ſpectacula triſtia pompæ?
Nempe Charon iugulis miſerorum ſe duce dignas
Accipit inferias placatus crimine ſacro.
Hæ ſunt delitiæ Iouis infernalis in iſtis
Arbiter obſcuro placidus requieſcit auerno.
Non ne pudet regem populis ſceptriſqȝ potentem

Talia pro patriæ cenſere litanda ſalute?
Relligionis opem ſubternis poſcere ab antris?
Euocat heu poenis tenebroſa ex ſede miniſtrum
Interritus?ſpecioſa hominum cui funera ſoluat.
Inceſſum arguere taurica ſacra ſolemus.
Funditur humanus latiali in munere ſanguis:
Confeſſuſq; ille ſpectantum ſoluit ad aram
Plutonis fera vota ſui.quid ſanctius ara:
Quæ bibit egeſtum per myſtica tela cruorem?
An ne fides dubia eſt tibi ſub caligine cæca
Eſſe deum?quem tu tacitis rimeris in vmbris.
Ecce deos manes cur inficiaris haberi:
Ipſa patrum monumēta probant.dis manibus illic
Marmora ſecta lego.quacunq; latina vetuſtos
Cuſtodit cineres:denſiſq; ſalaria buſtis.
¶ Dic quibus hic ſcribis titulū:niſi quod trucis orci
Imperium veræ ceu maieſtatis adoras?
En quibus implicita ſquallebat regia ſummi
Imperij tractis maiorum ab origine ſacris.
Cum princeps gemini bis victor cęde tyranni
Pulchra triumphali reſpexit moenia vultu:
Nubibus obſeſſam nigrantibus aſpicit vrbem.
Noctis adumbratæ caligine turbidus aer
Arcebat liquidum ſeptena ex arce ſerenum.
Ingemuit miſerans:& ſic ait.exue triſtes
Fida parens habitus.equidē prædiuite cultu
Illuſtrata cluis:ſpolijſq; inſigne ſuperbis
Attollis caput.& multo circumfluis auro.
Sed nebulis propter volitantibus obſitus alti
Verticis horret apex.ipſas quoq; liuida gemmas
Lux hebetat.ſpiſſuſq; dies et fumus ob ora
Suffuſus rutilum frondis diadema retundit.
Obſcuras video tibi circunferrier vmbras:
Betulcaſq; animas.et nigra idola volare.

Contra Symmachum.
Cenſeo ſublimem tollas ſuper aera vultum:
Sub pedibuſq; tuis nimboſa elementa relinquas.
Omne quod ex mundo eſt:tibi ſubiacet. hoc de⁹ ipſe
Conſtituit:cuius nutu dominaris:et orbi
Imperitas:et cuncta potens mortalia calcas.
Non decet:vt ſubmiſſa oculos regina caducum
Contemplere ſolum:maieſtatem q; requiras
Circa humiles rerũ partes:quibus ipſa ſuperſtas.
Non patiar veteres teneas vt me duce nugas:
Ut carioſorum venereris monſtra deorum.
Si lapis eſt:ſenio diſſoluitur:aut crepat ictu
Percuſſus tenui.mollis ſi brattea gypſum
Texerit:infido rareſcit glutine ſenſim.
Si formam ſtatuæ laminis commiſit ahenis
Lima terens:aut in partem caua membra grauata
Pondere curuantur:ſcraba aut erugo pereſam
Conficit effigiem:crebroq; foramine rumpit.
Nec tibi terra deus coeli.nec ſit deus aſtrum.
Nec deus oceanus.nec vis quæ ſubter operta eſt
Infernis triſte ob meritum damnata tenebris.
Sed nec virtutes deus hominum aut animarum.
Spirituum ve vage tenui.ſub imagine formæ.
Abſit vt vmbra deus tibi ſit genus ve locus ve.
Aut deus aerias volitans phantaſma per auras.
Sint hæc barbaricis gentilia numina pagis:
Quos penes oẽ ſacrũ eſt: quicq̃d formido tremẽdũ
Suaſerit:horrificos quos prodigialia cogunt
Credere.monſtra deos:quos ſanguinolentus edẽdi
Mos iuuat:vt pinguis luco lanietur in alto
Uictima viſceribus multa inter vina vorandis.
At te:quæ domitis leges ac iura dediſti
Gentibus inſtituens.magnus qua tenditur orbis:
Armorum morumq; feros manſueſcere ritus:
Indignum ac miſerum eſt in relligione tenenda
Id ſapere:immanes populi de more ferino

Quod ſapiunt: nullaqꝫ rudes ratione ſequuntur.
Seu vos procinctus maneat: ſeu pace quietas
Dictemus leges: ſeu debellata duorum
Colla tyrannorum media calcemus in vrbe:
Agnoſcas Regina libens mea ſigna neceſſe eſt:
In quibus effigies crucis: aut gemmata refulget:
Aut longis ſolido ex auro præfertur in haſtis.

## De Potentia Crucis.

¶ Hoc ſigno inuictus tranſmiſſis alpibus vltro
Seruitium ſoluit miſerabile Conſtantinus.
Cum te peſtifera premeret Maxentius aula:
Lugebas longo damnatos carcere centum
Ut ſcis ipſa patres. aut ſponſus foedera pactæ
Intercepta gemens diroqꝫ ſatellite rapta.
Immerſus tenebris dura inter vincla luebat.
Aut ſi nupta torum regis conſcendere iuſſa
Coeperat impurum domini oblectare furorem:
Morte maritalis dabat indignatio poenas.
Plena puellarum. patrumqꝫ ergaſtula ſæui
Principis abducta genitor ſi virgine muſſans
Triſtius ingemuit: non ille impune dolorem
Prodidit: aut confeſſa nimis ſuſpiria traxit.
Uim libertatis nimiam patriumqꝫ dolorem
Teſtis chriſticolæ ducis aduentantis ad vrbem
Miluius exceptum tyberina in ſtagna tyrannum
Præcipitans. qua nam victricia viderit arma
Maieſtate regi: quod ſignum dextera vindex
Prætulerit: quæ tali radiarint ſtemmate pila:
Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum. clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat. ardebat ſummis crux addita criſtis.
Ipſe ſenatorum meminit clariſſimus ordo:
Qui tunc concreto proceſſit crine catenis
Squallens carcereis: aut nexus compede vaſta:

Complexusq; pedes victoris ad inclyta flendo
Procubuit vexilla iacens. tunc ille ſenatus
Militiæ vltricis titulum Chriſtiq; verendum
Nomen adorauit: quod collucebat in armis.
¶ Ergo caue egregium caput orbis inania poſthac
Prodigia: et eſſe deos ſolito tibi fingere cultu:
Atq; experta dei virtutem ſpernere veri.
Deponat iam feſta velim puerilia. ritus
Ridiculos. tantoq; indigna ſacraria regno.
Marmora tabenti reſpergine tincta lauare
O proceres liceat ſtatuas conſiſtere puras
Artificum magnorū opera. hæc pulcherrima noſtræ
Ornamenta fuant patriæ: nec decolor vſus
In vitium verſæ monumenta coinquinet artis.
Talibus edictis vrbs informata refugit
Errores veteres: et turbida ab ore vieto
Nubila diſcuſſit iam nobilitate parata
Aeternas tentare vias: Chriſtumq; vocante
Magnanimo doctore ſequi: et ſpem mittere in æuum.
¶ Tunc primum ſenio docilis ſua ſecula Roma
Erubuit. pudet exacti iam temporis. odit
Præteritos foedis cum relligionibus annos.
Mox vbi continguos foſſis muralibus agros
Sanguinis iuſtorum innocuo maduiſſe recordans
Inuidioſa videt tumulorum millia circum:
Triſtis iudicij mage poenitet: ac dictionis
Effrenis. nimiæq; ſacris pro turpibus iræ
Compenſare cupit teterrima vulnera læſæ
Iuſtitiæ ſero obſequio veniaq; petenda:
Ne tanto imperio maneat pietate repulſa
Crimen ſæuitiæ monſtrata piacula quærit:
Inq; fidem Chriſti pleno tranſfertur amore.
Laurea victoris Marij minus vtilis vrbi
Cum traheret Numida populo plaudēte Iugurtā:

Nec tantum Arpinas conſul tibi Roma medelæ
Contingit extincto iuſta inter vincla Cethego:
Quantum præcipuus noſtro ſub tempore princeps
Præſcripſit:tribuitqꝫ boni.multos Catilinas
Ille domo pepulit non ſæua incendia tectis
Aut ſicas patribus:ſed tartara nigra animabus:
Internoqꝫ hominum ſtatui tormenta parantes.
Errabant hoſtes per templa.per atria paſſim.
Romanumqꝫ forum.⁊ capitolia celſa tenebant.
Qui coniuratas ipſa ad vitalia plebis
Moliti inſidias intus ſerpente veneno
Conſuerant tacitis peſtem miſcere medullis.
Ergo triumphator latitanti ex hoſte togatus
Clara trophæa refert ſine ſanguine:remqꝫ Quirini
Adſueſcit ſupero pollere in ſęcula regno.
Deniqꝫ nec metas ſtatuit.nec tempora ponit.
Imperium ſine fine docet:ne Romula virtus
Iam ſit anus.norit ne gloria parta ſenectam.

Romanorum Senatū conuerſum ad Chriſtum.

¶ Exultare patres videas pulcherrima mundi
Lumina:conciliumqꝫ ſenum geſtire Catonum:
Candidiore toga niueum pietatis amictum
Sumere:⁊ exuuias deponere pontificales.
Iamqꝫ ruit paucis tarpeia in rupe retectis
Ad ſincera virum penetralia Nazareorum:
Atqꝫ ad apoſtolicos euandria curia fontes
Anniadum ſoboles ⁊ pignora clara proborum.
Fertur enim ante alios generoſus Anitius vrbis
Illuſtraſſe caput.ſic ſe Roma inclyta iactat.
Quin ⁊ Olibriaci generiſqꝫ ⁊ nominis hæres
Adiectus faſtis palmata inſignis abolla
Martyris ante fores Bruti ſubmittere faſces
Ambit:⁊ Auſoniam Chriſto inclinare ſecurem.
Non Paulinorum.non Baſſorum dubitauit

Prompta fides dare ſe Chriſto: ſtirpemqꝫ ſuperbaꝫ
Gentis patriciæ futuro attollere ſęclo.
Jam quid plebicolas percurrā carmine gracchos
Jure poteſtatis fultos et in arce ſenatus
Præcipuos: ſimulacra deum iuſſiſſe reuelli?
Cumqꝫ ſuis pariter lictoribus omnipotenti
Suppliciter Chriſto ſe congregaſſe regendos?
Sexcentas numerare domos de ſanguine priſco
Nobilium licet ad Chriſti ſignacula verſas
Turpis ab idoli vaſto emerſiſſe profundo.
Si perſona aliqua eſt: aut ſi ſtatus vrbis in his eſt:
Si formam patriæ facit excellentior ordo:
Hi faciunt. iuncta eſt quoties ſententia plebis:
Atqꝫ vnum ſapiunt plures ſimul ac potiores.
Reſpice ad illuſtrem lux eſt vbi publica: cellam:
Vix pauca inuenies gentilibus obſita nugis
Ingenia obſtrictos ægre retinentia cultus:
Et quibus exactas placeat ſeruare tenebras:
Splendentemqꝫ die medio nec cernere ſolem.

Plebem Romanam in Chriſtum credidiſſe:

Poſt hic ad populū cōuerte oculos. quis in vrbe eſt:
Qui Jouis infectam ſanie non deſpuat aram?
Omnis qui celſa ſcandit coenacula vulgus:
Quiqꝫ terit ſilicem varijs diſcuſſibus atram:
Et quem panis alit gradibus diſpenſus ab altis:
Aut vaticano tumulum ſub monte frequentat:
Quo cinis ille latet genitoris amabilis obſes:
Coetibus aut magnis Laterani accurrit ad ædes:
Vnde ſacrum referat regali chriſmate ſignum.
Et dubitamus adhuc Romam tibi Chriſte dicatā
In leges tranſiſſe tuas omniqꝫ volentem
Cum populo et ſummis cum ciuibus ardua magni
Jam ſuper aſtra poli terrenum extendere regnum:
Nec moueor: quid pars hominū rariſſima clauſos

Non aperit ſub luce oculos et greſſibus errat.
Quamuis illuſtres meritis et ſanguine clari
Præmia virtutum titulis et honoribus aucti
Ardua rettulerint: fauſtorumqꝫ arce potiti
Annales proprio ſignarint nomine chartas:
Atqꝫ inter veteres cera numerentur et aere.
Attamen in paucis iam deficiente caterua
Nec perſona ſita eſt patriæ: nec curia conſtat.
Et quodcunqꝫ fouent ſtudij priuata voluntas.
Ac iam rara tenet: ac publica vota reclamant
Diſſenſu celebri trepidum damnantia murmur.
Sic conſulta patrum ſubſiſtere conſcriptorum
Non aliter licitum priſco ſub tempore: quam ſi
Trecentum ſenſiſſe ſenes legerentur in vnum.
Seruemus leges patrias. infirma minoris
Vox cedat numeri: paruaqꝫ in parte ſileſcat.
Aſpice quam plena ſubſellia noſtra Senatu
Diſcernant: infame Jouis puluinar et omne
Idolum longe purgata ex vrbe fugandum.
Qua vocat egregij ſententia principis: illuc
Libera tum pedibus tum corde frequentia tranſit.
Nec locus inuidiæ eſt. nullum vis aſpera terret
Ante oculos. ſic velle patet. cunctiqꝫ probatu
Non iuſſu ſola capiti ratione ſequuntur.
Deniqꝫ pro meritis terreſtribus æqua rependens
Munera ſacricolis: ſummos impertit honores
Dux bonus: et certare ſinit cum laude ſuorum.
Nec pago implicitos per debita culmina mundi
Ire viros prohibet: quoniam coeleſtia nunquam
Terrenis ſolitum per iter gradientibus obſtant.
Ipſe magiſtratum tibi conſulis: ipſe tribunal
Contulit: auratumqꝫ togæ donauit amictum.
Cuius relligio tibi diſplicet o pereuntum
Aſſertor regum: ſolus qui reſtituendos

Contra Symmachum.

Vulcani Martiſq; dolos Veneriſq; peroras.
Saturniq; ſenis lapides. phoebiq; furores.
Iliacæ matris megaleſia. bacchica Niſi.
Iſidis amiſſum ſemper plangentis Oſirim.
Mimica ridendaq; ſuis ſolennia caluis.
Et quaſcunq; ſolent capitolia claudere laruas.
O linguam miro verborum fonte fluentem:
Romani decus eloquij: cui cedat et ipſe
Tullius. has fundit diues facundia gemmas?
Os dignum æterno tinctum quod fulgeat auro:
Si mallet laudare deum: cui ſordida monſtra
Prætulit: et liquidam temerauit crimine vocem.
Haud aliter quam cum raſtris quis tentat eburnis
Coenoſum verſare ſolum: limoq; madentes
Excolere aureolis ſi forte ligonibus vluas:
Splendorem dentis nitidi ſcrobis inquinat atra
Et precioſa acies. ſquallenti ſordet in aruo.
Non vereor ne me nimium confidere quiſquam
Arguat: ingenijq; putet luctamen inire.
Sum memor ipſe mei ſatis: et friuola noui.
Non auſim conferre pedem. nec ſpicula tantæ
Indocilis fandi coniecta laceſſere linguæ.
Illæſus manet liber excellenſq; volumen.
Obtineat partam dicendi fulmine famam:
Sed liceat. tectum ſeruare a vulnere pectus:
Oppoſitaq; volans iaculum depellere parma.
Nam ſi noſtra fides ſæclo iam tuto quieto
Viribus infeſtis hoſtiliq; arte petita eſt:
Cur mi fas non ſit lateris ſinuamine flexi
Ludere ventoſas iactu pereunte ſagittas?
Sed iam tempus iter longi cohibere libelli:
Ne tractum ſine fine ferat faſtidia carmen.

Finit liber primus cōtra Symmacum.

# Au. P. V. L. contra Symmacum. Liber ſecundus.


Symon quem vocitāt petrum:
Sūmus diſcipulus dei
Lucis forte ſubexitu
Cum veſper crocens rubet:
Curuam vulſerat ancoram
Captans flamina linteis:
Et tranſnare volens fretum
Nox ventum mouet obuium
Fundo: qui miſceat mare:
Iactatam quatiat ratem.
Clamor nauticus æthera
Plangens atqꝫ vlulans ferit
Cum ſtridore rudentium.
Nec quicquam ſuberat ſpei
Mergendis prope naufragis:
Cum chriſtū procul aſpicit
Pallens turba periculis
Calcantem pedibus mare:
Ac ſi per ſolidam viam
Siccum littus obambulet.
Hæc miracula cæteri
Vectores pauidi ſtupent:
Solus non trepidus petrus
Agno ſcit dominum poli
Terræqꝫ et maris inuii:
Cuius omnipotentiæ eſt
Plantis æquora ſubdere.
Tendit ſuppliciter manus.
Notum ſubſidium rogat.
Eſt ille placidus annuens
Puppi vt deſiliat iubet.
Iuſſis oſequitur Petrus.
Sed veſtigia fluctibus
Summis tinguere coeperat.
Et lapſante gradu pedes
Peſſum mergere lubricos
Mortalem deus increpat:
Qui ſit non ſtabili fide:
Nec calcare fluentia:
Nec chriſtum valeat ſequi.
Tum dextra famulum leuat:
Siſtitqꝫ: et docet ingredi
Tergum per tumidum freti.
Sic me tuta ſilentia
Egreſſum dubijs loquax
Infert lingua periculis.
Non vt diſcipulum petrum
Fidentem merito et fide:
Sed quē culpa frequēs leuē
Voluat per freta naufragum.
Sum plane temerarius:
Qui noctis mihi conſcius
Quam vitæ in tenebris ago
Puppem credere fluctibus
Tanti non timeam viri.
Quo nunc nemo diſertior
Exultat. fremit. intonat.
Ventiſqꝫ eloquij tumet.
Cui verſare facillimum eſt
Tractandæ indocilem ratis:

## Contra Symmachum.

Ni tu chriſte potens manum
Dextro numine porrigas.
Facundi oris vt impetus
Non me fluctibus obruat:
Sed ſenſim gradiens vadis
Inſiſtam fluitantibus.

## Finit Præfatio.

HActenus et veterum cunabula prima deorum
Et cauſas: quis error hebes conflatus in orbe eſt:
Diximus: et noſtro Romam iam credere Chriſto.
Nunc obiecta legam. nunc dictis dicta refellam.
Vnde igitur coepiſſe ferunt: aut ex quibus orſum:
Quo mage ſancta ducum corda illice flecteret arte.

## Symmachus.

QUis ita familiaris eſt barbaris: vt aram Victoriæ non quærat: cauti in poſterum ſimus: et talium rerum oſtēta vitemus. reddatur ſaltem nomini honor: qui numini denegatus eſt. multa Victoriæ debet æternitas veſtra: ⁊ adhuc plura debebit. Auerſentur hanc poteſtatem: quibus nihil profuit. Uos amicum triumphis patrocinium nolite deſerere. Cunctis potentia iſta votiua eſt. Nemo colendam neget: quā profitetur optandam

## Prudentius.

ARmorum dominos venerantes flore iuuentæ
Inter caſtra patris genitos ſub imagine auita
Eductos exempla domi congeſta tenentes
Orator catus inſtigat: ceu claſſica belli
Clangeret: exacuitq; animos: et talia iactat.
Si vobis vel parta viri Victoria cordi eſt:
Vel parienda dehinc: templum dea virgo ſacratum
Obtineat vobis regnantibus. et quis magnus

Hoſtibus hanc ſancte veſtro negat eſſe colendam
Imperio: cui ſemper adeſt: quod laudibus implet?
Hæc vbi dicta dedit. reddunt placidiſſima fratrum
Ora ducum. ſcimus quam ſit victoria dulcis
Fortibus auſoniæ vir facundiſſime linguæ:
Sed qui illa modis qua ſit ratione vocanda:
Nouimus. hac primum pueros pater imbuit arte.
Hanc genitore ſuo didicit puer ipſe magiſtro.
Non aris. non farre. ſale victoria felix
Exorata venit. labor impiger. aſpera virtus.
Vis animi excellens. ardor. violentia. cura.
Hanc tribuunt durum tractendis robur in armis:
Quæ ſi defuerint bellantibus: aurea quamuis
Marmoreo in templo rutilas Victoria pennas
Explicet: et multis ſurgat formata metallis:
Non aderit: verſiſq; offenſa videbitur haſtis.
Quid miles proprijs diffiſus viribus aptas
Irrita foemineæ tibimet ſolatia formæ?
Nunquam pennigeram legio ferrata puellam
Vidit anhelantem: regeret que tela virorum.
Vincendi quæris dominam? ſua dextera cuiq; eſt
Et deus omnipotens: non pexo crine virago
Nec nudo ſuſpenſa pede ſtrophioq; recincta.
Nec tumidas fluitante ſinu veſtita papillas.
At vos pictorum docuit manus aſſimilatis
Iure poetarum numen componere monſtris:
Aut lepida ex veſtro ſumpſit pictura ſacello:
Quod varijs imitata notis ceraq; liquenti
Duceret in faciem ſociſq; poematis arte:
Aucta coloratis auderet ludere fucis.
Sic vnum ſectantur iter? ſic inania rerum
Somnia concipiunt & Homerus & acer Apelles
Et Numa: cognatumq; volunt pigmenta camenæ.
Idola conflauit fallendi trina poteſtas.

## Contra Symmachum.

Hæc ſi non ita ſunt: edatur cur ſacra vobis
Ex tabulis ceriſq; poetica fabula præſtat:
Cur berecynthiacus perdit truncata ſacerdos
Inguina: cum pulcher ſeſe caſtrauerit Atys?
Cur etiam templo triuiæ luciſq; ſacratis
Cornipedes arcentur equi: cum phedra pudicum
Raptarit iuuenem volucri per littora curru?
Idq; etiam paries tibi verſicolorus adumbret?
Deſine ſi pudor eſt gentilis ineptia tandem
Res incorporeas ſimulatis fingere membris.
Deſine terga hominis plumis obducere fruſtra.
Fertur auis mulier: magnuſq; eadem dea vultur.
Vis decorare tuum ditiſſima Roma Senatum?
Suſpende exuuias armis & ſanguine captas:
Congere cæſorum victrix diademata regum.
Frange repulſorum foeda ornamenta deorum.
Tunc tibi non terris tantum Victoria parta:
Sed ſuper aſtra etiam media ſeruabitur æde.
Talia principibus dicta in te fantibus: ille
Proſequitur: magniſq; tubam concentibus inflat.
Allegat morem veterum. nil dulcius eſſe
Adfirmat ſolitis: populoſq; homineſq; teneri
Lege ſua: ſicut variæ naſcentibus inquit
Contingunt pueris animæ: ſic vrbibus adfert
Hora dieſq; ſuus cum primum moenia ſurgunt
Aut fatum aut ingenium: cuius moderamine regnent.
Addit & arcanum rerum veriq; latebras
Proſperitate aliqua deprendi poſſe ſecundis
Per documenta bonis: ſi ſint felicia: quæ quis
Experiendo probet ceſſiſſe parentibus omne
Idolum ſemper feliciter & pede dextro.
Enumerat longi vim temporis. excitat ipſam
Crinibus albentem niueis & fronte vieta
Ore repoſcentem querulo ſua numina Romam.

Libera ſum.liceat proprio mihi viuere more.
Et quis erit:qui mille meos reprehenderit annos?
Uno omnes ſub ſole ſiti.vegetamur eodem
Aere.communis cunctis viuentibus aura.
Sed qui ſit:qualiſqꝫ deus:diuerſa ſecuti
Quærimus.atqꝫ vijs longe diſtantibus vnum
Imus ad occultum.proprius genti cuiqꝫ eſt mos.
Per quod iter properans eat ad tam grande profundum.
His tam magnificis tantaqꝫ fluentibus arte
Reſpondit vel ſola fides doctiſſima primum
Pandere veſtibulum veræ ad penetralia ſectæ.
Nam cum diuinis agimus de rebus:⁊ illum
Qui vel principio caruit:vel fine carebit:
Quiqꝫ chao anterior fuerit:mundumqꝫ crearit:
Coniectare animo contendimus.exigua eſt vis
Humani ingenij:tantoqꝫ anguſta labori.
Quippe minor natura aciem ſi intendere tenter
Acrius:ac penetrare dei ſecreta ſupremi:
Quis dubitet victo fragilem laſſeſcere viſum:
Uimqꝫ fatigatæ mentis ſub pectore paruo
Turbari:inualidiſqꝫ hebetem ſuccumbere curis?
Sed facilis fidei via prouocat omnipotentem
Credere:qui bona non tantum præſentia donat.
Sed ventura etiam:longiſqꝫ intermina ſeclis
Promittit.nec totus eam reſolutus inane
In nihilum:pereamqꝫ breuem poſt luminis vſum:
Muneris authorem ipſo de munere pendas.
Aeterna æternus tribuit.mortalia confert
Mortalis.diuina deus:peritura caducus.
Omnia quæ tempus peragit:quæqꝫ exitus aufert:
Uilia ſunt breuitate ſui.nec digna perenni
Largitore:cui propria eſt opulentia:nunquam
Deſinere:idqꝫ homini dare quod non deſinat vnquã.
Nam ſi corruptum corrumpendumve deus quid

Præſtat:habetq́ʒ nihil:quod ſit precioſius iſtis:
Pauper ⁊ infirmus ⁊ ſummo indignus honore
Et non omnipotens:ſed inanis numinis vmbra eſt.
Hac ratione fides ſapienter conijcit:immo
Non dubitat verum eſſe deum.qui quod ſumus:⁊ quod
Viuimus:illæſum ſemper fore ſi mereamur:
Nos ſperare iubet.coeleſtia ſi placet inquit
Scandere:terrenas animo depellite curas.
Nam quantum ſubiecta ſitu tellus iacet infra:
Diuiditurq́ʒ ab humo conuexi regia coeli:
Tantum veſtra meis diſtant mundana futuris.
Dira bonis.ſcelerata pijs.tenebroſa ſerenis.
Quicquid obire poteſt fugiatis cenſeo.quicquid
Naturæ ratione capit vitium:atq́ʒ ſeneſcit.
Pro nihilo in nihilum quia ſunt reditura putetis.
Cuncta quidem quæ gignit humus:quæ continet ipſa:
Principio inſtitui.nitidoq́ʒ inſignia mundo
Ornamenta dedi.ſpecioſaq́ʒ ſemina finxi.
Sed tamen eſſe modum volui:parciſq́ʒ fruenda
Moribus indulſi.quantum moribundus ⁊ ægri
Corporis:ac vitæ volucris ſibi poſceret vſus:
Non vt captus homo ſtudijs ⁊ inaniter ardens
Duceret omne bonum poſitum in dulcedine rerum
Et ſpecie tenui:quas currere tempore iuſſi:
Atq́ʒ æuum ſtatui:ſub quo generoſa probarem
Pectora:ne torpens ⁊ non exercita virtus
Robur eneruatum gereret ſine laude palæſtræ.
Eneruare ſuum corrupta per ocia robur
Poſſet:⁊ in nullo luctamine pigra iaceret.
Illecebroſus enim ſapor eſt ⁊ peſtifer horum
Quæ dum prætereunt miro oblectamine mentes
Implicitas vinctaſq́ʒ tenent.Vincenda voluptas.
Elaqueanda animi conſtantia:ne retinaclis
Mollibus ac lentis nexa ⁊ captiua prematur.

¶ Nitendum ſummis conatibus inter acerba.
Sectandum virtutis iter: ne ſuauia fluxæ
Conditionis amet: nimium ne congerat aurum.
Ne varios lapidum cupide ſpectare colores
Ambitioſa velit. ne ſe popularibus auris
Oſtentet. pulchroq; inflata tumeſcat honore.
Ne natale ſolum. patrij ne iugera ruris
Tendat. et externos animum diffundat in agros.
Et ne corporeis addicat ſenſibus omne
Quod vult: aut quod agit. ne præferat vtile iuſto.
Spemq; in me omnem ſtatuat. nunquam peritura
Quæ dedero: ſunt. æternum mea dona manebunt.
¶ Hæc igitur ſpondente deo: quis fortis et acer
Virtutiſq; capax breue quidq; perẽnibus in ſe
Prætulerit? vel quis ſapiens potiora putarit
Gaudia membrorum: quam viuæ præmia mentis?
Non ne hominem ac pecudem diſtantia ſeparat vna:
Qđ bona quadrupedũ ante oculos ſita ſũt? ego cõtra
Spero: quod extra aciem longum ſeruatur in æuum.
Nam ſi tota mihi cum corpore vita peribit:
Nec poterit ſupereſſe meum poſt funera quicquam:
Quis mihi regnator coeli? quis conditor orbis?
Quis deus? aut quæ iam merito metuẽda poteſtas?
Ibo per impuros feruente libidine luxus.
Inceſtabo toros. ſacrum calcabo pudorem.
Inficiabor habens aliquod ſine teſte propinqui
Depoſitum. tenues auidus ſpoliabo clientes.
Longæuam perimam magico cantamine matrem.
Tardat anus dominum dilata morte ſecundum.
Nec formido malum. falluntur publica iura.
Lex armata ſedet: ſed neſcit crimen opertum.
Aut ſi res pateat: iudex corrumpitur auro.
Rara reos iuſta percellit poena ſecuri.
Sed quid ego hæc meditor. reuocat deꝰ ecce ſeuera

Maieſtate minax.negat interitura meorum
Per mortem momenta operum . non occidit inquit
Interior qui ſperat homo.luet ille perenne
Supplicium:quod ſubiectos male rexerit artus.
Nec mihi difficile eſt liquidam circundare flammis
Naturam:quamuis perflabilis illa feratur
More noti.capiam tamen:⁊ tormenta adhibebo
Ipſe incorporeus ac ſpirituum ſator vnus.
Quin ⁊ corporibus parili conſortia poena
Decernam:poſſum quoniam renouare fauillas
Antiquam in faciem.nec deſperanda poteſtas.
Qui potui formare.nouum reparabo peremptum.
Non deſunt exempla meæ virtutis.in ipſis
Seminibus natura docet reuireſcere cuncta
Poſt obitum.ſiccantur enim pereunte vigore:
Quo vixere prius.tuncſica ⁊ mortua ſulcis
Aut foueis mandata latent ⁊ more ſepulchri
Obruta de tumulis rediuiuo germine ſurgunt.
Nunquid noſſe potes vel coniectare:quis iſtud
Tam ſolers opifex ſtruat:aut quæ vis agat intus?
Ne vos o miſeri phyſicorum dogmata fallant.
En ego gignendi dominus ac reſtituendi
Quod periit:fluxitq;:potens ſicciſſima quæq;
In veteres formas aut flores aut fronde reduco.
Idq; ipſum quandoq; homini facturus:inani
Surgat vt ex cinere: ſtructuraque priſtina conſtet.
Quæ mihi pro meritis vel per tormenta rependat
Crimina:vel ſummæ virtutis in arce coruſcit.
Non peritura dehinc quacunq; in ſorte manebit.
Interea dum miſta viget ſubſtantia in vnum:
Sit memor authoris proprij.veneretur.⁊ oret
Artificem ſubmiſſa ſuum. Non condidit alter
Halantis animæ figmentum:⁊ corporis alter:
Nec bona præſentis vitæ numeroſa gubernant

Flumina. non alius ſegetes & ſpicea farra
Suppeditat deus: haud alius dat muſta racemis:
Purpureumq; graui fundit de palmite ſuccum.
Ipſe ego ſum virides oleas pingueſcere baccis
Qui facio: graia quas Pallade fingitis ortas.
Et qui lucinas tribuo naſcentibus horas.
Duplex lege mea per mutua foedera ſexus
Gignere amat ſobolem: generiſq; propagine gaudet:
Quem vos laſciuis violatis amoribus ignem.
Et ſtupra veſtra deæ Veneris prætexitis vmbra.
Unus ego elementa rego. nec mole laboris
Ut miſer infirmuſue aliquis fragiliſue fatigor.
¶ Lux immenſa mihi eſt: & non reſolubilis ætas.
Senſibus & veſtris haud intellecta vetuſtas.
Inde miniſteriis ad tot moderamina mundi
Non egeo. nec participes ſocioſue requiro.
Porro autem angelicas legiones: quas mea fecit
Dextera: noſſe meum eſt. & quæ natura creatis
Subſiſtat: qualeſq; mihi ſeruentur ad vſus:
¶ Tu me præterito meditaris numina mille:
Quæ ſimules parere meis virtutibus. vt me
Per varias partes minuas. cui nulla recidi
Pars aut forma poteſt: quia ſum ſubſtantia ſimplex.
Nec pars eſſe queo. ſolis diuiſio rebus
Compoſitis factiſq; ſubeſt. me nemo creauit:
Ut ſcindi valeam. cunctorum conditor vnus
Crede quod ex nihilo formaui. pars mea non eſt.
Quare age mortalis ſoli mihi conſtrue templum.
Neq; vnum venerare deum. cementa remitto.
Et que ſaxa Paros ſecat. & quæ punica rupes.
Quæ maculoſa tenet Synna. & viridis Lacedemō.
Natiuum nemo ſcopuli mihi dedicet oſtrum.
Templum mentis amo: non marmoris. aurea in illo
Fundamenta manent. fidei ſtructura niuali

## Contra Symmachum.

Conſurgit pietate nitens. tegit ardua culmen
Iuſticia. interius ſpargit ſola picta rubenti
Flore pudicitiæ pudor almus: & atria ſeruat.
Hæc domus apta mihi ē. hæc me pulcherrima ſedes
Accipit. æterno coeleſtiq; hoſpite digna.
Nec nouus hic locus eſt: fluxit mea gloria in artus
Ut lux vera dei. deus illuſtrauit alumnam
Materiem. corpuſq; parans habitabile fecit
Ipſe ſibi: placito vt poſſet requieſcere templo.
Condideram perfectum hominē ſpectare ſuperna:
Mandaram totis conuerſum ſenſibus in me
Recto habitu celſoq; ſitu & ſublime tuentem.
Sed deſpexit humum: ſeq; inclinauit ad orbis
Diuitias: pepulitq; meum de pectore numen.
Reſtituendus erat mihimet. ſummiſſus in illum
Spiritus ipſe meus deſcendit: & edita limo
Viſcera diuinis virtutibus informauit.
Iamq; hominem adſūptum ſummus deus in deitatē
Tranſtulit: ac noſtro docuit recaleſcere cultu.
Scire velim præcepta patris: quibus auribus hæc tu
Accipias italæ cenſor doctiſſime gentis.
An veterum tantum morem ratione relicta
Eligis: & dici id patitur ſapientis acumen
Ingeniumq; viri. potior mihi priſtinus eſt mos:
Quam via iuſticiæ. pietas quam prodita coelo.
Quamq; fides veri. rectæ quam regula ſectæ.

### Symmachus.

SUꝰ cuiq; mos: ſuꝰ cuiq; ritus eſt. Iā ſi lōga ætas authoritatē religionibꝰ faciat: ſeruāda eſt tot ſiculis fides. Et ſequendi ſunt nobis parentes: qui fæliciter ſecuti ſunt ſuos.

### Prudentius.

SI quicquid rudibus mundi naſcentis in annis
Mos habuit: ſācte colere ac ſeruare neceſſe eſt.

Omne reuoluamus ſua per veſtigia ſæclum
Uſqꝫ ad principium:placeat damnare gradatim
Quicquid poſterius ſucceſſor repperit vſus:
Orbe nouo nulli ſubigebant arua coloni.
Quid ſibi aratra volunt?quid cura ſuperflua raſtri?
Ilignis melius ſaturatur glandibus aluus.
Primi homines cuneis ſcindebant fiſſile lignum:
Decoquat in maſſam feruens ſtrictura ſecures
Rurſus:et ad proprium reſtillet vena metallum.
Induuias cæſæ pecudes et frigida paruas
Præbebat ſpelunca domos:redeamus ad antra
Pellibus inſutis.hirtos ſumamus amictus.
Immanes quondam populi feritate ſubacta
Edomiti iam triſte fremant.iterumqꝫ ferinos
In mores redeant:atqꝫ ad ſua priſca recurrant.
Præcipitet ſcythia iuuenis pietate vietum
Uotiuo de ponte patrem.ſic mos fuit olim.
Cædibus infantum fument ſaturnia ſacra:
Flebilibuſqꝫ truces reſonent vagitibus aræ.
Ipſa caſas fragili texat gens romula culmo.
Sic tradunt habitaſſe Remum.regalia foeno
Fulcra ſuperſternant:aut pelle libyſtidis vrſæ
Compoſitam chlamydem villoſam corpore geſtent.
Talia Trinacrius ductor vel Thuſcus habebant.
Roma antiqua ſibi non conſtat verſa per æuum.
Et mutata ſacris.ornatu.legibus.armis.
Multa colit:quæ non coluit ſub rege Quirino.
Inſtituit quædam melius.nonnulla refugit:
Et morem variare ſuum non deſtitit.⁊ quæ
Pridem condiderat iura:in contraria vertit.
Quid mihi tu ritus ſolitos romane Senator
Obiectas?cum ſcita patrum populiqꝫ frequenter
Inſtabilis placiti ſentencia flexa nouarit?
Nunc etiam quoties ſolitis decedere prodeſt:

Preteritoſq; habitus cultu damnare recenti.
Gaudemus compertũ aliquid. tandemq; retectum
Quod latuit. tardis ſemper proceſſibus aucta
Creſcit vita hominis: et longo proficit vſu.
Sic æui mortalis habet ſe mobilis ordo.
Sic variat natura vices. infantia repit.
Infirmus titubat pueri greſſuſq; animuſq;.
Sanguine præcalido feruet neruoſa iuuenta.
Mox ſtabilita venit maturi roboris ætas
Vltima. conſilijs: melior: ſed viribus ægra.
Corpore ſuccumbit mentem purgata ſenectus.
His genus humanum per diſſona tempora duxit
Curriculis æuum mutabile. ſic hebes inter
Primitias verſumq; ſolo titubauit: & inſtar
Quadrupedis pueri lactantia viſcera traxit.
Mox tenerum docili ingenio iamq; artibus aptus
Noſcendis varia rerum nouitate politum eſt.
Inde tumens vitijs calidos adoleuit in annos:
Donec decocto ſolidaret robore vires.
Tempus adeſt: vt iam ſapiat diuina ſerenæ
Mentis conſilio viuacius abdita ſolers
Quærere: et æternæ tandem inuigilare ſaluti.
Quanquam ſi tantum ſtudium eſt: et cura vetuſti
Moris: et a priſco placet haud diſcedere ritu.
Extat in antiquis exemplum nobile libris
Iam tnnc diluuij ſub tempore prius vni
Inſeruiſſe deo gentem: quæ prima recentes
Incoluit terrae: vacuoq; habitauit in orbe.
Vnde genus noſtræ ducit porrecta propago
Stirpis: et indigenæ pietatis iura reformat.
Sed quia Romanis loquimus de cultibus: ipſum
Sanguinis hectorei populum probo tempore longo
Non multos coluiſſe deos: rariſq; ſacellis
Contentum paucas poſuiſſe in colibus aras.

Innumeros poſt inde deos virtute ſubactis
Vrbibus et claris peperit ſibi Roma triumphis.
Inter fumantes templorum armata ruinas
Dextera victoris ſimulachra hoſtilia cepit:
Et captiua domum venerans ceu numina vexit.
Hoc ſignum rapuit bimaris de ſtrage Corinthi.
Illud ab incenſis in prædam ſumpſit Athenis.
Quaſdam victa dedit capitis Cleopatra canini
Effigies. quaſdam domitis Ammonis harenis.
Syrtica cornutas facies habuere trophæa.
Roma triumphantis quoties ducis inclyta currum
Plauſibus excepit: toties altaria diuum
Addidit: et ſpolijs ſibimet noua numina fecit.
Numina: quæ patrijs cum moenibus eruta: nullum
Præſidium potuere ſuis afferre ſacellis.
Cernis vt antiqui ſemper veſtigia moris
Greſſibus incertis varie titubaſſe probentur:
Adſciſcendo deos maioribus incompertos:
Seq; peregrina ſub relligione dicaſſe:
Nec ritus ſeruaſſe ſuos: quodcunq; ſacrorum eſt:
Exulat: æternumq; inimicam venit in vrbem.
Fruſtra igitur ſolitis praua obſeruatio inhæres.
Non eſt mos patrius: quez diligis improba. non eſt:
Sed ſolers orator ait fataliter vrbem
Sortitam quo nam genio proprium exigat æuum.
Cunctis nam populis. ſeu moenibus inditur inquit
Aut fatum aut Genius noſtrarum more animarum;
Quæ ſub diſparili ſubeunt noua corpora ſorte.

## Symmachus.

Varios cuſtodes vrbibus mens diuinæ diſtribuit. vt animæ naſcentibus: Ita populis fatales Genij induntur.

# Contra Symmachum.
## Prudentius.

IAm primum qui ſit Genius:vel qui ſtatus illi
Competat:ignoro.⁊ quid poſſit:et vnde oriatur
Spiritus informis ſine corpore.forma ne:an vlla
Sit ſpecies.⁊ quid ſapiat.quæ munera curet.
Contra animas hominum venis vitalibus intus
Sic interfuſas intelligo:ſanguis vt ex his
Accipiat motumq; leuem tenerumq; vaporem:
Unde pererratis viget:et præcordia membris
Frigida ſuccendat.riget arida.dura relaxet.
Sic hominis vitam ſibi temperat:atq; gubernat
Uiuida mens:quam tu ficto componere tentas
Membrorum genio:q̄ nuſquam eſt:nec fuit vnquā.
Quin et corporibus verſat mens viua regendis
Summum conſilium:fida vt tutacula nudis
Inualidiſq; paret metuenda pericula vitet.
Utile proſpiciat.varias agitetur ad artes.
Conſulte cui ſe domino ſubmittat et orbis
Quem putat authorem.quæ reruꝫ ſumma ſequatur
At tuus hic vrbis Genius dicas volo:quando
Coepit adhuc paruæ primum ſe infundere Romæ.
Fluxit ab vberibus nemoroſa in valle lupinis:
Infanteſq; aluit dum naſcitur ipſe gemellos?
An cum vulturibus volitans ignora per auras
Umbra repentinam traxit de nube figuram?
Culminibus ſummis ſedet?an penetralia ſeruat?
Inſtituit mores:et iura forenſia condit?
An caſtrorum etiam infoſſis interuenit?acres
Cogit ad arma viros.lituis ciet.vrget in hoſtem?
Quæ quis non videat ſapientum digna cachinno?
Fingamus tamē eſſe aliquam:quæ talia curet:
Umbram ſiue animam:per quam res publica fatum
Hauſerit:et calidis animetur tota medullis:
Cur non hæc eadem de relligione colenda

Conſultat?cur non proſpectat libera coelum?
Cur tibi præſcriptum non commutabile fatum
Ut captiua putat geneſis?cur vincula fingit?
Cur iam nolle licet:quod tunc voluiſſe licebat:
Erroreſq; abolere ſuos:ac flectere ſenſus?
Sic ſeptingentis errauit circiter annis
Lubricaq; et ſemper dubitans: quæ forma placeret
Imperij:et quæ regnandi foret æqua poteſtas.
Regius extortam iam tunc habuit ſtatus vrbem.
Non ſine grandæuis curarum in parte locatis.
Mox proceres de ſtirpe ſenum tractaſſe videmus
Clauum conſilij.plebeias inde cateruas
Collatas patribus miſtum ditionibus æquis
Imperitaſſe diu:belloq; et pace regendis.
Conſule nobilitas viguit.plebs fiſa tribuno eſt.
Diſplicet hic ſubito ſtatus:et biſquina creantur
Summorum procerum faſtigia:quos duodeni
Circunſtant faces ſimul:& ſua quemq; ſecuris.
Rurſus ſe geminis reddit ductoribus omnis
Publica res:et conſulibus dat condere faſtos.
Ultima ſanguineus turbauit ſæcla triumuir.
Fluctibus his olim fatum.Geniusve.animusve
Publicus errauit.tandem deprendere rectum
Doctus iter caput Auguſtum diademate cinxit
Appellans patrem patriæ populi atq; Senatus
Rectorem.qui militiæ ſit ductor.et idem
Dictator.cenſorq; bonus.morumq; magiſter.
Tutor opum.vindex ſcelerum.largitor honorum.
Quod ſi tot rerum gradibus toties variatis
Conſilijs:ægre tandem peruenit ad illud
Quod probet:ac ſancto reuerentia publica ſeruet
Foedere:quid dubitat diuina agnoſcere iura
Ignorata prius ſibimet.tandemq; retecta?
Gratemur.iam non dubitat.nam ſubdita chriſto

Contra Symmachum.

Seruit Roma deo cultus exoſa priores.
Romam dico viros ⁊ quos mentẽ credimus vrbis
Non Genium: cuius fruſtra ſimulatur imago.
Quanq̄ cur Genium Romæ mihi fugitis vnum:
Cum portis. domibus. thermis. ſtabulis ſoleatis
Adſignare ſuos genios? perq; omnia membra
Vrbis perq; locos geniorum millia multa
Fingere: ne propria vacet angulus vllus ab vmbra.
Reſtat vt et fatum ſimilis clementia cunctis
Aedibus imponat: paries vt quiſq; ſub aſtro
Fundatus ſtructuſq; ſuo qua ſorte maneret:
Quando autem rueret primis acceperit horis.
Adſcribunt ſaxis lacheſis male fortia fila.
Rectorumq; trabes fuſis pendere rotatis
Credunt. atq; ipſis tribuunt decreta tigillis.
Ceu diſtet: cuius ſtelle ſit fraxinus ortu
Eruta: quæ ſummum conſcenderet ardua culmen.
Deniq; nulla hominum res eſt: nulla actio mundi:
Cui non fatalem memorent incumbere ſortem.
Quæ quia conſtituunt: dicant cur condita ſit lex
Bis ſex in tabulis? aut cur rubrica minetur:
Quæ prohibet peccare reos: quos ferrea fata
Cogunt ad facinus. ⁊ in ineuitabile mergunt?
Quin ⁊ velle adigunt prauum inſinuantia votũ:
Ne liceat miſeris vetitum commitere nolle.
Cedite ſi pudor eſt: gladiumq; retundite veſtrũ.
Aſpera nil meritos poenis plectencia iura:
Antrum carcereum diſoluite: corpora ſub quo
Agminis innocui fato peccante tenetis.
Nemo nocens: ſi fata regunt: quod viuitur. ac fit.
Immo nocens: quicũq; volẽs quod nõ licet: audet.
Alterutrum quia velle ſuum eſt. nec fata reatum
Imponunt homini. ſed fit reus ipſe ſuapte
Arbitrio: placitumq; nefas. ⁊ facta rependit

Impia ſupplicijs et merito non ſorte peremptus.
Quis putat eſſe fato locum. ſciat omnipotentem
Poſſe deum nulli vetitum fatalibus aſtris.
Nec præſcripto aliquo pellit pia vota matheſis.
Spirat enim maiora animus: ſecꝫ altius effert
Syderibus: tranſitque vias et nubila fati:
Et momenta premit pedibus: quæcunqꝫ putantur
Figere propoſitam natali tempore ſortem.
Huc ades omne hominū genus. huc concurrite ꝛ vrbes:
Lux immenſa vocat. factorem noſcite veſtrum.
Libera ſecta paret. nil ſunt fatalia. vel ſi
Sunt aliqua: oppoſito vaneſcunt irrita Chriſto.

Symmachus.

Accedit vtilitas: quæ maxime homini deos adſerit. Nam cum ratio omnis in operto ſit: vnde rectius quam memoria atqꝫ documentis rerum ſecundarum cognitio venit numinum?

Prudentius.

Sed multa duxere dei per proſpera Romam:
Quos coluit ob meritum magis donata triūphis.
Ergo age bellatrix quæ vis ſubiecerit ede
Europam Lybiamqꝫ tibi. dic nomina diuum.
Iuppiter vt Crethæ domineris. Pallas vt Argis.
Cynthius vt Delphis: tribuerunt omine dextro
Iſis Nilicolas. Rhodios Venus alma reliquit.
Venatrix Epheſum virgo. Mars dedidit Hebrum.
Deſtituit Thebas Bromius. conceſſit et ipſa
Iuno ſuos phrygijs ſeruire nepotibus Aphros:
Et quam ſubiectis dominam dea gentibus eſſe:
Si qua fata ſinant: iam tum tenditqꝫ fouetqꝫ:
Iuſſit Romuleis addictā viuere frenis.
Perfidia ne deum indigenum cecidere tot vrbes?
Deſtructæqꝫ iacent ipſis prodentibus aræ?
O pietas, o ſancta fides. traduxit alumnos

Maieſtas infida locos:et creditur iſtis
Numinibus:quæ tranſfugio meruere ſacrati?
An voluit ſeruare ſuos:luctataq; multum
Relligio infoeſtas tentauit pellere turmas
Romanis obniſa globis:ſed fortior illam
Virtus luctifico camporum in puluere fregit.
Immo ita eſt:armis et viribus indiga veri
Victa ſuperſtitio eſt:et inanem gloria fugit.
Sed nec difficilis fuit:aut ſatis ardua genti
Natæ ad procinctus victoria frangere inertes:
Molliaq; omni genum colla inclinare deorum.
Tunc cum dictæis bellum Corybantibus aſper
Samnitis:Marſuſq; leui ſudore gerebant
Tum maſtigophoris:oleoq; & gymnadis arte
Unctis pugilibus miles pugnabat Etruſcus.
Nec petaſo inſignis poterat lacedæmone capta
Mercurius ſeruare ſuas de clade palæſtras.
Appenninicolam peditem Cybeleius hoſtis
Congreſſu excipiens Aſiam: defendere et Idam
Qui potuit cogente acies in prælia gallo?
Idalias niſi forte roſas:laurum cytharoedi
Vatis:ſiluicolæ calamos arcumq; puellæ
Dedere ſeruitio:calcataq; ſacra domare
Difficilis operis fuit:immenſiq; laboris.
Fluctibus actiacis ſignum ſymphonia belli
Aegypto dederat.clangebat buccina contra.
Inſtiterant tenues cymbæ fragileſq; faſeli.
Inter turrritas menphitica roſtra liburnas
Nil potuit Serapis deus et latrator Anubis.
Stirpis iuleæ ductore exercitus ardens
Præualuit:gelido quē miſerat Alcidus axe.
Non armata Venus.non tunc clypeata minerua
Venere auxilio.non diuum degener ordo
Et patria extorris Romanis adfuit armis

Victus et ipſe prius. inimica nec agmina iuuit.
Si tamen antiquum norat retinere dolorem.
Sed dicis legiſſe deos: vbi ſanctior vſus
Templorum cultu celebri ſine fine maneret:
Aeneadumqꝫ vltro victicia ſigna virorum
Regis amore Numæ nullo cogente ſecutos.
Num Diomedis item tentoria et acris Vlixi
Caſtra volens Pallas cæſis cuſtodibus arcis
Legit: vbi humenti ſudaret moeſta ſigillo:
Aut quoties doctor macedum fortiſſimus altos
Templorum cineres victis cumulauit Amyclis:
Optarunt prædis domini ſe numina capta
Miſceri: aſſyriæqꝫ vehi Babylonis ad arcem:
Non fero Romanum nomen ſudataqꝫ bella.
Et titulos tanto quæſitos ſanguine carpi:
Detrahit inuictis legionibus et ſua Romæ
Præmia diminuit: qui quicquid fortiter actum eſt
Adſcribit Veneri palmam: victoribus aufert.
Fruſtra igitur currus ſummo miramur in arcu
Quadriiugos: ſtanteſqꝫ duces in curribus altis
Fabricios. Curios. hinc Druſos. inde Camillos.
Sub pedibuſqꝫ ducum captiuos poplite flexo
Ad iuga depreſſos: manibuſqꝫ in terga retortis:
Et ſuſpenſa graui telorum fragmina trunco:
Si Brēnū. Antiochū. Perſen. Pyrrhū. Mitridatē
Flora. Matuta. Ceres. ⁊ Laurentina ſubegit.
His tamen auſpicibus ſucceſſus dextra dederunt.
Omina lætificos: ⁊ foelix adfuit ales.
Quid ſibi vult virtus? quid gloria? ſi coruinum
Coruus Apollineus penna vel gutture iuuit?
Sed tamen hic coruus cur defuit exitiali
Forte die: infauſtas tegerent cum funera canas?
Oppeteretqꝫ ſuper congeſta cadauera conſul?
Cur Cremeræ in campis cornice vel oſcine parra.

Nemo deum monuit perituros Marte ſiniſtro
Tercentum Fabios vix ſtirpe ſuperſtite in vno:
Nulla ne triſtificis tritonia noctua Carris
Aduolitans præſto eſſe deam prænuncia Craſſo
Prodidit: aut Paphiam niueæ vexere columbæ:
Cuius inauratum tremeret gens Perſica lembum.
Sed video quæ te moueant exempla vetuſtæ
Uirtutis. dicis domitum terraqꝫ mariqꝫ
Orbem. res lætas et proſpera queqꝫ retexis.
Mille triumphorum memoras ex ordine pompas.
Ductaqꝫ per mediam ſpoliorum fercula Romam.
Uis dicam quæ cauſa tuos Romane labores
In tantum extulerit: quis gloria fortibus aucta
Sic cluat: impoſitis vt mundum frenet habenis:
Diſcordes linguis populos et diſſona cultu
Regna volens ſociare deus ſubiungier vni
Imperio quicquid tractabile moribus eſſet:
Concordiqꝫ iugo retinacula mollia ferre
Conſtituit: quo corda hominum coniuncta teneret
Relligionis amor. nec enim fit copula Chriſto
Digna: niſi implicitas ſociet mens vnica gentes.
Sola deum nouit concordia. ſola benignum
Rite colit tranquilla patrem. placidiſſimus illum
Foederis humani conſenſus proſperat orbi.
Seditione fugat. ſæuis exaſperat armis.
Munere pacis alit. retinet pietate quieta
Omnibus in terris: quas continet occidualis
Oceanus. roſeoqꝫ aurora inluminat ortu.
Miſcebat Bellona furens mortalia cuncta.
Armabatqꝫ feras in vulnera mutua dextras.
Hanc frenaturus rabiem deus vndiqꝫ gentes
Inclinare caput docuit ſub legibus hiſdem:
Romanoſqꝫ omnes fieri quos Rhenus. et Iſter.
Quos Tagus auriſluus. quos magnus inundat iberus.

Corniger Heſperidum quos interlabitur: ⁊ quos
Ganges alit. tepidiqꝫ lauant ſeptem oſtia Nili.
Ius fecit commune pares: ⁊ nomine eodem
Nexuit: ⁊ domitos fraterna in vincla redegit.
Uiuitur omnigenis in partibus haud ſecus: ac ſi
Ciues congenitos concludat moenibus vnis
Urbs patria: atqꝫ omnes lare conciliemur auito.
Diſtantes regione plagæ diuiſaqꝫ ponto
Littora conueniunt nunc per vadimonia ad vnum
Et commune forum. nunc per commercia ⁊ artes
Ad coetum celebrem: nunc per genialia fulcra
Externi ad ius connubij. nam ſanguine miſto
Texitur alternis ex gentibus vna propago.
Hoc actum eſt tantis ſucceſſibus atque triumphis
Romani imperij. Chriſto iam tunc venienti
Crede parata via eſt. quam dudum publica noſtræ
Pacis amicitia ſtruxit moderamine romæ.
Nam locus eſſe deo quis poſſet in orbe feroci
Rectoribuſqꝫ hominum diſcordibus: ⁊ ſua iura
Diſſimili ratione tuentibus: vt fuit olim?
Sic incompoſitos humano in pectore ſenſus
Diſiunctaſqꝫ animi turbato foedere partes
Nec liquida inuiſit ſapientia nec deus intrat.
At ſi mentis apex regnandi iure potitus
Pugnacis ſtomachi pulſus fibras que rebelles
Frenet: ⁊ omne iecur ratione coerceat vna:
Fit ſtabilis vitæ ſtatus: ⁊ ſentencia certa
Haurit corde deum: domino ⁊ ſubiungitur vni.
Una ades omnipotens concordibus influæ terris.
Iam mundus te Chriſte capit. quem congrege nexu
Pax ⁊ Roma tenent. capita hæc ⁊ culmina rerum
Eſſe iubes. nec Roma tibi ſine pace probatur.
Et pax vt placeat: facit excellentia Romæ:
Quæ motus varios ſimul ⁊ ditione coercet:

## Contra Symmachum.

Et terrore premit. nec enim ſpoliata prioris
Robore virtutis ſenuit: nec ſecula ſenſit:
Nec tremulis cum bella vocant: capit arma lacertis.
Nec tam degeneri venerandis ſupplicat ore
Principibus: quam vult prænobilis ille ſenator:
Orandi arte potens: et callida fingere doctus:
Mentitumque grauis perſonæ inducere pondus:
Ut tragicus cantor ligno tegit ora cauato:
Grande aliquod cuius per hiatum crimen anhelet.

### Symmachus.

Romam nunc putemus adſiſtere: atque his vobiſcum agere ſermonibus. Optimi principes patres patriæ Reueremini annos meos: in quos me pius ritus adduxit. Utar coerimonijs auitis. neque enim poenitet. viuam more meo: quia libera ſum. Hic cultus in leges meas orbē redegit. Hæc ſacra Hannibalem a moenibus: a capitolio Senonas repulerunt.

### Prudentius.

SI vocem ſimulare licet: nempe aptior iſta
Uox Romæ eſt: quam nunc eius ſub nomine promam.
Quæ quia turpe putat templorum flere repulſam:
Aegidaque in dubijs pro ſe pugnaſſe periclis
Dicere: ſeque grauem ſenio inclinante fateri:
Ductores complexa ſuos ſic læta profatur.
O clari ſaluete duces. generoſa propago
Principis inuicti: ſub quo ſenium omne renaſcens
Depoſui: vidique meam flaueſcere rurſus
Canitiem. nam cum mortalia cuncta vetuſtas
Imminuat: mihi longa dies aliud parit æuum:
Quæ viuendo diu didici contemnere finem.
Nunc nunc iuſta meis reuerentia competit annis.
Nunc merito dicor venerabilis: et caput orbis:
Cum galeam ſub fronde oleæ criſtaſque rubentes
Concutio viridi velans fera cingula ſerto

Atq; armata deum ſine crimine cædis adoro.
Crimen enim piget heu crimen perſuaſerat atrox
Juppiter: vt ſacro iuſtorum ſanguine tincta
Aſſuetum belli ſcelerarem in funere ferrum.
Illius inſtinctu primus Nero matre perempta
Sanguinem apoſtolicum bibit: ac me ſtrage piorum
Polluit: & proprium facinus mihi ſæuus iuſſit.
Poſt hunc & Decius iugulis bacchatus apertis
Inſanam pauit rabiem. mox hæc ſitis arſit
Multorum ſimilis per vulnera triſtia flagrans
Extrahere inſignes animas: ac ludere poenis:
Undanteſq; meum in gremium diffundere mortes.
Et ſub iure fori non noxia colla ſecare.
Hac me labe ream modo tempora veſtra piarunt.
Uiuo pie vobis authoribus. impia pridem
Arte iouis fateor: quid enim non ille cruentum
Tradidit? aut quid mite ſibi placidumue popoſcit?
Qui dum præmetuit cultus inoleſcere Chriſti:
Sæuiit: ac miſerum foedauit ſanguine ſeclum.
Et ſunt qui vobis bella exprobare ſiniſtra
Non dubitent: poſtquam templorũ ſpreuimus aras:
Affirmentq; libyn collinæ a cardine portæ
Hannibalem iouis imperio Martiſq; repulſum?
Uictores Senonas Capitoli ex arce fugatos
Cum ſuper excelſo pugnarent numina ſaxo?
Qui mihi præteritam cladem vetereſq; dolores
Inculcant. iterum videant me tempore veſtro
Jam nil tale pati. nullus mea barbarus hoſtis
Cuſpide clauſtra quatit. non armis. veſte. comiſq;
Ignotus capta paſſim vagus errat in vrbe
Tranſalpina meam rapiens in vincula pubem.
Tentauit Geticus nuper delere tyrannus
Jtaliam patrio veniens iuratus ab iſtro
Has arces æquare ſolo. tecta aurea flammis

Contra Symmachum.

Soluere. maſtrucis proceres veſtire togatos.
Iamqꝫ ruens Venetos turmis protriuerat agros:
Et Ligurum vaſtarat opes ⁊ amoena profundi
Rura padi: thuſcumqꝫ ſolum victo amne premebat.
Depulit hos equitum nimbus. non peruigil anſer
Proditor oculti tenebroſa nocte pericli:
Sed vis cruda virum. perfractaqꝫ congredientum
Pectora: nec trepidans animus ſuccumbere leto
Pro patria: ⁊ pulchram per vulnera quærere laudē.
Nunquid ⁊ ille dies Ioue contulit auſpice tantum
Virtutis precium? dux agminis imperijqꝫ.
Chriſtipotens nobis iuuenis fuit ⁊ comes eius:
Atqꝫ parens Stilico. deus vnus Chriſtus vtriqꝫ.
Huius adoratis altaribus ⁊ cruci fronti
Inſcripta cecinere tube. prima haſta dracones
Præcurrit. quæ Chriſti apicem ſublimior effert.
Illic terdenis gens exitiabilis annis
Pannoniæ poenas tandem deleta pependit.
Corpora famoſis olim ditata rapinis
In cumulos congeſta iacent. mirabere ſeris
Poſteritas ſęclis inhumata cadauera late:
Quæ pollentinos texerunt oſſibus agros.
Si potui manibus gallorum exciſa leuare
De cinerum ſquallore caput: ⁊ redeunte Camillo
Signa renitendi fumans ſi fronte recepi:
Si potui miſeras ſertis redimire ruinas:
Et male pendentes lauro præcingere turres.
Quo te ſuſcipiam gremio fortiſſime princeps?
Quos ſpargam flores? quibus inſertabo coronis
Atria? quæ feſtis ſuſpendam pallia portis?
Immunis tanti belli ac te ſtante ſub armis
Libera: ⁊ auretenus geticos experta tumultus.
Scande triumphalem currum: ſpolijſqꝫ receptis
Huc Chriſto comitante veni. dat vincula demam

Captiuis gregibus. manicas deponite longo
Tritas ſeruitio matrum iuuenumque cateruæ.
Dediſcat ſeruire ſenex lares exul auiti.
Diſcat et ad patrium limen genitrice reuerſa
Ingenuum ſe noſſe puer. timor omnis abeſto.
Vicimus. exultare libet. quid tale repulſo
Poenorum quondam duce contingit? ille petitæ
Poſtquam pertulerat tremefacta repagula portæ.
Baianis reſolutus aquis: duriſſima luxu
Robora deſtituit: ferrumque libidine fregit.
At noſter Stilico congreſſum comminus ipſa
Ex acie ferrata virum dare terga coegit.
Hic Chriſtus nobis deus adfuit: et mera virtus.
Illic laſciuum Campania fertilis hoſtem
Deliciæ vicere tuæ. non Iuppiter acrem
Protexit Fabium: ſed vicit amoena Tarentus:
Quæ dedit illecebris domitum calcare tyrannum.
His ego pro meritis quæ præmia digna rependam
Non habeo. membra ſtatuis effingere vile eſt:
Virtutem nil vile decet. nam vile quod ætas
Eripit. æra cadunt. aut fuluum defluit aurum.
Aut candor perit argenti: ſi defuit vſus.
Et fuſcata ſitu corrumpit vena colorem.
Viua tibi princeps debetur gloria. viuum
Virtutis precium decus immortale ſecuto.
Regnator mundi Chriſto ſociabere in æuum:
Quo ductore meum trahis ad coeleſtia regnum.
Nil te permoueat magni vox rhetoris oro:
Qui ſub legati ſpecie ſacra mortua plorans
Ingenij telis et fandi viribus audet
Heu noſtram tentare fidem. nec te videt: ac me
Deuotos Auguſte deo: cum ſordida templa
Clauſimus: et madidas ſanie deiecimus aras.
Vnus noſtra regat: ſeruetque palatia Chriſtus:

Nequis Romuleas dæmon iam nouerit arces:
Sed ſoli pacis domino mea ſeruiat aula.
Sic affata pios Roma exorauit alumnos
Spernere legatum non admittenda petentem:
Legatum Jouis ex adytis ab aruſpice miſſum.
At non a patria patriæ. nam gloria Chriſtus.
Perſiſtit tamen affirmans iter eſſe viandi
Multifidum variumq;: deus cum quæritur vnus:
Hinc alios. aſt inde alios properare ſeorſum
Quemq; per anfractus proprios: ſed competa eodẽ
Fine coarctari: ſimul et concurrere in vnum.
Quinetiam coelum. atq; ſoluꝫ. ventos. mare. nubes
Omnibus in commune dari: vel qui colimus te
Chriſte: vel exta litant ſculptis qui tabida ſaxis.

Symmachus.

AEquum eſt: quicquid omnes colunt vnũ puta ri. Eadem ſpectamus aſtra. cõmune coeluꝫ eſt. idẽ nos mundus inuoluit. Quid intereſt qua quiſq; prudentia veruꝫ requirat? vno itinere non poteſt per ueniri ad tam grande ſecretum.

Prudentius.

NOn nego commune cunctis viuentibus ipſum
Aeris. aſtrorum. pelagi. telluris. et imbris.
Immo etiam iniuſtus pariter iuſtuſq; ſub vno
Aere habitant. vnas capit impius: et pius auras.
Caſtus. et incoeſtus. meritrix et nupta. nec alter
Ore ſacerdotis: quem Mirmillonis anhelat
Spiritus: ærio vitam qui temperat hauſtu.
Nubes verna pluit zephyro impellente ſed æque
Furis et innocui foecundat rura coloni.
Gurgitis æſtiui ſic pura fluenta viator
Et latro feſſus adit. ſic piratis mare ſeruit
Et mercatori. nec fluctus ſecius hoſti
Obſequitur: quaꝫ cum dominæ fert tranſtra carinæ.

Ergo capax vtriuſque rei natura creandis
Se præbet populis. nec habet diſcernere diſpar
Viuentum meritum. quos tantum paſcere iuſſa eſt.
Seruit enim mundus: non iudicat. hoc ſibi ſummus
Naturæ dominus præſcripta in tempora ſeruat.
Nunc adſunt homini data munera legibus hiſdem
Quis conceſſa ſemel. fons liquitur. amnis inundat:
Veliuolum ratibus mare finditur. influit imber.
Aura volat tenuis. vegetatur mobilis aer.
Et res naturæ fit publica promptaq; cunctis:
Dum ſeruant elementa ſuum famulantia curſum.
Sic probus atque reus capitalis criminis hiſdem
Sideribus faciliſque poli bonitate fruuntur.
Viuere commune eſt: ſed non commune mereri.
¶ Denique romanus. daca. Sarmata. Vãdalus. Hunnꝰ.
Getulus. garamas. Allemannus. Saxo. Galaulas
Vna omnes gradiuntur humo. coelũ omnibus vnũ eſt.
Vnus & oceanus. noſtrum qui continet orbem.
Addo aliud. noſtros potant animalia fontes.
Ipſo rore mihi ſeges eſt: quo gramen onagris.
Sordida ſus noſtro amne natat. noſtra intrat & ipſos
Aura canes: animatq; leui fera corpora flatu.
Sed tantum diſtat romana & barbara: quantum
Quadrupedes bipedi abiunctæ: mutæve loquenti.
Quantum etiam qui rite dei præcepta ſequuntur
Cultibus a ſtolidis: & eorum erroribus abſunt.
Non facit ergo pares in relligione tenenda
Aeris & coeli communio. corpora tantum
Gignit. alit. reparat. recidiuaq; ſemina ſeruat.
Nec refert cuius generis: cuiuſve figuræ:
Aut cuius meriti: modo ſint vt corpora terra
Aedita terrenis quibus eſt vigor ex elementis:
Artificis quia patris opus diſcrimine nullo
Influit in medium: nec auaro munere currit

Ante datum:quaꝫ primus homo ſordeſceret Adam.
Nec vitio vtentum reſtrictum deficit.aut ſe
Subtrahit indignis:nec foeda et turpia vitat.
Haud aliter ſolis radius cum luminat omnes
Diffuſo ſplendore locos:ferit aurea tecta:
Sed ferit et nigro ſordentia culmina fumo.
Intrat marmoribus capitolia clara:ſed intrat
Carceris et rimas:et tetra foramina clauſi
Stercoris:et ſpurcam redolent in fornice cellam.
Sed non illud erunt obſcura ergaſtula:quod ſunt
Regia gemmato laquearia fulua metallo.
Nempe magis non illud erunt:qui numen in vrnis
Querunt ac tumulis:et laruas ſanguine placant.
Quod ſunt qui ſummum coeli dominũ venerantur:
Iuſtitiamq; litant.et templum pectoris ornant.
Secretum ſed grande nequit rationis opertæ
Quæri aliter.quam ſi ſparſis via multiplicetur
Tramitibus:et centenos terat orbita calles
Quæſitura deum variata indage latentem.
Longe aliud verum eſt.nam multa ambago viarum
Anfractus dubios habet:et perplexius errat.
Sola errare caret ſimplex via neſcia flecti
In diuerticulum:biuijs nec pluribus anceps.
Non tamen inficior duplex occurrere nobis
Semper iter geminis mortalia partibus ire:
Cum dubitant:quonam ferat ignorantia greſſum.
Altera multifida eſt:at ſimplex altera ⁊ vna.
Vna deum ſequitur:diuos colit altera plures.
Et tot ſunt eius diuortia:quot templorum
Signa:quot aerijs volitant phantaſmata monſtris.
Aut hos thyrſigeri rapit ad dyonyſia Bacchi
Illicit aut alios ad ſaturnalia feſta.
Aut docet occultus quæ ſacra dieſpiter infans
Inter tinnitus ſolui ſibi poſcat ahenos.
Iamq; lupercales ferulæ,nudiq; petuntur

Diſcurſus iuuenum: megaleſus hinc ſpado diris
Incenſus furijs cæca ad reſponſa vocatur.
Sunt qui quadriuijs breuioribus ire parati
Uilia niliacis venerantur boluſcula in hortis:
Porrum et ſepe deos imponere nubibus auſi:
Alliaqꝫ et Serapin coeli ſuper aſtra locare.
Iſis enim. et Serapis. ꝛ grandi ſimia cauda.
Et crocodilus: idez quod Iuno. Lauena. Priapus.
Hos tu nide deos colis: et tu tybris adoras.
Una ſuperſtitio eſt: quamuis non concolor error.
Hinc alia exoritur tenebroſis tecta fruteris
Semita: quam pecudes et muta animalia carpunt.
Quæqꝫ latent ſiluis: operitur neſcia coeli
Mens hominum ſæuo viuens captiua tyranno.
Hæc putat eſſe deum nullum. namqꝫ omnia verti
Caſibus: et nullo ſub præſide ſecla rotari.
Hoc iter haud quaquam magno diſcrimine diſtat
Hiſce vijs: quas vos teritis: qui numina multa
Et portenta deum ſummum numeroſa putatis.
Simplicis ergo viæ dux eſt deus. ille per vnam
Ire iubet mortale genus: quam dirigit ipſe
Sublimem dextro celſa ad faſtigia cliuo.
Prima viæ facies inculta. ſubhorrida. triſtis.
Difficilis. ſed fine ſui pulcherrima ꝛ amplis
Prædita diuitijs ꝛ abundans luce perenni:
Et quæ præteritos poſſit penſare labores.
Multiplici dæmon ſed adeſt qui morte ſiniſter
Centifidum confundit iter. trahit inde ſophiſtas
Barbatos. trahit hinc opibus vel honore parentes.
Illicit et volucrum linguis: et aruſpice fallit.
Inſtigat bacchantis anus ambage Sibyllæ.
In magicas artes trahit. inuoluitqꝫ matheſin.
Omine ſollicitat. capit augure. territat extis.
Cernis vt vna via eſt multis anfractibus errans

Talem paſſa ducem: qui non ſinat ire ſalutis
Ad dominum: ſed mortis iter per deuia monſtrat:
Deuia picta bonis breuibus: ſed fine ſub ipſo
Triſtia: ꝛ in ſubitam præceps immerſa charybdim.
Ite procul gentes. conſortia nulla viarum
Sunt vobis cum plebe dei. diſcedite longe:
Et veſtrum penetrate chaos: quo vos vocat ille
Præuius infernæ perplexa per auia noctis.
At nobis vitæ dominum quærentibus vnum
Lux iter eſt. ꝛ clara dies. ꝛ gratia ſimplex.
Spē ſequimur. gradimurq́ꝫ fide. fruimurq́ꝫ futuris:
Ad quæ non veniunt præſentis gaudia vitæ.
Nec currunt pariter capta ꝛ capienda voluptas.

Symmachus.

Quanto commodo ærarij veſtri veſtaliū virginū prærogatiua detracta eſt. ſub largiſſimis Imperatorib⁹ denegat: quod parciſſimi præſtiterunt. honor ſolus eſt in illo velut ſtipendio caſtitatis: vt vittæ earum capiti decus faciūt. ita inſigne ducitur ſacerdotij vacare muneribus. Nemo me putet tueri ſolam cauſam religionum. Ex eiuſmodi facinoribus orta ſunt cuncta humani generis incommoda. honorauerat lex parētum veſtales virgines: ac miniſtros deorū victu modico. iuſtiſq́ꝫ preuilegijs ſtetit muneris huius integritas vſq; ad degeneres trapezetaſ. qui ad mercedem vilium baiulorum ſacræ caſtitatis ſalimenta verterūt. Secuta eſt hoc fames publica: ꝛ ſpem prouinciarum omnium meſſis ægra decepit. nō ſunt hæc vitia terrarū. nihil imputemus auſtris. nec rubigo ſegetibus obfuit. nec auena fruges necauit. ſacrilegio annus exaruit. neceſſe enim fuit perire omnibus: quod religionibuſ negabatur. Quid tale proaui pertulerunt: cum religionum miniſtros honor publicus paſceret:

Prudentius.

Ultima legati defleta dolore querela eſt:
Palladijs quod farra focis: vel quod ſtipis ipſis
Uirginibus caſtiſq; toris alimenta negentur.
Ueſtales ſolitis fraudentur ſumptibus ignes.
Hinc ait et ſteriles frugeſcere rarius agros:
Et triſtem ſæuire famem: totumq; per orbem
Mortales pallere inopes ac panis egenos.
¶ Quæ tanta extiterit præſenti tempore tamq;
Mouerit ira penu pro virginis vlciſcendo.
Non memini. nec tale aliquid vel fama ſuſurrat.
Audio per pharios Nilum diſcurrere campos
More ſuo: viridiſq; ſata ſtagnare Canopi.
Aut veniat ſicco qui flumine nuntius affert
Ieiunam ſquallere ſiti ſub puluere Memphim:
Nec Peluſiacæ limum ſudare paludis.
Num fons arcano naturæ tectus operto
Aruit: ⁊ tenuem vix ſtillat vena liquorem?
Num refugus noſtras odit perſtringere ripas
Amnis: ⁊ exuſtos curſum deflectit ad indos:
Num tractu in medio bibulus vorat alueus vndam
Fluminis: ⁊ ſubito ſtagna abſorbentur hiatu:
Ne ſulcos operire vadis. ne ve arida poſſint
Aegipti per plana trahi? glebaſq; rigentes
Infuſis ad pingue lutum mollire fluentis:
Unde ſeges late crinitis fluctuet agris:
Denſius ⁊ grauidis ſe veſtiat æquor ariſtis?
Reſpice num Libyci deſiſtat ruris arator
Frumentis onerare rates: ⁊ ad hoſtia tybris
Mittere triticeos in paſtum plebis aceruos.
Numne leontini ſulcator ſoluere campi
Ceſſet frugiferas Lilibæo ex littore cymbas:
Nec det vela fretis: Romana nec horrea rumpat
Sardorum congeſta vehens granaria claſſis.

Ergo pyris menſas ſilueſtribus implet arator
Poenus:ꝛ auulſas ſiculus depaſcitur herbas.
Iamqꝫ Remi populo quernas Sardinia glandes
Subpeditat. iam corna cibus lapidoſa quiritum.
Quis venit eſuriens magni ad ſpectacula circi?
Quæ regio gradibus vacuis ieiunia dira
Suſtinet? aut quæ ianiculi mola mota quieſcit?
Quantos quæque ferat fructus prouincia. quamqꝫ
Vbere foecundo large fluat orbis opimus
Indicio eſt annona: tuæ quæ publica plebi
Roma datur: tantæqꝫ manus longa otia paſcit.
Sit fortaſſe aliquis Paulo infoecundior annus.
Nil mirum. nec in orbe nouo didicere priores.
Perpeſſi plerunque famem: ſi tabidus aer
Siccauit tenues ardenti ſydere nubes.
Nec vernas infudit aquas creberrimus imber
Fruge noua: ꝛ viridis ſi meſſis adulta priuſquã
Conceptas tenero ſolidaret lacte medullas:
Afflatum calido ſuccum contraxit ab euro:
Ieiunosqꝫ tulit calamos: atqꝫ irrita vota
Agricolæ ſterilis ſtipularum ſilua fefellit.
His (ni fallor) ager viciis corruptas ꝛ ante
Subiacuit: quam Palladiũ. quam Veſta. penates
Sub lare pergameo ſeruarent igne repoſto.
Quam priami genitor conductis moenia fabris
Extrueret. quam virgo ſuas fundaret Athenas
Pallas. in his quo nam veſtalis origo fauillæ
Vrbibus vt memorant primo de fomite ſũpta eſt:
Sacraruntqꝫ focos. aut Phryx. aut Graius alumnos.
Antiquis elementa labant erroribus: ac de
Legitimo diſcuſſa modo plerunque feruntur
In caſus alios: quam lex habet: aut iter anni.
Nunc conſumit edax ſegetem rubigo maligni
Aeris ex vitio. nunc culpam vere tepenti

Poſt zephyros gelidi glacies aquilonis inurit.
Ambuſtumq́ʒ caput culmi fuligine tinguit.
Seminis aut teneri turgens dum germinat herba.
Continuis nimijsq́ʒ parit conſtricta pruinis:
Nec potis eſt tenuem telluri adfigere fibram.
Mox eiecta ſolo glacie ſidente ſuperſit:
Nudaq́ʒ ſubducto radix auellitur aruo.
Ancipites tribuli ſubeunt: ⁊ carduus horrens.
Hos fert ſicca ſitis. hunc ebrius educat humor.
Temperies effuſa minus vel plus agit iſtos
Terrarum morbos: ⁊ mundum vulnerat ægrum.
Non aliter noſtri corruptus corporis vſus
In vitium plerunque cadit: nec in ordine recto
Perſtat: ⁊ exceſſu moderaminis adficit artus.
Unus enim ſtatus eſt mundiq́ʒ ⁊ corporis huius:
Quod gerimus. natura eadem ſuſtentat vtrunq́ʒ.
Edita de nihilo creſcunt: nihilumq́ʒ futura.
Aut titubant morbis. aut tempore victa ſeneſcunt.
Nec natura caret vitio: cui terminus inſtat.
Semper crede polus varijs prouentibus annos
Texuit. hos multa ditauit fruge fluentes.
Quoſdam infelices aſtris damnauit iniquis
Spe caſſa et ſterili curam fruſtratus agreſtem.
Sed ſi veſtalis vlciſcitur iſta puellas
Peſtis: ab infido quæ gignitur improba mundo:
Cur non chriſticolum tantum populatur agellos:
Per quos virginibus veſtris ſtata dona negantur?
Utimur et ruris reditu et ratione colendi.
Exercere manum non poenitet. et lapis illic
Si ſtetit antiquus. quem cingere ſueuerat error
Faſceolis: vel gallinæ pulmone rogare
Frangitur. et nullis violatur terminus extis.
Et quæ fumificas arbor vittata lucernas
Seruabat: cadit vltrici ſucciſa bipenni.

Nec tamen idcirco minor eſt aut fructus agelli.
Aut tempeſtatis clementia læta ſerenæ
Temperat aut pluuius qui culta noualia ventus.
Sed nec magno opus eſt frugi viuentibus. ⁊ cum
Maxima proueniunt. non amplo in gaudia ſenſu
Soluimur: inq; luctum ſtudio exultamus auro.
Nam quibus æternum ſpes informatur in æuum:
Omne bonum tenue eſt: quod præſens ingerit ætas.
O felix nimium ſapiens ⁊ ruſticus idem:
Qui terras animumq; colens impendit vtriſque
Curam peruigilem. quales quos imbuit author
Chriſtus: ⁊ adſumptis dedit hæc præcepta colonis.
Semina cum ſulcis committitis: arua cauete
Dura lapillorum aciem: ne decidat illic.
Quod ſeritur: primo quoniam præfertile germen
Luxuriat: ſucco mox deficiente ſub æſtu
Syderis igniferi ſitiens torretur: ⁊ aret.
Ne ve in ſpinoſos incurrant ſemina vepres:
Aſpera nam ſegetem ſurgentem vincula texunt:
Ac fragiles calamos nodis rubus arctat acutis.
Et ne iacta viæ ſpargantur in aggere grana:
Hæc auibus quia nuda patent: paſſimq; vorantur.
Immundiſq; iacent foeda ad ludibria coruis.
His deus agricolam confirmat legibus. ille
Ius coeleſte patris non ſumma intelligit aure:
Sed ſimul ⁊ cordis ſegetem diſponit ⁊ agri:
Ne minus interno niteant præcordia cultu:
Quam cum læta ſuas oſtentant iugera meſſes.
Extirpamus enim ſentos de pectore vepres:
Ne vitioſa necent germen vitale flagella.
Ne frugem ſegetemq; animæ ſpinoſa malorum
Impediat ſentis ſcelerum peccamine crebro.
Glarea ne tenuis ieiunis ſiccet harenis
Marcentem ſub corde fidem. ne pectoris æſtus

Flagret. et affectis vrat cariſmata venis.
Denique ne iecoris detrita in parte relinquat
Vilis cura deum. ne ſpem qua veſcimus intus
Deſerat: obſcoeniſque auibus permittat edendum:
Et proiecta fides hoſti ſit præda volucri.
Talis noſtrorum ſolertia centuplicatos
Agrorum rediget fructus: quibus acrius inſtat.
Nec metuit: ne congeſtum populetur aceruum
Gurgulio: vel nigra cauis formica recondat.
Sunt et virginibus pulcherrima præmia noſtris.
Et pudor. et ſancto tectus velamine vultus.
Et priuatus honos. nec nota et publica forma.
Et raræ tenueſque epulæ. et mens ſobria ſemper.
Lexque pudicitiæ cum fine peracta.
Hinc decies ſeni rediguntur in horrea fructus.
Horrea nocturno nunquam obnoxia furi.
Nam coelum fur nullus adit. coeleſtia nunquam
Fraude reſignantur. fraus terris voluitur imis.
Quæ nunc veſtalis ſit virginitatis honeſtas:
Diſcutiam. qua lege regat decus omne pudoris.
Ac primum paruæ teneris capiuntur in annis
Ante voluntatis propriæ: quam libera ſecta
Laude pudicitiæ feruens et amore deorum
Iuſta maritandi condemnat vincula ſexus.
Captiuus pudor ingratis addicitur aris.
Nec contēpta perit miſeris: ſed adempta voluptas.
Corporis intacti mens non intacta tenetur.
Nec requies datur vlla toris: quibus innuba cæcum
Vulnus. et amiſſas ſuſpirat foemina tedas.
Tum quia non totum ſpes ſalua interficit ignem.
Nam reſides quandoque faces adolere licebit.
Feſtaque decrepitis obtendere flammea canis
Tempore preſcripto membra intemerata requirens.
Tandem virgineam faſtidit Veſta ſenectam.

Dum thalamis habilis timuit vigor. inrita nullus
Foecundauit amor materno viſcera partu.
Nubit anus veterana ſacro perfuncta labore:
Deſertiſq; focis: quibus eſt famulata iuuentas.
Tranſfert emeritas ad fulcra iugalia rugas:
Diſcit et in gelido noua nupta tepeſcere lecto.
Interea dum torta vagos ligat infula crines:
Fataleſq; adolet prunas innupta ſacerdos:
Fertur per medias vt publica pompa plateas
Pilento reſidens molli: ſeq; ore retecto
Imputat attonitæ virgo ſpectabilis vrbi.
Inde ad conceſſum caueæ pudor almus et expers
Sanguinis it pietas hominum viſura cruentos
Spectatura ſacris oculis. ſed et illa verendis
Uittarum inſignis phaleris: fruiturq; laniſtis
O tenerum mitemq; animum. conſurgit ad ictus.
Et quoties victor ferrum iugulo inſerit: illa
Delitias ait eſſe ſuas: pectuſq; iacentis
Uirgo moleſta iubet conuerſa pollice rumpi:
Ne lateat pars vlla animæ vitalibus imis
Altius impreſſa: dum palpitat enſe ſecutor
Hoc illud meritum eſt. quod continuate feruntur
Excubias latij pro maieſtate palatij:
Quod redimunt vitam populi procerumq; ſalutem.
Perfundũt quia colla comis bene. vel bene cingunt
Tempora tæniolis. et litia criminibus addunt.
Et quia ſubter humum luctales teſtibus vmbris
In flammas iugulant pecudes: et murmura miſcẽt.
An quoniam podij meliore in parte ſedentes
Spectant æratam faciem: quam crebra tridente
Impacto quatiant haſtilia ſaucius et quam
Uulneribus patulis partem perfundat harenæ:
Cum fugit: et quanto veſtigia ſanguine ſignet.
Congreſſus morteſq;. et vulnera vendita paſtu.

Quod genus vt ſceleris iam neſciat aurea roma:
Te precor auſonij dux Auguſtiſſime regni.
Et tam triſte ſacrum iubeas: vt cætera tolli.
Perſpice. non ne vacat meriti locus iſte paterni.
Quem tibi ſupplendum deus ⁊ genitoris amica
Seruabit pietas. ſolus ne præmia tantæ
Uirtutis caperet: partem tibi nate reſeruo.
Dixit. ⁊ integrum decus intactumq; reliquit.
Arripe dilatam tuã dux in tempora famam.
Quodq; patri supereſt: ſucceſſor laudis habeto.
Ille vrbem vetuit taurorum ſanguine tingui:
Tu mortes miſerorum hominum prohibeto litari.
Nullus in vrbe cadat: cuius ſit poena voluptas.
Nec ſua virginitas oblectat cædibus hora.
Iam ſolis contenta feris infamis harena.
Nulla cruentatis homicidia ludat in armis.
Sit deuota deo. ſit tanto principe digna
Et virtute potens ⁊ criminis inſcia roma:
Quemq; ducem belli ſequitur: pietate ſequatur.

Finit contra Symmachum.

## Dittochaeum.

# Aurelij Prudentij Clementis viri Conſul. Dittocheum.

### De Adam et Eua.

Eua columba fuit tum candida: nigra deinde
Facta per anguinū maleſuada fraude venenū.
Tinxit et innocuū maculis ſordētibus Adam.
Dat nudis ficulna draco mox tegmina victor.

### De Abel et Cain.

Fratrum ſacra deus nutu teſtante duorum
Aeſtimat accipiens viua: et terrena refutans:
Ruſticus inuidia paſtorem ſternit. in Abel
Forma animæ exprimitur. caro noſtra in munere Cain.

### De Noe ⁊ diluuio

Nuntia diluuij iam decreſcentis ad arcam
Ore columba refert ramum viridantis oliuæ.
Coruus enim ingluuie per foeda cadauera captus
Hæſerat. illa datæ reuehit noua gaudia pacis.

### De Abraham et hoſpicio.

Hoſpitium hoc domini eſt. ilex vbi frondea mambræ.
Armentale ſenis protexit culmen. in iſta
Riſit Sarra caſa ſobolis ſibi gaudia ſera
Ferri: et decrepitum ſic credere poſſe maritum.

### Abraham agrum emiſſe.

Abraham mercatus agrum. cui conderet oſſa
Coniugis: in terris quoniam peregrina moratur
Juſtitia atqꝫ fides. hoc illud millibus emptum
Spelæum ſanctæ requies vbi parta fauillæ eſt.

### Pharao ſomnium vidiſſe.

Bis ſeptem ſpicæ vaccæ totidem Pharaoni
Per ſomnium viſæ portendunt diſpare forma
Vberis atqꝫ famis duo per ſeptennia tempus
Inſtare. hoc ſoluit Patriarcha interprete Chriſto.

Joſeph a fratribus venditur.

Venditus inſidijs fratrum puer. ipſe viciſſim
Cratera in farris ſacco clam precipit abdi.
Ut que reos furti ioſeph tenet: auctio fallax
Proditur agnoſcunt fratrem. veniaqꝫ pudeſcunt.

Moſem Rubum vidiſſe ardentem.

Sentibus inuolitans deus igneus ore coruſco
Compellat iuuenem pecoris tunc forte magiſtrū.
Ille capit iuſſus virgam. fit vipera virga.
Soluit vincla pedū properat Pharaonis ad arcē.

Pharaonem in mari ſummerſum.

Tutus agit vir iuſtus iter vel per mare magnum.
Ecce dei famulis ſciſſim freta rubra dehiſcunt.
Cum peccadores rapidos eadem freta mergant:
Obruitur Pharao. patuit via libera Moſi.

Moſi legem datam.

Fumat mortis apex diuinis ignibus: in quo
Scripta decem verbis ſaxorum pagina Moſi
Traditur. ille ſuos ſuſcepta lege reuiſit.
Forma ſed his vituli ſolus deus. et deus aurum.

Manna in deſertum datum.

Panibus angelicis albent tentoria patrum.
Certa fides facti. tenet vrceus aureus exin
Seruatum Manna. ingratis venit altera nubes.
Atqꝫ auidos carnis ſaturat congeſta coturnix.

Serpens æneus in remo.

Aſpide ſicca malo via deferuebat Fremi.
Iamqꝫ venenati per liuida vulnera morſus
Carpebant populum: ſed prudens ære politum
Dux cruce ſuſpendit. qui virus temperet anguis.

Moſes aquas amaras per lignum in dulcedinem vertit.

Aſpera guſtatu populo ſitiente lacuna
Triſtificos latices ſtagnanti felle tenebat.

Dittochæum.

Moſer ſanctus ait:lignũ date: gurgitem in iſtum
Conicite:in dulceis vertentur amara ſaporem.

De.xii.fontibus.⁊.lxxx.palmis.

Deuenere viri Moſi duce:ſex vbi fontes:
Et ſex forte alij vitreo de rore rigabant.
Septenas decies palmas.qui myſticus olim
Lucus apoſtolicum numerum libris quoq; pixit.

Filij Iſrael Iordanem tranſeunt.et ex eo lapides colligunt.

In fontem refluo Iordanis gurgite fertur
Dum calcanda dei populis vada ſicca relinquit.
Teſtes biſſeni lapides:quos flumine in ipſo
Conſtituere patres in formam diſcipulorum.

Raab in Hierico ſpeculatores recepit.

Procubuit Hierico.ſola aſtant atria Raab
Hoſpita ſanctorum meretrix.tanta eſt fidei vis
Incolumi ſecura domo ſpectabile coccum
Ignibus aduerſis in ſignum ſanguinis offert.

Samſon.

Inuictum virtute comæ Leo frangere Samſon
Aggreditur.necat ille feram. ſed ab ore Leonis
Mella fluunt:maxilla aſinæ fontem vomit vltro.
Stultitia exundat lymphis.dulcedine virtus.

De Samſon.

Tercentum vulpes Samſon capit.ignibus armat.
Pone faces caudis circunligat.in ſata mittit
Allophylũ:ſegeteſq; cremat.nunc hereſis ignes
Callida:quæ vulpes vitiorum ſpargit in agros.

Dauid paſtor ouiũ in Regem euadit.

Dauid paruus erat fratrum vltimus:et modo Ieſſe
Cura gregis citharã formans ad ouile paternũ.
Inde ad delicias regis.mox horrida bella
Conſerit:et funda ſternit ſtridente Goliam.

Dauid rex vngitur.

Regia mirifici fulgent inſignia Dauid.
Sceptrũ.oleuz.cornu.diadema.⁊ purpura. ⁊ ara.
Omnia cõueniunt Chriſto.chlamys atq₃ corona.
Uirga poteſtatis.cornu crucis. altar.oliuum.

Salomon templũ edificat.et Regi-
na Auſtri munera adfert.

Aedificat templum ſapientia per Salomonis
Obſequium. Regina auſtri graue congerit aurũ.
Tempus adeſt quo templũ hoīs ſub pectore xp̄s
Aedificet:quod graia colant:quod barbara ditẽt.

De fillijs prophetarum ligna cædentibus.

Forte prophetarum nati dum ligna recidunt:
Fluminis in ripa cecidit diſcuſſa bipennis.
Gurgite ſubmerſuz eſt ferrum.ſed mox leue lignũ
Iniectum ſtagnis ferrum reuocabile fecit.

De Captiuitate Hebræorum.

Gens hebræorum peccamine capta frequenti
Fleuerat exilium diræ Babylonis ad amnes.
Tum patrios cantare modos præcepta recuſat:
Organaq₃ in ramis ſalicis ſuſpendis amare.

De Ezechia rege.

Hic bonus Ezechias meruit ter quinq₃ per annos
Præſcriptum proferre diem:legemq₃ obeundi
Tendere quot gradib⁹:quos veſpera texerat vmbra
Lumine perfuſis docuit ſol verſus in ortum.

Aduentus domini.

Aduentante deo deſcendit nuncius alto
Gabriel patris ex ſolio.ſedemq₃ repente
Intrat virgineam:ſanctus te ſpiritus inquit
Impleuit Maria.Chriſtum paries ſacra virgo.

Bethlem caput orbis.

Sancta Bethlem caput eſt orbis:q̄ protulit Ieſum.
Orbis principium.caput ipſum principiorum.
Urbs hoīem Chriſtuz genuit.qui Chriſt⁹ agebat

Dittochæum.
Ante deus. quam ſol fieret. quam lucifer eſſet.
Magi dona ferunt.
Hic precioſa Magi ſub Virginis vbere Chriſto
Dona ferunt puero myrrhæq;. et thuris. et auri.
Miratur genitrix tot caſti ventris honores.
Seq; deum genuiſſe. hominē. regemq; ſupremū.
Nunciatur paſtoribus natum chriſtum.
Peruigiles paſtorum oculos vis luminis implet
Angelici natum celebrans de virgine Chriſtum.
Inueniunt tectum pannis præſepe. iacenti
Cuna erat. exultant alacres. et numen adorant.
Occiduntur infantes in Bethlem.
Impius innumeris infantū cædibus hoſtis
Perfurit Herodes: dum Chriſtū quærit in illis.
Fumant lacteolo paruorum ſanguine cunæ.
Vulneribuſq; madent calidis pia pectora matrū.
Chriſtus in Iordane baptizatur.
Perfundit fluuio paſtus Baptiſta locuſtis.
Siluarumq; fauis et amictu veſte cameli.
Tinxerat et Chriſtum. ſed ſpiritus æthere miſſus
Teſtatur tinctum: qui tinctis crimina donet.
Pinna templi.
Excidio templi veteris ſtat pinna ſuperſtes.
Structus enim lapide ex illo manet angulus vſq;
In ſeclum ſecli: quem ſpreuerunt edificantes.
Nunc caput eſt templi. ⁊ lapidū compago nouoꝝ.
Ex aqua vinum.
Foedera coniugij celebrabant auſpice coetu
Forte Galilæi. iam deerant vina miniſtris.
Chriſtus vaſa iubet properāter aquaria lymphis
Impleri: inde meri veteris defunditur vnda.
Piſcina Siloa.
Morborum medicina latet: quam ſpiritus oris
Eructat varijs fuſam ratione latenti.

Siloam vocitant. ſputis vbi conlita cæci
Lumina Saluator iuſſit de fonte lauari.

Paſſio Joannis.

Præmia ſaltatrix poſcit funebria virgo
Joannis caput: abſciſum quod lance reportet.
Incoeſtæ ad gremium matris fert regia donum
Pſaltria reſperſis manibus de ſanguine iuſto.

Per mare ambulaſſe Chriſtum.

It mare per medium dominus: fluctuſq; liquentes
Calce terens iubet inſtabili deſcendere cymba
Diſcipulum. ſed mortalis trepidatio plantas
Mergit: at ille manum regit, et veſtigia firmat.

Dæmonium miſſum in porcos.

Vincla ſepulchrali ſub carcere ferrea dæmon
Fregerat. erumpit. pedibuſq; aduoluitur Jeſu.
Aſt hominem dominus ſibi vendicat: et iubet hoſtem
Porcorum raptare greges. ac per freta mergi.

Quinq; panes et duos piſces.

Quinq; deus panes fregit piſceſq; gemellos.
His hominum large ſaturauit millia quinq;.
Implentur nimio micarum fragmine corbes
Biſſeni: æternæ tanta eſt opulentia menſæ.

Lazarus ſuſcitatus a mortuis.

Conſcius inſignis facti locus in Bethania
Vidit ab inferna te Lazare ſede reuerſum.
Apparet ſciſſum fractis foribus monumentum:
Vnde putreſcentis redierunt membra ſepulti.

Ager acheldemach.

Campus acheldemach ſceleris mercede nefandi
Venditus exequias recipit tumuloſus humandas.
Sanguinis hoc preciũ eſt Chriſti. Judæ man⁹ arctat
Infelix collum laqueo pro crimine tanto.

Domus Caiphæ.

Dittochæum.

Impia blaſphemi cecidit domus ecce Caiphæ:
In qua pulſata eſt alapis facies ſacra Chriſti.
Hic peccatoris manet exitus: obruta quorum
Vita ruinoſis tumulis ſine fine iacebit.

Colũna ad quã flagellatus eſt Chriſtus.

Vinctus in his dominus ſtetit ædibus: atqꝫ columnæ
Adnexus tergum dedit vt ſeruile flagellis:
Perſtat adhuc: templumqꝫ gerit veneranda columna:
Noſqꝫ docet cunctis immunes viuere flagris.

Paſſio ſaluatoris.

Tranſiectus per vtrunqꝫ latus laticem atqꝫ cruorem
Chriſtus agit. victoria. ſanguis. lympha. lauacrum.
Tunc duo diſcordant crucibus hinc inde latrones
Contiguis. negat ille deum: fert iſte coronam.

Mons oliuetum.

Montis oliuiferi Chriſtus de vertice ſurſum
Ad patrem rediit ſignans veſtigia pacis.
Frondibus æternis præpinguis liquitur humor.
Qui probat infuſum terris de chriſmate donum.

Paſſio Stephani.

Primus init Stephanus mercedem ſanguinis imbri
Afflictus lapidum. Chriſtum tamen ille cruentus
Inter ſaxa rogat: ne ſit lapidatio fraudi
Hoſtibus. ô primę pietas miranda coronæ.

Porta Specioſa.

Porta manet templi: Specioſam quam vocitarunt
Egregium Salomonis opus. ſed maius in illa
Chriſti opus emicuit. nam claudus ſurgere iuſſus
Ore Petri: ſtupuit laxatos currere greſſus.

Viſio Petri.

Somniat illapſum petrus alto ex æthere diſcum
Confertum omnigenis animalibus. ille recuſat
Mandere. ſed dominus iubet omnia munda putare.
Surgit: et immundas vocat ad myſteria gentes.

Prudetii dittochæum.

Vas electionis.

Hic lupus ante rapax veſtitur vellere molli.
Saulus qui fuerat: fit adempto lumine Paulus.
Mox recipit viſum. fit apoſtolus ac populorum
Doctor ⁊ ore potens coruos mutare columbis.

Apocalypſis Joannis.

Bis duodena ſenum ſedes pateris cithariſq;
Totq; coronarum fulgens inſignibus agnum
Cæde cruentatum laudat. qui euoluere librū:
Et ſeptem potuit ſignacula pandere ſolus.

Ode in qua poeta de ſe loquitur.

Pius. fidelis. innocens. pudicus
Dona conſcientiæ
Quibus beata mēs abūdat intus:
Alter ⁊ pecuniam
Recidit: vnde victitant egeni.
Nos citos iambos
Sacramus ⁊ rotatiles Trochæos
Sanctitatis indigi
Nec ad leuamen pauperum potentes.
Approbat tamen deus
Pedeſtre carmen: ⁊ benignus audit.
Multa diuitis domo
Sita eſt per omnes angulos ſupellex.
Fulget aureus ſcyphus.
Nec ære deſit expolita peluis.
Eſt et olla fictilis.
Grauisq; ⁊ ampla argentea eſt paropſis.
Sunt eburna quæpiam.
Non nulla quercu ſunt cauata ⁊ vlmo.
Omne vas fit vtile:
Quod eſt ad vſum congruens herilem.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

Inſtruunt enim domum.
Ut empta magno ſic parata ligno.
Me paterno in atrio.
Ut obſoletum vaſculum caducis
Chriſtus aptat vſibus:
Sinitqȝ parte in anguli manere
Munus ecce fictile.
Inimus intra regiam ſalutis.
Attamen vel infimam
Deo obſequelam preſtitiſſe prodeſt.
Quicquid illud accidit:
Iuuabit ore perſonaſſe Chriſtum.

Finis.

Fuit impreſſum preſens opus in Ciuitate Lucronij per Arnaldumguillermũ de Brocario. et finitur die ſecunda mẽſis Septẽbris Anno a natiuitate Chriſti Milleſimo quingenteſimo duodecimo.

Cathemerinon, i. horas diei. ἡμέρα dies.

Iābicū Ales diei nūcius f. 2 ad galli cātū

Iāb. nox et tenebrę et nubila. 4 ad matutinū

o crucifer bone 5 hymnus ān cibū

pastis visceribus 10 ode post cibū

Inuētor rutili dux bone luminis 12. ode post accēsionē lucernę.

Ades pater supreme 17. hymnus ad somnū.

O nazarene dux bethlem cuius 19. hym. ieiunātiū.

Sapphi cū. Christe seruorū regimē tuorū 24. hym. post ieiuniū.

Da puer plectrū choreis 26. hym. ōis horas.

Deus ignee fons animarū 28. hym. in exequijs defūctorū.

Iābi. Quid est quod arctū circulū 31 hym. in die natalis dñi.

Iāb. Quicūque christū quęritis 33 in Epiphania

περὶ στεφάνων Decoronis.

Romane Christi fortis assertor dei 36. de sto Romano.

Iāb. Antiqua fanorū parēs. 61 de sto Laurētio

Germine nobilis Eulalia 70 de sta Eulalia

Sapphi. bis nouem noster populus sub uno 73. in laudē 18 martyrū.

beate martyr prospera 77. in laudē s. Vincētij mar.

felix tarraco fructuose vestris 86. de s. fructuoso Epo mar.

Insignē meriti virū 88. de s. Quirino Epo mar.

Sylla statuit Cornelius 90 passio Cassiani mar.

Innumeros cineres 91 passio Hippolyti mar.

plus solito coeat ad gaudia 95 passio aptorū pe. et pauli

punica terra tulit 96. passio Cypriani mar.

Agnes sepulchrū 97 passio Agnetis mar.

Senex fidelis eius 100 prefatio in ψυχομαχίαν. i. aīę pugnā.

fidei & Idololatrię pugna 103

pudicitię & libidinis pugna 103

patientię & irę pugna 105

Superbiæ et humilitatis pugna. 107
luxuriæ & sobrietatis pugna. 110
Avaritiæ & largitatis pugna.
cōcordiæ & discordiæ pugna. 118

Apotheosis. de divinitate —— deificatio / [illegible]

Hymnus de trinitate 124
hym. in infideles.

cōtra hæresim quæ patrem passū affirmat 125
contra unionitas .i. Sabellianos hæreticos. 128
cōtra Iudæos. 130
contra homuncionitas.
De nā aiæ 137
Adversus phantasmaticos negantes christū verū corpus habuisse. 139
De resurrectione carnis humanæ. 141.

Amartigenia fo. 142 de peccati origine.

Adversus Marcionitas, qui duos deos eē affirmabant. 143

Contra Symmachū libri duo. 157.

De Saturno. —— 159
De Ioue
De Mercurio
De Hercule
De porrectione crucis. 165

Vincentius martyr. f. 77. b.

b. vincentiū martyrē scribit cōdaliis fuisse Cæsaraugustanū. notet et, inquam, quoniam prosequitur [illegible] hunc in urbe passus ignoro, forte ... f. 75. b.

Ermi de ~~[illegible]~~ mighl Sutty 6 re. cost.

1161
3743

Hymni Prudentij